


Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1) Michael de Dalen
2 Bernardus Parmensis

deus uictor filius subiugant. Et
triumpheum xpi tui fixit ibi donum se
ostentans militie. Miraculis uirtu
tibus dectrinis quecunque quesita spolia.
tibi o rex attulit. Atque suo cruore tri
umphi inscripsit titulos tui regnum

et uitam moderare. Que p doctrina
tiam fideles sunt ubique. Anthioch
etiemus. concedunt tibi petre reg
solium. Tyrannidem tu paule. Alex
andrinam inuasisti greciam. Ethiop
horridos mathee agni eluere. O

K.R 307

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Caſus breues decretalium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

K. R. 307
2 ℓe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Liber monastery sti ludgeri epi In werdena.

# Incipiunt titu li librorũ decretaliũ. Et primo titu li primi libri

De ſumma trinitate ⁊ fide catholica. Titulus pmus
De conſtitutionibus et earũ interpretationibus. titul'. ij.
De reſcriptis. ti. iij.
De conſuetudine. titul. iiij.
De poſtulatione. titul'. v.
De electione et electi poteſtate. Titulus ſextus.
De tranſlatione. ti. vij.
De auctoritate ⁊ vſu palij. ti. vij.
De renũciatione. ti. ix.
De ſupplenda negligentia prelatorum. titul'. x.
De temporibus ordinationum et q̃litate ordinandorũ. ti. xi.
De ſcrutinio i ordine faciẽdo. ti. xij.
De ordinatis ab epiſcopo qui renũciauit epiſcopatui ſuo vel excõmunicato. titulus. xiij.
De etate et qualitate ⁊ ordine preficiendorum. ti. xiiij.
De ſacra vnctione. ti. xv.
De ſacramentis iterandis vel non. titulus. xvi.
De filijs pſbyterorũ et ceteris illegitime natis ordinandis vel nõ ordinandis. ti. xvij.
De ſeruis non ordinandis et eorum manumiſſione. ti. xviij.
De obligatis ad raciotinia ordinãdis vel non. ti. xix.
De corpore viciatis. ti. xx.
De bigamis non ordinandis et viduarum maritis. ti. xxi.
De clericis pereginis. ti. xxij.
De officio archidiaconi. ti. xxiij.
De officio archipſbyteri. ti. xxiiij.
De officio primicerij. ti. xxv.
De officio ſacriſte. ti. xxvi.
De officio cuſtodis. ti. xxvij.
De officio vicarij. ti. xxviij.
De officio et poteſtate iudicis delegati. ti. xxix.
De officio legati. ti. xxx.
De officio iudicis ordinarij. ti. xxxi.
De officio iudicis. ti. xxxij.
De maioritate ⁊ obediẽtia. ti. xxxiij.
De treuga et pace. ti. xxxiiij.
De pactis ti. xxxv.
De tranſactionibus. tit. xxxvi.
De poſtulando. ti. xxxvij.
De procuratoribus. ti. xxxviij.
De ſyndico. ti. xxxix.
De his que vi metus ve cauſa fiunt titulus. xl.
De reſtitutione in integrũ. ti. xli.
De alienatione iudicij mutandi cauſa facta. ti. xlij.
De arbitris. ti. xliij.

## Incipiunt tituli ſecundi libri decretalium

De iudicijs. Titul'. prim'.
De foro ꝯpetenti. ti. ij.
De libelli oblatiõe. ti. iij.
De mutuis petitionib'. ti. iiij.
De litis conteſtatione. ti. v.
Ut lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem vel ad diffinitiuam ſñiam. ti. vi.
De iuramento calũnie. ti. vij.
De dilationibus. ti. viij.
De ferijs. ti. ix
De ordine cognitionũ. ti. x.
De plus petitionibus. ti. xi.
De cauſa poſſeſſiõis ⁊ ꝓprietatꝭ. ti. xij.
De reſtitutione ſpoliatorũ. ti. xiij.
De dolo et contumacia. ti. xiiij.

a 2

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruande.ti.xv.
Ut lite pendente nihil innouetur.titulus.xvi.
De ſequeſtratione poſſeſſionū et fructuum.ti.xvij.
De confeſſis.ti.xviij.
De ꝓbationibꝰ.ti.xix.
De teſtibꝰ ⁊ atteſtationibꝰ.ti.xx.
De teſtibꝰ cogendis .ti.xxi.
De fide inſtrumentorū.ti.xxij.
De preſūptionibꝰ.ti.xxiij.
De iureiurando .ti.xxiiij.
De exceptionibꝰ .ti.xxv.
De preſcriptionibꝰ . ti.xxvi.
De ſnīa ⁊ re iudicata .ti.xxvij.
De appellationibꝰ recuſationibus ⁊ relationibus.titu.xxviij.
De peregrinātibꝰ.ti.xxix.
De ꝯfirmatione vtili vel inutili.titulus.xxx.

## Incipiunt tituli tertij libri decretalium

DE vita ⁊ honeſtate clericorum.ti.primus
De cohabitatione clericorum mulierum .ti.ij.
De clericis coniugatis.ti.iij.
De clericis non reſidētibus in eccleſia vel prebenda.ti.iiij.
De prebendis ⁊ dignitatibꝰ.ti.v.
De clerico egrotante vel debilitato.titul.vi.
De inſtitutionibus.ti.vij.
De conceſſione prebēde vel eccleſie non vacantis.ti.viij.
Ne ſede vacante aliquid innouetur. ti.ix.
De his que fiunt a prelato ſine conſenſu capituli.ti.x.
De his que fiūt a maiori parte capituli . ti.xi.
Ut eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.ti.xij.
De rebus eccleſie alienādis vel non titulꝰ .xiij.
De precarijs.ti.xiiij.
De ꝯmodato .ti.xv.
De depoſito .ti.xvi.
De emptione ⁊ venditiōe.ti.xvij.
De locato et conducto.ti.xviij.
De rerum ꝑmutatione.ti.xix.
De feudis . ti.xx.
De pignoribus et alijs cautionibꝰ.titulus .xxi.
De fideiuſſionibus.ti.xxij.
De ſolutionibus .ti.xxiij.
De donationibus .ti.xxiiij.
De peculio clericorum.ti.xv.
De teſtamentis ⁊ vltimis voluntatibus.ti.xxvi.
De ſucceſſionibus ab inteſtato.titulus. xxvij.
De ſepulturis.ti.xxviij.
De parochijs ⁊ alienis parochianis titu . xxix.
De decimis primicijs et oblationibus.titu.xxx.
De regularibus ⁊ tranſeuntibus ad religionem.ti .xxxi.
De ꝯuerſione coniugatorū.ti.xxxij.
De ꝯuerſione infideliū .ti.xxxiij.
De voto et voti redēptiōe.ti.xxxiiij.
De ſtatu monachorū ⁊ canonicorū regulariū.ti.xxxv.
De religioſis domibꝰ vt epiſcopis ſubiecte ſint.ti .xxxvi.
De capellis monachorū ⁊ aliorum religioſorū.ti.xxxvij.
De iure patronatus.ti.xxxviij.
De cenſibus exactionibꝰ ⁊ alijs procurationibus .ti.xxxix
De conſecratiōe eccē vel altarl.ti.xl.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De celebratione miſſaruz ⁊ ſacramē
to eucariſtie.ti.xlij.
De baptiſmo ⁊ eiꝰ effectu. ti.xliij.
De p̄ſbytero non baptiſato.ti.xliiij.
De cuſtodia eucharistie criſmatis ⁊
alioꝝ ſacramentoruz.ti.xlv.
De reliquijs ⁊ veneratione ſancto
rum.ti.xlvi.
De obſeruatione ieiunioꝝ. ti.xlvij.
De purificatiōe poſt partū.ti.xlviij.
De eccleſijs edificandis vel reparan
dis.ti.xlix.
De īmunitate eccleſiarum cimiterij
⁊ rerum ad eos ꝑtinētium.ti.l.
Ne clerici vel monachi ſecularibus
negotijs ſe īmiſceant.ti.li.

## Incipiunt tituli quarti li bri decretalium

DE ſponſalibus et matrimo-
nio.ti.primus.
De deſponſatiōe īpuberꝫ.t.ij.
De clamdeſtina deſponſatione.ti.iij.
De ſponſa duoꝝ.ti.iiij.
De conditionibus appoſitis in de-
ſponſationibꝰ ⁊ alijs ꝯtractibꝰ. ti.v.
Qui clerici vel vouentes matrimo
niū contrahere p̄nt .ti.vi.
De eo qui duxit in matrimoniū quā
polluit ꝑ adulteriū.ti.vij.
De ꝯiugio leproſorum .ti.viij.
De coniugio ſeruorum.ti.ix.
De natis ex libero ventre.ti.x.
De cognatione ſpūali. ti.xi.
De cognatione legali .ti.xij.
De eo qui cognouit conſanguineaz
vxoris ſue .ti.xiij.
De ꝯſanguinitate ⁊ affinitate.ti.xiiij.
De frigidis et maleficiatis.ti.xv.
De matrimonio contracto ꝯtra in-
terdictum eccleſie .ti.xvi.
Qui filij ſint legitimi.ti.xvij.
Qui matrimonium accuſare poſſūt.
titulus.xviij.
De diuortijs .ti.xix.
De donationibꝰ inter virum ⁊ vxo
rem.⁊ de dote poſt diuortium reſti
tuenda.ti.xx.
De ſecundis nuptijs .ti.xxi.

## Incipiunt tituli quinti li bri decretalium

DE accuſationibꝰ inq̄ſitiōibꝰ
⁊ denūciationibꝰ .ti.p̄mꝰ.
De calūniatoribus .ti.ij.
De ſymonia.⁊ ne aliqd ꝓ ſpūalibꝰ
exigatur vel ꝑmittatur .ti.iij.
Ne prelati vices ſuas ſub ānuo cen
ſu alijs concedant .ti.iiij.
De magiſtris ne aliqd exigāt ꝓ licē
tia vel ſcientia docendi.ti.v.
De iudeis et ſaracenis et eorum ſer
uis. ti.vi.
De hereticis.ti.vij.
De ſciſmaticis ti.viij.
De apoſtatis et reiterantibus ba-
ptiſma .ti.ix.
De his qui proprios filios occide
runt .ti.x.
De infantibus et languidis expoſi
tis .ti.xi.
De homicidio volūtario vel caſua
li .ti.xij.
De torneamentis.ti.xiij.
De clericis pugnātibus in duello.ti
tulus.xiiij.
De ſagittarijs ⁊ baliſtarijs .ti.xv.
De adulterio ⁊ ſtupro.ti.xvi.
De raptoribꝰ īcēdiarijs ⁊ violatori
bus eccleſiarum .ti. xvij.
De furtis.ti.xviij.
De vſuris.ti.xix.

De crimine falſi .ti.xx.
De ſortilegijs. ti.xxi.
De colluſione detegenda. ti.xxij.
De delicto puerorū .ti.xxiij.
De clerico venatore .ti.xxiiij.
De clerico pcuſſore .ti.xxv.
De maledicis.ti.xxvi.
De clerico excōicato et interdicto mi niſtrante .ti.xxvij.
De clerico non ordinato miniſtran te .ti .xxviij.
De clerico per ſaltū pmoto.ti.xxix.
De eo qui furtiue ordines ſuſcepit. titulus .xxx.
De exceſſibus platorum i ſubditos titulus.xxxi.
De noui opis nūciatione.ti.xxxij.
De priuilegijs et exceſſibus priuile giatorum .ti.xxxiij.
De purgatione canonica .ti.xxxiiij.
De purgatione vulgari .ti.xxxv.
De iniurijs et dāno dato.ti.xxxvi.
De penis.ti.xxxvij.
De penitentijs et remiſſionibus .ti tulus .xxxviij.
De ſnīa excōicationis.ti.xxxix.
De verborū ſignificatione .ti.xl.
De regulis iuris.ti.xli.

De titulis primi libri nota verſus

Sūmum conſtituo reſcriptum con ſue.poſtul. Electus trāſlat.vſum re nuncia.ſupplen. Tempus ſcrutinium reſigñ.etas .vnctio ſacra. Preſbyte ris ſeruis ob cor bygamis peregri nis. Officit archidiac .archieps pri mi ſacriſte. Cuſtos et vica. delegat. legat.⁊ ordi. Iudex maiores trenga pac.tranſac.poſtl.pro.ſin. Si metus in integrum.alienans.mutat.⁊ arbi.

Secundi libri

Iudicijs foro con.libel.ob.pete.litſ. et lite.ſ caiūnie iura.dilatio feria.co ni. Plus pete.cā.reſpo.dolo.mit.lite pendens. Sequeſtl.confeſſis.proba. teſtes.teſ.fide plump . Iurās excep. preſcrip.ſen.appel.peregrin.cō.

Tertij libri

Uita.cohab.cōiu.cle. nō reprehēd. vel egro. Inſtituit.conceſ.vacāt .ſiūt ſine pſen. Maior diminuēs .non res alie.precat.cōmo. Deponēs emp.vē. loca.pmutatio.feudum. Pignorib⁹. fideiuſſ.ſolu.donas. pecul.atq3. Te ſtans ſuccedit .ſepelit .parochianis. De decimis.regula.puerſ.in fide vo ta. Stat.mo.re.cap.iure.de cen.ec.al tare miſſe. Hap.pſ.cuſ.re.ie .pur .re par.immuni.ne cle.

Quarti libri

Sponſat impubes.clādeſtina. ſpon ſa duorū. Condicio cleri .quā pollu it.et lepro ſeru⁹. Mat.cogna.ſpiri.co gna.le.ſanguis vxor. Con.affini.fri gus.ma.contra.qui filij le. Accuſare poſſunt diuortia dona ſecundis.

Quinti libri

Ac in.de calūp.ſymone.pre.ſua ma gis. Iudeis hereſim.de ſciſmat .apo ſtata.ꝺ qui. Lang.homi .torneamē. de pugl.ſagl.adulter .rap.fur . Uſure crimen ſorti.collu.puerorū. Cle.ve na.percuſ.male dicit clericus excom. Nō or.p ſaltū.q fur.excedere ꝺ no. Priui purga.canō.pur.vulga.in dā no ꝙ penis. Pe.remiſſ.ſen.ex.verbo. ſig.regula iuris

Sunt decretales ter mille .ſed abſq3 nouem bis. His centum tituli .ſz qn denos remouebis

## De ſūma trini. et fide catho. in anti.

Gregori⁹ non⁹ cō
pilauit has decreta,
les ꝓter multa. Pri
muz ꝙ aliq̄ ſimiles.
alie ꝯtrarie. ꝓlixita,
tē etiā videbantur q̄
dā ex his inducere. nonulle vero ex̄
eas vagabātur palātes. his vero a
diuerſis ſuis p̄deceſſoribus editis.
Itaqꝫ vt iā ſunt reformatis aliquas
addidit deciſorias. hoc qꝫ pn̄s op⁹
mandauit p̲ fratrē Raymūdū ſuum
capellanū ac pn̄iariū fieri. qđ ſcꝫ ita
vt eſt ꝑfectū aꝓbauit vt in ꝓhemio

De ſumma trinitate et fide ca
tholica

Firmiter

Ipa p̄ma decretal. ſūmario nō eget
Unū tn̄ in ei⁹ fine nō. ꝙ quiſqꝫ in ea
vocatione q̄ vocat⁹ eſt p̄t vitaz eter
nā mereri. Sūt tn̄ tres ordines in ec
cleſia dei. vt in. g. quorū alter altero
ꝓponderat

Damnamus

Reprobatur ī hac decretali tracta
tus quē abbas Ioachiꝫ edidit ꝯtra
magiſtrū Petrū lombardū de trini
tate ſeu eſſentia trinitatis.

Titulus de conſtitutiōib⁹

Canonū ſtatuta ⁊c̄
Caſus eſt. Nemo ſuo ſenſu.
ſed canonuꝫ auctoritate iu
dicare dꝫ. Nota. g. q̄ dicit ꝙ papa ⁊
imperator legib⁹ nō aſtringūtur vt
ff. d legi. p̄nceps. ix. q. iij. cūcta. volūt
tn̄ legib⁹ viuē. vt iurib⁹ alle. in glō.
Et ꝙ qn̄qꝫ iudex p̄t vti ſēſu ſuo ī iu
dicando. ꝓprie tn̄ accepto vocabulo
vt. ff. de arbi. q̄lem. diūnō ſ̄m leges ⁊
iura, pronunciet. qđ tenetur vt iuri
b⁹ in. g. alle. auc̄. et hodie. iūcta. g. C.

de iudi.

Cognoſcentes ⁊c̄

Caſus eſt q̄ caret culpa. carere dꝫ et
iudicis pena. Uel ſic ſummat̄ Noua
conſtitutio reſpicit futura ⁊ non pre
terita. Nota. g. que dicit ꝙ nullus p̄
uatur iure ſuo ſine culpa. Hoc tn̄ fal
lit in certis caſibus ī hoc metro po
ſitis. Pauptas. odiū. viciuꝫ. fauor. et
ſcelus. ordo. Perſonas ſpoliant ⁊ lo
ca iure ſuo. Et iſta notantur in. c. re
nouantes. j. de p̄uile. vbi de hoc

Tranſlato ⁊c̄

Nil dicitur de vno ſcꝫ ſacerdotio ſi
mili. qn̄ de alio lege ſimili intelligat̄.
Nota in tex. in ſacerdotio ſupple le
uitico. qđ ſimul cū lege tranſlatū eſt
nō melchicedech qđ q̄ngentis ānis
legē p̄ceſſit. Nō etiā. g. q̄ dicit. ꝙ lex
et ſacerdotium ſimul data fuerūt ab
eodē. q̄ in eodē monte de⁹ Moyſi le
gem ⁊ ſacerdotiū ꝯtulit

Nam ꝯcupiſcentiā ⁊c̄

Uno ꝓhibito. ꝓhibentur omnia q̄
ſequūtur ex illo. Similiter a ꝯtrio ſē
ſu. vno ꝯceſſo omnia ꝯceduntur q̄ ſe
quūtur ex illo. l. cui mādata. ff. de iu.
om. iudi. nō. g. que dicit ꝙ anq̄ apo
ſtol⁹ ꝯgnouit legē. putabat non eſſe
pccm̄ alteri⁹ rē ꝯcupiſcere. ſꝫ poſtq̄
inuenit in lege non ꝯcupiſces rē ali
enam. credebat eſſe peccatum

Ne initaris ⁊c̄

Nemo dꝫ ſcōꝝ patꝝ decretis ſeu cō
ſtitutionib⁹ ſenſū ſuū ꝓponere. nō. g.
q̄ dic̄. ꝙ ſacri canones q̄s ſcūs Hie
ronym⁹ ita recōmēdat. non ſūt poſt,
ponendi. vt. xxxvij. di. relatum.

Cum omnes ⁊c̄

Conſtitutio q̄ futuri ligantur ⁊ nō
p̄ntes ⁊ ſ̄m quā min⁹ habent ſucceſ
ſores q̄ p̄deceſſores. nō valꝫ. Uel ſic.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cõſtitut io capituli q̃ nõ ẽ cõis omnibus et p̃ quã tollitur antiq̃ ꝯſuetudo non valz. Hoc.d. Nota hic gl.q̃ q̃rit.an qđ facit maioꝛ pars capituli.totum capitulũ facere videatur. Diſtingue.quia aut eſt cõe pluribꝰ ⁊ non vt collegiatis.non valz. Aut vt collegiũ tunc ſubdiſtingue. Aut ex nc̃itate.etſi tũc abſentes vocent̃.ſufficit ꝙ maioꝛ ps faciat. Aut ex mera voluntate tunc non valz .niſi oẽs ꝯſentiant in vnum.nõ tanq̄ ſinguli. ſed vt collegium. Nec obmittas qđ notat.g.in verbo conſuetudinẽ.ꝙ in abſentia p̃t quis ꝑcipe bñficiũ ſine peccato

¶Que in eccleſiarũ

Conſtitutio laici facta ſup rebus eccleſie non valz. Hoc.d. Uide.g.huiꝰ c.que inter cetera dicit.ꝙ illi q̃ ꝓpria ſua culpa eget non eſt ſubueniendũ. Et querit an alienans feudũ cadat iure ſuo.ſcʒ feudi.et dicit ꝙ ſic.⁊ dominus illud alij concedere p̃t.de materia p̃ doct̃l.ꝓſertim p̃ boick .in.c.fi. de feu.et p̃ doct̃l.alios in.c.ij.e.tit.de feu.et ibi.gl.

¶Cũ acceſſiſſent

Statutum contra dignitatẽ tollendam factũ auctoꝛitate pape confirmatum valet.niſi p̃ actũ contrariũ tollatur. Uide glõ.que querit an canonici p̃ ſe poſſunt minuere p̄bẽdas et dignitates.et an p̄uilegium vnico actu ꝑdatur. Et dicit ꝙ non per ſe. ſed bene auctoꝛitate domini pape. ſicut in hoc.c.actũ eſt.

¶Cum .M. ferrarienſ.

Statutũ de certo numero canonicoꝛum vel prebendarum rumpitur facultatibus eccleſie augmentatis. etiamſi a ſede apoſt̃l.fuerit confirmatum. Uel ſic. Si capitulũ contra ſuam conſtitutionẽ de certo numero canonicoꝛum aliquos recepit vltra numerum.de ſuperexcreſcentibꝰ redditibus.illis pꝛouidere tenetur. H. dicit. Et vnum nota quod noſtris tempoꝛibus non pꝛoficit. ꝙ tot ſũt ponendi in eccleſijs quot ex earum fructibus poſſunt cõmode ſuſtentari.infra.de inſti.c.j. Uide gloſaʒ que videtur multum diſputare de proteſtatione.quãdo valeat et quãdo nõ Bar.in.l.non ſolũ.in.§ moꝛtuo .ff.de no.ope.nũti. Et ad hoc allegat̃ cõiter hoc.c.ꝙ ꝓteſtatio facto ꝯtraria non admittitur. Et ponit etiam differentiam inter pꝛebendam et canoniaʒ. Eſt em̃ canonia ius qđ ꝓuenit ex electione. Sʒ p̄benda eſt qđ ꝓcedit ex inſtitutione et officio.

¶Eccleſia ſancte Marie

Statutũ laici ſup rebus ecc̃ie factũ nullius eſt momenti niſi ab eccleſia fuerit approbatum. Uel ſic. Cauſe eccleſiarum per ſtatuta laicoꝛum diffiniri non debent. Hoc dicit Nõ glõ. que diſputat de poteſtate laicoꝛum reſpectu clericoꝛum . Et ꝙ citatio ſiue conuentio ſit principium iuriſdictionis

¶Ex litteris

Pena priuationis a cõione ſine p̄fi ſinitiõe tp̄is perpetua non cenſetur. Hoc ſũmarium eſt nimis generale ſm intentionem glõ. quia ꝙ non ſit differentia cõiter perpetuo ⁊ ſimpliciter excluſum.hoc habet eadem natura rei. Sʒ in caſu huiꝰ.c. ſcʒ excõicatione .natura eiꝰ eſt vt ſatiſfactiõe facta q̃s abſoluatur . Uel ſic . Si q̃s ab aliquo ꝓpter ꝯtumaciã repellitur durat repulſio q̃uſq3 repulſus ſatiſfe

cerit.et non vltra.Vel ſic. Pena puationis a cõione p ↄtumaciã ex ſtatuto illata in dubio pſumit tpalis.et non perpetua.h.d.Vid glõ.q̄ ponit differentiam inter perpetuo excluſũ et illum qui eſt ad tempus excluſus. Simile patz.j.q.j.ſunt nõnulli.

¶ Ex parte

Canonici ſine cauſa non poſſunt minuere antiquũ numerum prebendarum.Vel ſic. Non valet ſtatutum p quod diuinus cultus ſine cauſa diminuitur.etiamſi in forma cõmunis papa fuerit confirmatum. Hoc.d. Vide glo.que videtur tangere.quid operetur confirmatio

¶ Quoniaȝ conſtitutio

Conſtitutio futura tm̃ reſpicit.preterita qȝ nõ punit.Vel ſic. Conſtitutio noua futura reſpicit.non preterita.niſi de preteritis caueatur expreſſe.hoc.d.Vide.gl.que dicit in principio dominum apoſtolicum eſſe ordinarium omnium xpianoruȝ.vt patet.ix.q.iij.cuncta.Et ꝙ lex nõ debȝ eſſe ambigua neqȝ obſcura.

Bonifacius octau⁹ ſextũ compilauit p Guilhelmuȝ berengarium ⁊ magiſtrum Ricarduȝ de ſenis.et fuit eius materia plures decretales a diuerſis põtificibus poſt Gregoriũ nonũ edite quarũ quidẽ q̄ in ſcholis ac iudicijs tenerentur penitus ignotum erat. Addidit etiam ad eas ex ſuis

¶ De ſũma trinitate et fide catholica.li.vi.

Spiritusſanct⁹ ab vtroqȝ procedit tanq̄ ab vno pncipio

¶ Titulus de conſtitutionibus.li.vi.

Licet ro. pon.⁊c

Noua conſtitutio pncipis tollit pmã ↄtrariã.q̄uis id non exprimat ſpeciales conſuetudines⁊ ſtatuta rõnabilia non tollit.niſi id eprimat. Nota ex hoc tex.principem habere omnia iura in ſcrinio pectoris.ſimile.C.te.teſta.l.omniuȝ Nota.g.in verbo reuocare.que pulcre docet de reuocatione teſtamentorum.et habes in eadẽ an et qñ index poteſt iudicare ſ^m extrauagãtes

¶ Ut animarum periculis

Primo dicit ꝙ ſtatuta ordinariorũ non ligant probabiliter ignorãtes Secũdo dicit ꝙ ſtatuta epiſcopi extra ſuam dioceſim ſubditum non ligant. Nota glõ.que docet quantuȝ bonũ ſit obedientia.et qui dicuntur ordinarij

¶ Titul⁹ de reſcriptis extra

Sicut romana

Littere generali iuxta ius cõmune obtente preiudicat littera ſpecialis.Vel ſic puilegio generali ſm ius cõmune obtento obſtat reſcriptum ſpẽale.etiam de illo mentionem non faciens. Hoc dicit Nõ.g.que diſtinguit circa reuocationẽ reſcriptoꝝ ſiue lrarũ aplicarum

¶ Ex parte

Reſcriptum cauſe cognitioneȝ phibens nullum ẽ.Vel ſic. In reſcripto



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

intelligatur clauſula ſi ē ita .etſi can ſe ꝯgnitionē vetat eſt de falſitate ſuſpectū. H.d. Nō tex.ꝛ.g.hui⁹.c.q̄ dicit ꝙ cla illa.ſi ꝑces veritate nitanꝶ. et de diſiūctiua ſi ſimul duo ꝯmittātur.qd ſit faciēdū.Et dicit glō .ꝯditionē qñq₃ eē intelligēdā.licꝫ nō apponaꝶ.vt.xxij.q.ij.ꝛ.xxvij.q.ij.beata maria.Et vid .hic de periurio et de renunciatione

Ceterum ſi aliquis

Si mentio fiat in ſcdis litteris de ꝓmis.ſcde reuocant ꝓmas.alias non. Uel ſic.ſi in ſcdo reſcripto de primo reſcripto aduerſarij eiuſdē cauſe non fit mentio.valꝫ primū. alias valꝫ ſecūdū.Etſi primū cōi conſenſu fuerit obtentuꝫ.non valꝫ ſcdm. hoc tacito impetratū. Hoc.d.nota glō.notabilem que docet quibus modis] ꝑdiꝶ reſcriptū legitime impetratū.et ſunt ſeptē in numero q̄ narrātur in.gl.

Inter ceteras ꝛc̄

Cum diuerſa ſub diſiunctione ꝯmittuntur ſiue mandantur.ſufficit alterꝫ eorūꝫ ꝓbare.Uel ſic.Ex diſiunctiōe narrantis in reſcripto ſufficit impetranti alterum probare. Hoc dicit. Per hūc tex.videtur cautelā in iudicijs frequentatā q̄ dicitur ꝓteſtans non aſtringi ad omnia ꝓbanda.ſed ſolum illa ꝛc̄. Hic multa narranꝶ.ſufficit tñ alterū tm̄ ꝓbari.Abbas.nō. glō.que arguit ꝗ ſi aliqs teneꝶ ad alterū duorū ſubalternatione qdcunq₃ preſtare voluerit liberatur Inſti. de here.inſti.§.penul.et.ſ.de ꝓbend.c. referente.Itē ꝗ de ſimilib⁹ ſimile dꝫ eſſe iudiciuꝫ.vt hic in tex.et.ſ.de trāſact.c.inter corꝑalia.ꝛ.ff.de legi.non poſſunt

Si quando et cetera

Non teneꝶ quis alicui per lras ap. prouidere niſi de beneficio qd hꝫ fecerit mētionē.Uel ſic.Is ad quē reſcriptū pape dirigitur dꝫ illi parere. aut iuſtā cauſam oſtendere q̄re non paret Hoc.d. Nō.g q̄ arguit de omnib⁹ reddendā eē rōneꝫ.vt.ij.q.iij.§. Itē in criminali.verſi. Itē ſola.et ea q̄ ꝑ nimiam ſolicitudinē extorta ſūt nō valent.vt.viij.q.j.audacter.ꝛ.xxij. q.iiij.vnuſqſq₃.Et ꝗ qs nō teneꝶ adimplere mādatū ꝑlati niſi cauſa reddatur.lxxv.di.ca.qm̄quid.et.ſ.de ꝓbeñ.cū teneamur.Et vide.g.q̄ ē nobilis.quia ꝑcipuē arguit ꝗ de omnibus non dꝫ reddi rō vt patꝫ in ea

Cum ordinem

Littere contra priuilegiatos obtente ſuper his ſuper quibus fuerint ꝑuilegiati non valent. niſi de ipſo ordine fecerit mentionem.Uel ſic .Ciſterſienſes per reſcriptum quo non fit mentio de ordine ſuo conueniri non poſſunt. Hoc dicit

Eam te

Mandatum factuꝫ capitulo ſede vacante ſuper his que epiſcopus facere tenetur deuoluitur ad epiſcopum ex ipis canonicis ibi poſtea electuꝫ et confirmatum. Nota ex hoc textu ibi.ſi datam litterarum ꝛc̄.ꝗ ꝯmuniter allegatur datā lrarū attendēdaꝫ et vide de hoc.g.nota.g.q̄ arguit. ꝗ id qd quis cū alijs facere debet ſi facultas ſe obtulerit ipe ſolus facē debet.ſed ſolus poteſt emendare qd cū alijs malefecit.vt.ſ.de iureiurañ.c.ſicut noſtris.et.xxxv.q.ix.ꝗ quis commiſit ꝛc̄

Ad aures

# De reſcriptis in anti-

Non valent lr̄e obtente p̄ illū q̄ ſua tacuit bn̄ficia ⁊ dignitatē ſuā nō ex-p̄ſſit. Et nō glō. ꝙ papa ſic vni vult ꝯcedē bn̄ficia ꝙ alterū non ledat vel grauet ſaltē grauiter. vt. xv. q. ij. De eccleſiaſticis. et. ix. q. iij. Si quis non obediat. et. ix. q. vlt. ca. non curo.

**Si autem**

Valʒ ſcđa lr̄a ꝯtra p̄maʒ. ſi q̄s dolo vel negligētia poſtpoſuit vti prima. Uel ſic excipit reꝰ ꝯtra reſcriptū. ꝙ de ſuo p̄mo mentionē non facit. niſi dolo vel negligētia nō fuerit vſꝰ illo Hoc. d. ſm Jo. an. Nō. gl. q̄ dicit ꝙ illa q̄ ānua ſūt ad agēdū. ꝑpetua ſūt ad excipiendū. Et diſtinguit ꝙ exceptionū q̄dam ꝑpetue ſunt ⁊ quedaʒ temporales. vide eam

**Ad hec ſumus**

Non valent lr̄e p̄ q̄s incerti iudices dātur. ⁊ incerta. ſ. futura negotia cō mittūtur. Nō. g. q̄ ē nobilis ⁊ reprobat nimiā generalitateʒ. vt. ſ. de do. ⁊ ꝯtu. ex lr̄is. Et ponit ī fi. iſta met̄. Principijs obſta. ſero medicina parat̄ Nā mala p̄ lōgas ꝯualuē moras Itē ponūtur iſta metra ad illud ꝓpoſitū tex. ꝙ in eis dicit̄ ꝙ celerit̄ obuiandū ē malicijs et morbis

**Ad audientiam**

Falſa latinitas viciat reſcp̄tū dn̄i pape. Et ſic ſiſi mō ſi papa loq̄t̄ alit̄ q̄ ī plurali. vel ep̄os filios appellat. vt ꝭ. de falſa. q̄ graui. Et nō. g. q̄ videt̄ tangere an viciū ſcriptoris in teſtamēto noceʒ. et dicit ꝙ non. ſi alias de volūtate ſeu intētione teſtōris ꝯſtet. Sic ec̄ de papa ē quo ad reſcriptuʒ

**Ex parte**

Littere obtente ab appellato vel appellante non valent niſi de appellatione fecerint mentionem. Nota per hunc textum. ꝙ cum vna eccleſia alteri eſt ſubiecta. nō agit illa q̄ ſubiecta eſt. ſed que habʒ ip̄am ſubiectam Ab. nō. in. g. vnū rarum quod raro inuenies in iure. ſcʒ ꝙ aliquis nō detulit appellationi ſue. Hoc dicit.

**Sciſcitatus**

Clauſula. ſi nō poteritis inteſſe. eſt ad iuris ⁊ ad facti impotētiā referenda. Uel ſic. Reſcriptū q̄ pluribus cā delegatur. cū clauſula. ꝙ ſi nō om̄es. ⁊c. de impotentia iuris ⁊ facti intelligitur. Hoc. d. Nota. gl. que dicit. ꝙ aliquid poſſumꝰ q̄nqʒ modis. Unde verſus. Poſſe q̄d̄e rebꝰ dāt ius natura poteſtas. Officij meritū ꝯnoduʒ. diuina volūtas. De potentia iuris pʒ. xxij. q. ij. faciat homo. et. xxvij. q. ij. Agatoſa. in fine. De potentia nature patet infra. de deſpon. impu. puberes. et. c. a nobis. De poteſtate officij patet infra. de conſanguinita. c. ꝗ. et. xxi. diſt. verſus finem. ⁊. c. inferiores. et infra. de maiorit. et obedi. Cuius inferior. De potentia meriti dicitur. iij. q. vij. Tria ꝺ potentia diuine voluntatis patʒ. de pe. diſt. ij. charitas. Et dicit. gl. huius. c. ꝙ illitteratꝰ poteſt eſſe iudex. ſcilicet ſi habuerit conſuetudinem cauſarum et peritiā iudicandi. Et dicit de potētia iuris et facti.

**Paſtoralis**

Hic habes qūo ſit procedenduʒ cū de reuocatione litterarum ambigit̄ In queſtione reuocationis reſcriptorum recurritur ad arbitros ſi iudices ſibi non deferant nec inuicem concordant. Hec dubitatio locum non habet in cauſa appellationis. ꝗꝛ appellationis iudex cognoſcet. vt ꝭ. eodeʒ. ti. c. dilectus filius. nec re inte-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gra.ī.de appella.c.vt debitus Ber.
Item hic etiā habes qn̄ ſpeciale de-
rogat generali Nota glō.que eſt no
tabilis.que inter cetera diſputat an
maiori parti ſit ſtandum.

¶ Sedes apoſtolica

Non poſſunt in aliqua clauſula ma
iora comprehēdi q̄ꝫ illa ſūt que ī lit
teris exprimuntur.Uel ſic. Per clau
ſulas generales quidē alij et res alie
poſite in reſcripto non conuenitur
multitudo.nec conueniuntur perſo
ne vel res maiores exp̄ſſe .ſed pares
vel minores.niſi malicioſe vel dolo
ſe maiores exp̄ſſerit. Hoc. d.Simi.
in cle.ij.de ꝑcura.notat.g.q̄ dicūtur
maiores ⁊ digniores .Et dicitur ꝙ
ꝑſone notabiles ſub clauſula genera
li comprehendi non debēt. et que ci
tius mouent animū ꝑncipis vel ad
dandum vel ad negandū. Itē ꝙ rō-
ne maioritatis p̄ſumitur contra ali
quē.vt.xxx.q.ij, Lotarius.

¶ Ex tenore

Qui ↄtra vnū ⁊ ſup eadem re ad di
uerſos iudices litteras impetrat p-
dit omnes ſi ambabus vtatur .Nō
glō.que docet quid faciendum ſit.cū
plures littere ab vna parte impetrā
tur ſup eodē negotio.Itē q̄ petit ſer
uū in vno iudicio.et poſtea in alio
ꝑdit cām.vt.C.de aſſerti .tol.l.i.ꝰfi.

¶ Lux a deo

Littere ſup beneficio impetrate nō
valent niſi de beneficio quod impe
trans habꝫ fecerit mentionem. Nō
glo.que docet q̄ prebenda ſit modi
ca et que ſufficiens.Et dicitur illa q̄
ſufficit ſibi et ſuis.l.di.ſtudeat ꝛc.Et
ꝙ etiam aduenientes poſſit recipere
et epiſcopalia iura perſoluere .ī.de
preben.de mōchis ꝛc. et.ī.de ſupplē.
negli.p̄la.ſicut ꝛc. In tali ſufficientia
debet haberi ratio notabilitatis.vt
xij.diſ.non cogantur.Et ſcientie.ī.d̄
preben.c.de multa.Et dignitatis.ff.
de vari.⁊ extraordi.cog.l.i. In one
rarijs.Item notat etiam glō.huiꝰ.c.
an non clericus poteſt impetrare p̄
bendam vel beneficium.Et videtur
gloſa ſentire ꝙ non.vt in.c.ex litte-
ris ꝛc.infra.de tranſactio. Secus di
cit ſi ſe vellet aſſcribi clero .et tamen
antequam admittatur debꝫ fieri cle
ricus Hec compoſtella.

¶ Cauſam que

Plus ſtatur iuris ordini q̄ꝫ reſcri-
pto.Uel ſic ordo reſcripti interpre
tationē recipit a iure cōmuni .Hoc
dicit ſm Johannē and.Sꝫ dominꝰ
An.addit ⁊ clauſula in reſcripto po
ſita ad debitum ſtatum iuris redu
cetur vbicunqꝫ ſituata reperitur .
Nota gloſam notabilem de clauſu
lis in litteris vł reſcriptis ponēdis.
quomodo et qualiter debent intel
ligi et iuxta iuris cōmunis intelligē
tiam tranſponi

¶ Conſtitutus

Reſcriptum ad beneficium impetra
tum non valet niſi de certo canoni
corum numero fecerit mentionem.
Nota gloſam que dicit que intelli
guntur excepta in iuramento.Item
dicit ꝙ prebendarius non debet eē
ſine fructibus

¶ Super litteris

Qui per fraudem vel maliciam im
petrat litteras et exprimit falſita-
tem vel ſupprimit veritatem talem
que tacita vel expreſſa nullatenus
habuiſſet. carebit omni commodo
litterarꝫ. Nota glo.que dicit ꝙ nō
obeſt ꝙ per ſimplicitatem omiſſum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt.vt.ff.de ven.inſpi.l.i.§.fi. Jtez po
nit q̄ in reſcpto exprimi debent. Pri
mo videlz facti ſeries. vt.ī.de coha.
cle.⁊ mu.c.ſup eo. Scdo ꝓceſſ⁹ cauſe
ī.de re iudi.inter monaſteriū. Item
nomē dignitatꝭ ſue.vt.ſ.e.cū adeo ⁊c

¶ Edoceri

Ubi abbas in ꝯuentu miniſtrat te-
neť abbas p lr̄as ꝯtra ꝯuētū tm̄mo
do impetratas rn̄dere. Uel ſic in ne-
gotijs cōibus abbas rn̄dere teneť p
litteras ſolūmō ꝯtra abbatem impe
tratas. Nō.g.que docet qn̄ collegi
um ꝯuenit ⁊ ꝯuenitur.⁊ ad hoc ſolz
allegari. Dic ꝙ nec ſic nec ſic. Naz p̄
uilegiū nō ꝯuenitur. nec ꝯuenit ſine
auctoritate p̄lati. Sic ⁊ ecōuerſo p̄-
latus nō ꝯuenit nec conuenitur ſine
auctoritate conuentus

¶ Cum dilecta

Proceſſus habit⁹ p lr̄as ſurreptiti
as irritatur.habit⁹ aūt p̄ter vel con
tra formā in reſcripto dataz irritus
nūciať. Hoc.c.cōiter allegať ad hoc
ꝙ fines mandati ſunt diligenter ob
ſeruādi.ꝓbat etiā ꝙ in reſcriptis or
do ſcripture ſeruādus eſt. Nō.caſus
in glō.in quibus alter alteri nō pōt
ꝯmittere vices ſuas.

¶ Plerumqz contingit

Ualet reſcriptum ſecundum non fa-
ciens mentionem de primo quo im
petrās dolo vel negligētia vti poſt
poſuit infra annum ſeu per lapſum
anni. Uide glo.que querit quis hoc
caſu probabit negligentiam.et dicit
ꝙ tranſcurſus anni.hoc tamen ho-
die non obtinet.quia qui primo p̄-
ſentat litteras ſuas iudici. potior ē.
vid.gloſaz.et notatur.ī.eodem.c.ab-
batem.

¶ Cum contingat

Hic datur doctrina ſm quam diuer
ſa mandata recipiens debz ſe habē
Uel ſic inſtruit ordinarium quid fa
cere debz cum diuerſorum delegato
rū mandata recipit ꝯtraria. Hoc.d.
Uel ſic Si delegati dati diuerſi per
diuerſa reſcripta mandāt ordinario
contraria.quid habeat facere ordi
narius. Itē nō glō.que dicit nos il
lud ſcire quod ab alijs audimus.vt
xxij.q.v.ca.hic tamen. Et ꝙ littere q̄
non apparent non ſunt

¶ Olim ex litteris

Cum in reſcriptis plura narrantur
continentia diuerſos effectus.nō ſuf
ficit alterū probare quo ad vtrunqz
effectum. Ex fi.hui⁹.c .nōtur ꝙ clau
ſula ſequens debz ad omnia p̄ceden
tia referri. Nota gloſam et textum
qui docent intelligere clauſulas po
ſitas in litteris.et dicunt de falſitate
litterarum et apparitione. Et facit
maxime ad intellectum eorum que
dicuntur in.c. Inter ceteras.ſupra.e.

¶ Dilectus filius

Caſus eſt. Super reſtitutione cōmu
nionis et beneficij littere impetrate
non valent niſi de āmonitionis cau
ſa fecerint mentiones. Uide gloſam
que dicit ꝙ cauſa facti potius querē
da eſt q̄ ipſum factuz.vt.xv.q.vi.ca.
ī.in fine.et.ī.de accuſationī. Cum di
lectus

¶ Poſtulaſti

Caſus eſt. Uicarius perpetuus niſi
de vicaria fecerit mentionez non po
teſt ſuper beneficio litteras impetra
re. Uide gloſam que dicit de clerico
ad titulum ſui patrimonij promo-
to. Et an licite obtinet eccleſiaſticuz
beneficiuz qui ſufficiens habz patri
moniuz.de hoc vide reportata que

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

videtur dicere ꝙ ſic. Idez tenet In
nocen̄.et ſequitur Ab.potiſſime cuz
abeſt auaricia

¶ Nonnulli

Caſus eſt per litteras apoſtolicas
non debet quis vltra duas dietas
ad iudicium euocari. Et hoc prima
pars .Secunda pars ſic ſummatur.
Non valent littere ad lites impe
trate per non coniunctas perſonas
abſqꝫ ſpeciali mandato domini pa
pe. Nota textum qui dicit ꝙ lites
ſunt reſtringende. Item ꝙ nullus ſi
ne ſpeciali mandato poteſt pro alio
litteras impetrare.niſi forte ď illis ꝑ
ſonis extiterit a quibus non debet
exigi de iure mandatuz .De quibus
perſonis habes.ff.de procura. Sed
he perſone. Item nota glō .que do
cet de quib⁹ dietis.videlicet an vſu
alibus vel de legalibus ſit text⁹ in
telligendus et concludit ꝙ de vſuali
bus quia nō ex opinionibus ſingu
lorum ſed ex cōmuni vſu nomina ex
audiri debēt.vt.ff.ď ſuppell.le.labeo
Et ꝙ conſuetudo eſt optima leguz
interpres.ȷ̄.de ꝯſue.cū dilectus.

¶ Dilectus filius

Iudices appellationis et non prin
cipalis negotij debent cognoſcere
ad quos iuriſdictio debeat pertinē
Vel ſic Quando agitur actione rea
li diete computantur a finibus di
oceſis vbi res ſita eſt. Et de meri
tis appellationis .non iudex a quo.
ſꝫ iudex ad quem cognoſcere debet.
Item nota glō.que tangit vbi quis
conueniri debet qui plura habꝫ do
micilia.et dicit vbi aliquis ſe collo
cauit cū reb⁹ ſuis .vt vbi aſſidue cō
uerſatur. Itē aliquis etiā ſortit forū
ratione rei de qua agitur.vt.ȷ̄.de fo.
compe.c.vlt.vbi numerantur plura
ex quibus quis ſortitur forum

¶ Capitulū ſācte crucis

In litteris beneficialib⁹ regulariter
ille valent q̄ pus ab aliq̄ impetranē
Vel ſic. Si plures impetrēt litteras
in eadem eccleſia ſtatus date vt' pri
or in data preferatur .et ille ſolus re
cipiatur. Nota.gl.que in hoc eſt ſin
gularis. ꝙ qui aliū preuenit ille ob
tinet.vt.ȷ̄.de appel.debitus. Itē dicit
glō.ꝙ ſuſpenſus iterum pt ſuſpendi
ſicut excōmunicatus iterum excōica
ri.⁊ alle.iij.q.iiij. Engeltrudaz .xi.q.
iij.excellētiſſimus.xij.q.ij.de viro ne
ꝓbando

¶ Ad audiētiā noſtraz

Non valent littere a clerico vendite
prius impetrate niſi de venditione
ſiue de earū renūciatione fecerit mē
tionē. Vel ſic. Si hn̄s litteras pape
ad bn̄ficia eis renūciat ꝓpter annuā
penſionē non valēt littere q̄s poſtea
ad beneficia hoc tacito impetrauit.
Hoc dicit. Nota.gl.de iſtis verbis
anno et ān̄uo.et q̄liter poſt ſn̄iaz ad
mittitur ꝓbatio. Verſus. Annua ſi
debes tūc reſpicias caput anni. An
no ſi debes ī fine tene beris āni. Nā
ſi dicitur tu teneris mihi ānuas pen
ſiones tunc recipiet illas in ꝑncipio
anni.vt.C.qn̄.di.lega.vel fideicom.
ce.l.j. Et talis perpetua eſt. Inſti.de
ver.ob.§.at ſi ita. Sed ſi in obligati
one dicitur.quolibet anno.tūc tenet
obligatus ſatiſfacere in fine anni.vt
ff.de ver.ob.in hoc anno.ff.de ꝑdi.⁊
de demon.l.ſi in annos Item et qua
liter poſt ſententiam admittitur pro
batio

¶ In noſtra

Qui plures litteras ad beneficia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſmpetrat tm̄ alteris vti poteſt. Uel ſic. Recept⁹ per litteras apoſtolicas licet prebendam expectet. ſi per litteras hoc ſupprimētes in alia eccleſia prouidere mandetur eis parere non debetur. hoc dicit. Nota glo. que dicit ꝙ ad cautelam expedit quādoqꝫ plures habere litteras. vt ſi ī vna eccleſia non acceptaret̄. fieret in alia.

¶ Ex parte decani

Reuocatio manifeſta ꝓcuratori, et non parti nec iudici. nō nocet parti ſed reuocanti. Uel ſic Non valet reſcriptum qđ ꝓcurator reuocat⁹ ⁊ de hoc certificat⁹ extra iudiciū īpetrat Si vero in iudicio impetrauit. valꝫ reſcriptū ſi iudex et aduerſari⁹ reuocationeꝫ ignorabant. hoc. d. ſm Jo. an. Nota. g. que docꝫ quis dicatur falſus procurator. et eſt ꝗ fuit et nō eſt. vt patꝫ in hoc. c. vel qui procurator eſt. ſed excedit fines mandati. Et declarat pro quibus perſonis ſine mandato poſſꝫ impetrī. vt ſunt liberi. parētes. fratres. et affines. ⁊ liberti. vt. ff. de ꝓcura. l. ſed he perſone. qꝛ et agere poſſunt pro talibus coniūctis perſonis. dum tm̄ voluntas non appareat contraria. vt. ff. de procur. Pomponianus. §. vlti.

¶ Significante

Littera contra hominem vnius dioceſis impetrata ad hominem etiam eiuſdem nominis alteri⁹ dioceſis extendi non debꝫ. Et nō glo. que dicit ꝙ ex quo de corpore conſtet extrinſeca non nocent. licꝫ omnia nō exprimātur. vt. ī. de ꝯſan. ⁊ affi. tua nos.

¶ Radulphus

Per litteras impetratas ꝯtra homines de dioceſi. homines de ciuitate non poſſunt ꝯueniri. Nō. g. que dicē ꝙ licꝫ eps̄ ſit in eccleſia et eccleſia in epiſcopo. vt. vij. q. j. ſcire. quādoqꝫ tm̄ nomine epſcopi non deſignatur eccleſia. vt. ī. de teſti. requiſiſti ⁊c.

¶ Significauit

Beneficium clauſule generalis perditur. ſi re exiſtente integra decedat contentus in ea. Uel ſic. Si conueniendus per clauſulam. Et quidaꝫ alij re integra moriatur ſucceſſor. per illud reſcriptum non potuit ꝯueniri. hoc dicit. Nota. g. que dicit. ꝙ data litterarum eſt inſpicienda. vt. s̄. e. tit. eam te. et. c. conſtitutus. Et ꝙ reſcripta perſonalia ſunt nec extendūtur ad alias perſonas vel alias res. ꝙ̄ ꝗ continentur in eis. ī. de offi. dele. cuꝫ olim. et. c. cum. p. et. g.

¶ Ex inſinuatione

Non valent littere executorie faciētes de monitorijs mentionem vbi nulle monitorie preceſſerunt. Uel ſic Non valent executorie in quib⁹ impetrans dixit falſe monitorias preceſſiſſe. nec ei creditur de monitorijs niſi fidem faciat. ſimile in auctentica Si quis in aliquo. C. de eden. Nō gloſam que dicit ꝙ pluralis locutio contenta eſt duorꝫ numero. vt. iiij. q. iij. §. niſi numerus. et de regu. iur. l. c. pluralis in. vi.

¶ Mandatū apoſtolicū

Mandatum apoſtolicū ⁊ verba reſcriptorū p̄ntis temporis ad preterita poſſunt trahi. Uel ſic. Executor cui ſcribitur vt in certa eccleſia faciat aliqueꝫ recipi cum clauſula. Si ibidem pro alio non ſcripſerimus qui huiuſmodi gratiam proſequitur. non debet mandatum exequi ſi alius ibi iam eſt receptus de mandato ſcribentis. Hoc dicit Nota gloſā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

que dicit ꝙ papa non intēdit vnam eccleſiā grauare ſup receptiōe duoꝝ. Habebit ergo ſentire onꝰ ſi fructus ꝓ pluribꝰ ſufficiant. ꝙ ſm hoc debebūt īſtitui ī ea. ⁊ d̄ hoc. s. e. c. ⁊ c. xxi.

Litteris apoſtolicis

Non dicit̄ papa grauare capitulū cū executoriā ꝯcedit illi cui monitorias ꝯceſſerat p̄deceſſor illiꝰ. Vel ſic. Si ad mandatū duorū duo mādantur recipi. ecc̄ia non dicitur grauari. Notat. g. ar. ꝙ ſucceſſor tenet̄ adimplere factū ſui p̄deceſſoris. xvi. q. vi. illud. Sic et mandatū ſeu p̄ceptum factū ꝑ p̄deceſſorē. ſucceſſor tenetur adimplere. xviij. q. ij. dudum.

Abbatez qui

Spēale mandatū p̄cedens derogat generali ſubſequenti. Vel ſic. Diöceſanꝰ cui ſcribit̄ vt in dioceſi ſua vbi ꝓ alio ſcriptū nō eſt ꝓuideat vel faciat ꝓuideri non p̄t illud exequi circa beneficiū ſpectans ad collationē abbatis iā grauati. h. d. Nō gl. q̄ in ꝑncipio ſui dicit ꝙ qui mādatū ſuū primo repreſentat ille debꝫ beneficium prius obtinere

Ab excōmunicato

Qui excōicatū ſe iniuſte vel ꝯtra cōciliū generale ꝯquertiur ad excōicatorē remittit̄. Vel ſic. Per reſcptū directū excōicatori ꝙ excōicatū abſoluat ſi ꝯ̄ ꝯciliū excōicauit eūdē. nō datur ei ꝯgnitio. Nō glo. q̄ in hoc eſt ſpēalis. et ſolꝫ ad hoc allegari ꝙ qlibet in facto ſuo debꝫ eē certꝰ. niſi ꝓbabilē haberet ignorātiā. vt. xxxiij q. ij. ca. in lectū. Item in facto alieno nullꝰ debet eſſe nimis diligens. nec moroſus nec etiā nimis negligēs exemplū p̄ōt eſſe in electionibus vt. ff. de iur̄. ⁊ fac. ig.

Si proponente

Qui frauduleter dicit ſe b̄nficiū nō habere dū t̄n habeat modicū. littere non valent. Nō. g. que dicit ꝙ modica res et modicū dānū de facili tolerantur. ⁊ al̄r xij. q. ij. ca. bone rei

Quia nonnulli

Hic tangunt̄. vij. vicia morum quorum ſi q̄s aliquod cōmiſerit careat impetratis ⁊ in expenſis et damnis aduerſario condemnabitur. Vel ſic. Loco ſūme ſeptē ſpecies fraudis ponuntur in hac decretali. quarū tres ꝯmittunt̄ in impetrando ⁊ q̄ttuor in abutendo. et pena eorū eſt cōis ſcilꝫ amiſſio litterarū et condemnatio in expenſis. hoc dicit. Nota gloſam q̄ diſputat an littere poſſint impetrari ad futuras lites. Et an rei q̄ nondū extat poſſit iponi ſeruitꝰ. Et dic̄ ꝙ id de quo agenduꝫ eſt. primo debet eſſe in reruꝫ natura. Et gloſa eſt ſatis notabilis

## Titulus de reſcriptis li ſexto

Ipſo iure

Reſcriptum vel ꝓceſſus per ipſum habitus non valet. ſi excōmunicato ſuper alio q̄ ab excōmunicationis vel appellationis articulo fuerit impetratum. Nota glo. in verbo ꝓceſſus. que dicit decretalem pia. ſ. de except̄. non eſſe correctam per hanc. ſꝫ loqui in diuerſo caſu.

Cum in multis

Per clauſulam quidē alij ⁊c̄. poſſūt ſolum quatuor conueniri quorū nomina in primo citatorio exp̄mūtur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

variationi ſit locus. Nota textum q̄
vult infinitatem reprobari. Nota
glo. que dicit ꝙ ſeueritas reſtringit̄
cum multitudo peccauit ⁊ al. cócoꝛ.

¶ Diſpendia

Si actoꝛ contra reum ſuper plurib⁹
perſonalibus actionibus literas im
petrat ad diuerſos iudices nec valēt
nec proceſſus earundem et actoꝛ reo
condemnabitur in expenſis Et idez
in reo conueniente vł reconueniente
actoꝛem eodem durante iudicio.

¶ Cum aliquibus

Recept⁹ per literas facultatis ſi ad
recipientes ſpectat receptio ipſoꝛum
et non pape intelligitur receptus eē
niſi in literis aliud eſſet expreſſum.
Si autē receptio non ſpectat ad eos
tunc ap. ſedis dicitur auctoritate re
ceptus.

¶ Si gratioſe

Reſcriptum pape quod concedit ꝓ
moto retentionem pꝛimoꝛum bene
ficioꝛum vſq; ad beneplacituz pape
extinguitur moꝛtuo papa. Secus ſi
ibi dicatur vel ad beneplacituz apo
ſtolice ſedis. ſic ergo aliud eſt cū ſcri
bitur perſona. aliud dignitas. ſic di
uerſum cum perſone ⁊ cum dignitati
ſcribitur. c. quoniam ſupra de offi. de
leg. c. ſi. infra eo. et infra de priuile. c.
ne aliqui.

¶ Suſceptum

Vocatio per moꝛtem et vocatio per
renuntiationem ſunt diuerſa ⁊ ideo
ī literis ad beneficia impetratis vno
expreſſo non venit reliquum. Nota
glo. que inter cetera dicit ꝙ per fictō
nem iuris veritas non confunditur.
et al. concoꝛ.

¶ Gratia quam

Licet ignoꝛans beneficium ſibi col
latum in impetratiōe alterius illius
mentionem non fecerit valent litere.
alterum tamen eligere debet ſi de iu
re ſimul retineri non poſſunt. Et no
ta glo. que docet que beneficia ſimul
et ſemel retineri poſſunt etiā ſine pec
cato.

¶ Quamuis is cuius

Si reſtituatur quis ad gratiaz reuo
catam ſine alterius pꝛeiudicio intel
ligitur reſtitutus. Unde alteri añ re
ſtitutionem impetranti pꝛeferri non
debet De iſto vide gloſam

¶ Si pꝛopter tua debita

Si papa alicui pꝛopter ſua debita
concedit fructus beneficioꝛuz ad cer
tum tempus per hoc non vult detra
here fabꝛice eccleſie ⁊ fructib⁹ ad vſū
alioꝛuz deputatis. Nota glo. que vi
detur querere an in permutatōne va
cet beneficium.

¶ Si eo tempoꝛe

In literis ad bñficia impetratis in
ſpicitur tempus date Unde per illas
beneficium curatum obtinere nō po
terit qui licet nunc ſit maioꝛ. ſi illo tē
poꝛe minoꝛ erat. et facit in ar. ꝙ inici
um eſt ſpectandum. nec firmatur tra
ctu tēpoꝛis quod ipſo iure ab inicio
non valebat infra de re iu. c. non fir
matur cum ſuis concoꝛ. Nota glo. q̄
docet que ſit idonea etas ad obtinē
dum beneficium curatum

¶ Statutum quod

Iſtud. c. q̄tuoꝛ ponit atq; ſtatuit In
pᵐa pte ponit qb⁹ pſonis ⁊ in qbus
locis cē. a ſede ap. vel legatis vel de
legatis ipſi⁹ cōmitti debeāt et tracta
ri. In ſcða prouidet circa exactōnes
q̄ fiebāt ī iudicijs ab ipſis delegatis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aſſeſſoribus vel notarijs cauſe et ap
ponitur pena. In tertia prouidetur
circa vocationes teſtium ad iudiciũ
que ſepius malicioſe fiebant et cauſa
ſatigandi teſtes vel ab eis aliquid
extorquendi. In vltima decreuit caſ
ſum et irritum quicquid fuerit factũ
contra. Nota glo. que diſputat de
multo et de modico. Item dicit de
paupertate et cetera. Et ponit glo.
etiam differentiam inter remittere et
dare alias etiam nota q̄ bone ſunt.

Tibi qui gratiam

Iſta decretalis ē obſcura ſatis ⁊ do
cet cui competat beneficium an pri
mo preſentanti literas ſuas an p̄mo
recepto Et vide eam et ipſius glo. q̄
inter cetera dicit ꝙ executor debꝫ eē
certus. Dicit etiam ꝙ preſentatio col
latori facta ſufficit ſed non executori

Si pro te alicui

Si primo ſub conditione prouideri
mandatur ⁊ ſecũdus pure impetrãs
anteꝗ̄ veniat cõditio a papa vel ex
ecutore ſuo canonicatuꝫ obtineat in
aſſecutione prebende primo preferẽ.
Nota glo. que ponit differẽtiam in
ter permittere et precipere. Et notat
qui ſunt vocandi in receptione cano
nici. Item ponit differentiam inter
executorem datum ad prouidenduꝫ
et ad compellendum.

Duobus ſuper

Si ex duobus impetrantibus ſuper
ſimili prouiſione nõ apparet quis pri
mus ſi ſolum alteri collatus ſit cano
nicatus a papa ille p̄fertur alteri etiã
prius preſentato et p̄mo recepto.
Si autem vtriqꝫ vel neutri eſt colla
tus aut alter in preſentãdo preuenit.
aut ambo concurrunt ſi aliter p̄ueñt
⁊ ille prefertur ſi ambo concurrunt
ille vel illi vel ipſorũ maior pars ad
quos collatio ⁊ receptio ſpectat alte
rum tenentur eligere ⁊ ille ſolus ad
mittit ⁊ alteri p̄fertur niſi papa vtri
qꝫ voluit ꝓuideri Nota etiam gl.
ꝙ papa non vult grauare eccleſias.
ſic ſupra eo. t. c. mandatum.

Quia per ambitioſam

Omnes indulgentie conceſſe a boni
facio vel ſuis p̄deceſſoribus clericis
de percipiendis perpetuis fructibus
beneficiorum ſuorum in abſentia ſũt
reuocate ⁊ ꝓfitetur papa ſe in poſte
rum illas non daturũ
Nota glo. de fructibus et quotidia
nis diſtributionibus Et notat etiaꝫ
glo. ꝙ imperator quandoqꝫ corrigit
dicta ſua Clemens quintus hoc vo
lumen condidit quod nomiẽ ſuo cle
mentine dictum eſt que propter mu
tabilitatem rerum et nature facte ſũt.
ꝙ natura nouas ſemper deproperat
edere formas Sed cũ eas ꝓpter mor
tem ſupuenientem publicare non po
tuerit. Jhes. xxij. eius ſucceſſor eas ſb
bulla ſua publicari fecit atqꝫ p̄cepit
eis vti tam in iudicijs q̄ꝫ in ſcolis In
titulo de ſũma trinitate ⁊ fide catho
lica multa pulchra dicit in textu et
glo. que omnia vide.

Titulus de reſcriptis in cle

Abbates

Maior prelatus pro membris ſuis
etiam ſi ſunt de menſa reum conueni
re non poteſt per reſcriptum apoſto
licum niſi vbi poſſunt adminiſtrato
res membrorum contrafaciens in ex
penſis et intereſſe punitur

Et ſi principalis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Principali officiali epiſcopi ⁊ prio
ri ꝯuētuali lȝ obediēciariꝰ cc̄ delega
ri pn̄t a papa vl̕ eiꝰ legato Officiali
vo foraneo vl̕ ꝑori clauſtrali nō h.d.

¶ Auditor

Adiutores ī romana curia pn̄t ꝓnun
ciare bn̄ficiū alicui fore debituȝ ⁊ pꝰ
ꝯgnitōem eidē ꝯferreȝ Nota.gl.q̄ vi
deť determinare q̄s in curia romana
habeat ordinariam iuriſdictōnem

¶ Gratie vt de

Expectās bn̄ficiū ꝑdit grām ſi conſe
quiť aliud q̄d cū illo q̄d expectat de
iure retinere nō poteſt. Nota.g.que
querit an clericus ꝯtrahēs matrimo
niū perdat immediate beneficium

¶ Literas noſtras

Litere apoſtolice alicui ſuꝑ ꝓuiſione
bn̄ficij conceſſe ad beneficiū nonduȝ
creatum minime debēt extēdi. Nota
glo.que querit q̄d ſi dubiteť ſi data
precedat creatōem bn̄ficij vel non

¶ Titulus de conſuetudine

Conſuetudines

Conſuetudines grauātes eccl̕as ac
etiā perſonas eccleſiaſticas ſūt remit
tende.i.tollēde. Nota.g.que dicit ꝙ
ꝯſuetudines multū ledētes ſūt radici
tus extirpande. Item notat etiā glo.
huius capituli ꝙ conſuetudo debet
eſſe rationabilis ⁊ non contra vtili
tatem eccl̕ie alias non valet.

¶ Ex literis

Conſuetudo valet ſm̄ quā ſine ſolen
nitate legali res laicoꝝ ad eccl̕as cō
feruntur nō aūt econuerſo valet ꝯſue
tudo ꝙ ſine ſolennitate res eccleſiaꝝ
ad laicos deferanť. Nota glo.que di
cit de poſſeſſione ⁊c̄.

¶ Ad noſtram

Conſuetudo non valet vt ſm̄ dictuȝ
populi prelati debeant iudicare in
cauſis eccleſiaſticis. Nota in tex. ꝙ
ſententia a non ſuo iudice lata non li
gat.imo impune eidem non paretur
c.ſi.in ſi.de conſti.lib.ſexto. Nota.g.
que dicit ꝙ quādoq̄ꝫ minori reuelať
quod maior neſcit ⁊ quod faciliꝰ in
uenitur quod a pluribus queriť.

¶ Quando de benignitate

Ratione ꝯſuetudinis ſimplices preſ
biteri non poſſunt in frontibus criſ
mare. Uel ſic. epiſcopi poſſunt demā
dare ea que ſunt iuriſdictionis.non
autem ea que ſūt ordinis. Nota glo
ī fine que dicit ꝙ hereticꝰ poteſt ba
ptiſare tempore neceſſitatis cum ba
ptiſmus ſit ianua omnium ſacramen
torum. quia melius eſt ab heretico
illud recipere q̄ꝫ ſine eo decedere. dū
tamen in forma eccleſie conferatur.
xxiiij.q.i.ſi qui forte. et ſupra de ſum
ma tri.et ſi.ca.c.i.in ſi. Ipſe tamē he
reticus non debet ſacramentum eu
cariſtie miniſtrare neq̄ꝫ debet ab eo
recipi. Idem de excommunicato ſm̄
Inno.⁊ Hoſt. Nota etiā.g.an papa
p̄t delegare ſacerdotibus hoc ſacr̄m

¶ Cum inter vos ⁊c̄

Non valet cōſuetudo per quam ſen
tentia interdicti violatur. vel ſic ſm̄
do.An. Conſuetudine induci nō po
teſt vt tempore generalis interdicti li
ceat etiam in loco exempto publice
celebrare.h.d. Nota glo. que ponit
aliquos caſus in quibus nō habȝ lo
cū conſuetudo nec etiam preſcriptio
Et dicit de obedientia.

¶ Cum olim london̄ ⁊c̄

Noua dignitas regi debet iuxta cō
ſuetudinē vicinaꝝ ſimiliū dignitatū



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dummodo nulli preiudiciũ fiat. No
ta glo. que inter cetera dicit ꝙ fm di
gnitatem suam quis est honorãdus.
Item ꝙ licz verba priuilegiorum ge
neraliter loquũtur nõ tamen sunt in-
terpretanda in preiudicium aliorum
⁊ alle. glo. concor.

Cum venerabilis ⁊c̃

Non valet consuetudo per quã sine
superioris sui licentia posset quis di-
mittere suam prelaturam. Nota ex
hoc tex. in verbo cõfirmatione ar. ꝙ
abbas exemptus potest eligi in ab-
batem Nam si esset postulatio nõ in
digeret confirmatione sedis ap. pro
batione. Abb. Nota glosam ꝙ pre-
latus vel etiam simplex clericus sine
licentia episcopi renunciare non po
test beneficio.

Cum dilectus filius ⁊c̃

De cõsuetudine potest induci ꝙ vna
ecclesia de collegio alterius ecclesie
teneatur prelatum eligere. Nota gl.
qualiter consuetudines sunt interpre
tande. et id quod discrepat a iure cõ
muni reducẽdum est ad ius commu
ne si potest fieri ne pereat. et glo. all.
Et nota hic glo. in verbo a suspẽsis
a vicio suspensorũ ⁊ eorum impoten
tia actiua ⁊ passiua

Cum consuetudinis vsus ⁊c̃

Consuetudines ecclesie canonici si-
ne consensu episcopi nequeũt immu
tare Nota glosam que in fine sui re-
probat inueniri nouitates. ⁊ ꝙ in re
bus nouis instituẽdis euidẽs debet
esse necessitas.

Ex parte vestra ⁊c̃

Non valet consuetudo per quaz qs
inducitur ad peccandũ vel ad dissi-
pandum bona sua. Nota gl. que de-
terminat de vicio prodigalitatis qd
vicium se esse virtutem sepe mẽtitur.
Et ponit quis sit auarus et quis di
citur largus.

Cum tanto ⁊c̃

Consuetudo non derogat iuri diui-
no cuius transgressio peccatuz indu
cit. Nec iuri positiuo nisi sit ratõabi
lis et prescripta. Nota primam ptez
tex. contra tarde confitentes pecca-
ta sua. Et vide gl. que dicit ꝙ illa cõ
suetudo dicitur rationabilis quam
iura non improbant nec obuiat iu-
ri naturali. Vide glo. que ẽ magistra
lis in hac pte.

## Titulus de consuetudine li. vi.

Consuetudinem et c.

Pretextu consuetudinis etiam iura
te vel quantocũqz tempore obserua
te non potest quis nisi vnicum perso
natum dignitatem vel perpetuũ offi
cium simul cum canonia et prebẽda
in aliqua ecclesia absqz dispensatõne
se. ap. obtinere et contra presumptuz
irritum est. Nota in tex. ꝙ iuramen-
tum non est iniquitatis vinculum.
Nota glo. que tangit aliquid de iu
ramẽto temerario. Et eã nota ĩ hoc
ꝙ dicit episcopum dispẽsare posse d
dignitate et prebẽda in eadẽ ecclesia

Non putamus ⁊c̃

Non valet consuetudo ꝙ de officia
li episcopi ad episcopum appelletur.
Rationem reddit textus quia esset
eiusdem ad seipsum cum sit idem au-
ditorium Nota glo. que docet quid
sit appellatio et dicit ꝙ non valet cõ
suetudo ꝙ ad minorem appellet. Et
glo. adducit vnum simile ⁊c̃.

Non est dum tamen

Valet consuetudo prescripta ꝙ epi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcopus in inquirẽdo puniẽdo ⁊ corrigendo ſuorum ſubditorũ exceſſus ſui capituli cõſilium requirere nõ teneatur. Nota gloſam que dicit quid ſit conſuetudo.

¶ Cum in tua

Per reſcriptum apoſtolicum in quo de prebenda proxime vacatura mãdatur alicui prouideri laudabilis ipſius eccleſie conſuetudo non tollitur Hic eſt ꝙ ſi ibi eſt conſuetudo ꝙ antiquiores canonici vacantes prebendas poſſint mutare gradatĩ illo nõ obſtãte mandato poterit antiquior vacantem optare prebendaz et expectatis .xx. diebus optare volentibus. executor de non optata prouidebit eidem. Si autem prebendam vacantem in curia papa conferret tunc illam antiquior optare non poterit. Nota gloſam ſuper verbo conſuetudo eſt multum notabilis ⁊ menti tenenda ⁊c. Et ꝙ antiquiores canonici ſunt preferendi et alle. concor. et alle. lxi. di. Quid proderit.

## ¶ Titulus de poſtulatõe prelatorũ

Ad hoc in beato petro

Summa eſt. Ille eſt impromouibilis et impoſtulabilis qui violat interdictum. Et vide gloſam que inter cetera declarat quando aliquis tenetur ſcire illud quod publice ẽ factũ ⁊ ꝙ preſumitur eius ſcientia niſi probetur ignorantia. Uide etiam eam dum loquitur de interpretatione et quis poſſit domini pape mandatũ interpretari.

¶ Gratum gerimus ⁊c

Qui caſſatum poſtulat eſt eligendi poteſtate priuatus. Et hoc intellge verum quando poſtulatus per indignitatem ſuam eſt repulſus vt ſupra ca. proximo.

¶ Bone memorie

In diſcordia facta poſtulatio repellitur indiſtincte ſm Ab. Uel ſic. In diſcordia facta poſtulatio repelli cõmuniter conſueuit. Et vide gloſam que eſt notabilis quando papa vel iudex quicunq; poteſt ſupplere defectus iuris.

¶ Bone memorie

Archiepiſcopus in archiepiſcopuz poſtulatur. Et de hoc habes ſupra c. proximo. Nota hic in textu cõmunem vtilitatez debere preferri ſpeciali. Et nota glo. hui⁹ capituli q̄ inter cetera diſputat de priuata et cõmũi vtilitate que preferenda ſit.

¶ Poſtulatõem

Negocia debent in preſentia partiũ expediri. Nota gloſam que videtur diſputare an epiſcopus vel quicũq; alius poteſt eccleſiam ſuam dimittere ſine licentia ſui ſuperioris cum gl. c. ſe.

¶ Etſi vnanimiter

Epiſcopus non poteſt eligi ſed poteſt poſtulari. Nota gloſam que in ſui fine videtur querere an ⁊ quomodo laicus debeat ⁊ poſſet poſtulari et alle.

## ¶ Titulus de poſtulatõe li. vi.

Perpetuo et cetera

Si quis eligat poſtulando poſtulãdum vel impoſtulandum vel poſtulet eligendo eligendum vel ineligendum. talis electio vel poſtulatio ſic

facta eſt irrita ipſo iure. Si autem di cat. eligo et poſtulo prout melius va lere poteſt de iure. idem erat niſi pro babiliter dubitaretur an eſſet eligen dus vel poſtulandus. et tunc in hoc caſu tenetur ſic eligēs vel poſtulans conſenſus tempore eligere alteraꝫ vi am electionis vel poſtulatōnis. qua via electa ad alteram redire non po teſt. hoc dicit. Vide gloſam huius ca pituli que dicit tibi differentiam in ter poſtulationem et electionē. Et ꝙ in re dubia admittitᷣ libellus dubius

## Titulus de electione et electi poteſtate

Nullus in eccleſia

Nullus in collegiata eccleſia niſi ꝑ electōem canonicam aſſuinitur i pre latum. Vide gloſam que ponit diffe rentiam inter congregatōnem et col legium populum et turbam.

Oſius epiſcopus dixit

Populi clamor non eſt pro electōne habendus. Nota gl. que dicit ꝙ po pulus ſequendus non eſt ſed docen dus. et ꝙ vane voces populi nō ſūt audiende.

Poſtꝙ̄ et infra

Ceſſante impedimento eſt electio cō firmāda. Nota glo. que dicit ꝙ ibi ē facienda inquiſitio vbi quis conuer ſatus eſt Et qualiter aliquem cōpur gantes debent notam habere ipſius conuerſationem.

Significaſti

Sine iuramento fidelitatis non eſt pallium alicui concedendum. facit te xtus ibi quaſi romane eccleſie ⁊ etiā pro parte dicentium papam eſſe ſu pra coſilium. Nota gloſaꝫ que inter cetera dicit ꝙ pallium fortiter ſit pe tendum. Et nota gloſam in verbo a malo. vbi ponit caſus pro quibus li cite exigatur iuramentum. Et ponit hos verſus. Pax et fama fides reue rentia cautio damni. Defectus veri ſibi poſcunt magna caueri. ſcilicet iu ramentum. Et in fine dicit glo. ꝙ fru ſtra petit debitum qui quod debet non impendit.

Quia diligentia

Qui fuit ſciſmaticus ſine diſpenſatō ne confirmari vel conſecrari nō po teſt. Nota glo. que dicit de ſciſmati cis et de tunica chriſti que manſit in diuiſa ſignificabat vnitatem eccleſie Et dicit etiam glo. ꝙ excommunica ti et ſuſpenſi poſtꝙ̄ fuerint abſoluti poſt abſolutionem recuperant om nia iura ſua.

Licet deuitanda

Electio domini pape non valet niſi a duabus partibus cardinalium fue rit celebrata. Vide gloſam que inter cetera docet ⁊ facit argumentum qđ bonum eſt quandoqꝫ facere aliquid ad cautelam futurorum et al. ad hoc concor.

Cum in cunctis

Ordinandorum ſtatum generaliter declarat. đ epiſcopis ſpecificat. ad in feriores deſcendit. ad preterita exten dit. punit clericos. ⁊ punit epiſcopos Nota textū quia in eo ſunt pulchra dicta et allegabilia. Item nota glo. in verbo multo fortius. que ſm hāc regulam. ſi id de quo minus videtur ineſſe ineſt ⁊c. affirmatiue et negatiue docet arguere a maiori ⁊ a minori.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Nota etiam glo. que inter cetera dicit ꝙ incompoſitō corporis qualitatem iudicat mentis. Et dicit ꝙ aliqd habere eſt cum effectu habere ⁊ alie.

¶ Cauſam que inter

Qui per alium eligit electum idoneum non poterit recuſare. Et vide. g. que dicit ꝙ cum aliquid generaliter committitur arbitrio alicuius illud non valet qđ facit niſi legitime factū fuerit. et glo. allegat.

¶ Noſti quomodo

Electus ante confirmationem admini ſtrare ſeu beneficia conferre nō poteſt. Et vide gloſam que ponit ⁊ docet que et quando revocatio habet locum ⁊ quis ⁊ quale factū revocari poteſt.

¶ Conſideravimus ꝙ

Ubi fiūt due electōnes ex intervallo quaꝝ pma ē nulla ꝓpter impedimētū occultum ambe ſunt caſſāde. h. d.

¶ Suffraganeis

An mandatum archiepiſcopi q̄ non dum recepit pallium poteſt elect' in epm̄ conſecrari.

¶ Super eo vero

Peccatū in perſona et non in forma promotōem impedit. Nota glo. que vult ꝙ electus cui crimen opponit et contra eum ꝓbatur nec in illa nec in alia eccl'a ſit eligibilis.

¶ Cum monaſterium

Regularis vni' ordinis poteſt in abbatem alterius ordinis ꝓmoueri vl' aſſumi. Nota glo. que dicit ꝙ licituꝫ eſt aſcendere ſed nō eſt licitū deſcēdere. Et an heremita poſſit eligi in epiſcopū ⁊ an poterit habere propria.

¶ Cum terra que

Cōſuetudo non valet vt ex conſenſu patroni conſenſus dependeat electorum. Vide gloſam primā que dicit ꝙ funiculus dicitur portio. Vide etiaꝫ vltimam que trahit ar. ex tex. ꝙ eligētes poſſint denuo eligere prima non reprobata. contra. c. s. eo cum in cunctis. ſed ibi ſoluit. Item notat hodie non valere electionem per vota conditionalia.

¶ Tranſmiſſa et infra

Electus confirmatus poteſt que iuriſdictionis ſunt ſed non ea que ſunt ordinis. Nota etiam textum ꝙ pene ſunt gradatim inferende. ar. ab ordine tex. Ab. Nota glo. et tex. q̄ dicunt ꝙ non licet cunctis facere mercantias ſiue mercimonia habere. ⁊ allegat iura.

¶ Cum inter

Appellatio minus iuſta electionē nō impedit ſed electionem ſuſpenſio nullam facit. Nota in text. ꝙ nullus appellās admittitur niſi cuius intereſt. Nota glo. que dicit ꝙ non doluꝫ facit qui rem deſerit vt litem effugiat Et vbi compoſitio inter partes intervenit et aliquis pure renunciat iuri ſuo poſtea non auditur.

¶ Qualiter poſt obitum

Caſſatur electio ſi electus ante confirmationem habitam adminiſtrat. Nota textum bene cum gloſa qui dicunt habere ſcientiam etiam laboribus adquiſitam eſſe donum dei. Et ꝙ nullus debet ſibi honorem aſſumere ſed debet a deo ſicut aaron ad honorem vocari.

¶ Cum inter

Qui vocat non vocandū ipſuꝫ expectare tenetur niſi a ſuperiori ſuo fue



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

rit excuſatus vel abſolutus. Uide textū. qui dicit ꝙ mora eſt periculoſa ī electionibus. Item glo. dicit ꝙ conceſſa intempeſtiue reuocari non pñt et alle. In fine vide ꝙ quis vtitur qñ q; duplici poteſtate ſcilic; regia ⁊ papali. Et habetur ad papa; recurſus ꝑ cōſenſu regis.

**Cum bonis olim**

Penes vocantes ius deuoluitur eligendi ſi venire negligūt euocati Nota tex. qui dicit nemini cito fore manū imponendam. Et glo. eſt notabil' in hoc ꝙ dicit quanta ſcientia reqratur in epo electo ⁊ ꝙ ſufficit competens ſcientia. Et ꝙ ſit etia; practicus circa temporalia ⁊ in tpalibus

**Innotuit nobis**

Electio illegitimi nulla eſt ipſo iure. Uide textum qui in ſe eſt ſatis notabilis qui inter cetera dicit ꝙ par in parem nō habet imperiū. Et aliquē fore illegitimum non ſit crimen l; defectus. hoc videtur tāgere g. Et vide in fine glo. de ignorantia. quis eā habeat ꝓbare ⁊ quotuplex ſit ꝛc.

**Cum inter canonicos**

Electus a maiori parte capituli non poteſt ſi alias idone⁹ fuerit refutari. Nota tex. qui dicit ꝙ inter eligētes et electum quaſi contrahitur cōiugale vinculum. Et vide glo. que diſputat an crimen in modum exceptōnis in vnō iudicio probatum preiudicet in alio. Item vbi ē opus facto volūtas nō ſufficit.

**Dudum ad audientiam**

Ubi in electōne pro vno facit numerus pro alio auctoritas ſtatur numero ſi non ſit impedimentum in perſona electa. Uide glo. que in hoc ē notabilis ꝙ auctoritas nō eſt preferēda niſi vbi par eſt numerus vel vbi modicum excedit. Item glo. notabiliter diſputat quando initium ⁊ quando finis expectandū eſt.

**Bone memorie**

Qui per impreſſionem laicorum aliquē poſtulant ipſo iure amittunt poteſtatem poſtulandi vel ordinandi ð eccleſia. Nota text. qui dicit. fruſtra legis auxilium inuocat. ꝛc. Et ꝙ notoriū examinatione non indiget. Et ꝙ negantis factum per rerum naturam nulla eſt probatio. Et vide glo. que in hoc eſt notabilis ⁊ diſtinguit de triplici negatiua.

**Querelam quam**

Sufficit preſentato probare ꝙ preſentans ius p̄ſentādi vel quaſi poſſidebat vt ad eius preſentationem inſtitutus non debeat remoueri. Nota glo. que infert ex textu ꝙ poſſint due actiones proponi in eode; libello et alle. concor. Uide gloſam que ī hoc eſt notabilis ꝙ ſentētia debet ferri in procuratorem ⁊ videtur diſputare de iſto pro et contra. Item dicit ꝙ conductor lite pendente debet ſoluere penſionem.

**Cum vinconienſis**

Iure eligendi priuatus poteſt a nō priuato ad eligendum admitti. Nec ſemel admiſſus amplius repellitur. Nota glo. que inter cetera dicit. q̃ ſemel approbatum eſt reprobari non poteſt. ⁊ alle.

**Per inquiſitionem**

Qui eligit ſcienter indignum nō poteſt infra triennium ad beneficia ꝓmoueri. Item qui indignum eligit ſimoniace. indignus ē a beneficijs ha

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

bitis ⁊ habendis. Nota gloſam que
dicit ꝙ ingerens ſe ad dignitates eſt
ſuſpectus. Et dicit gloſa de recogni-
tione ſiue confeſſione extra iudiciali
an preiudicet ꝛc. Item ꝙ vilibus per
ſonis non ſunt concedende dignita-
tes ꝛc.

¶ Cum cauſam

Clericus ſecularis pretextu alicuius
conſuetudinis non poteſt prefici ec-
cleſie regulari. Nota textũ et gloſam
qui dicunt non fore arandum in bo
ue et aſino. Et ꝙ non ſolum attendẽ
dum eſt quid factum ſit. ſed potius
quid ſit faciendum et al.

¶ Quod ſicut ex literis

Poſt conſecrationem poſſunt electõ
nis et electi impedimenta examinari
Nota tex. qui in hoc eſt notabilis ꝙ
electio debet fieri ĩ eccleſia cathedra
li ſi comode fieri poteſt. Et ꝙ archie
piſcopus ſine pallio clericos non de
bet ordinare. Et nota glo. q̄ querit
an reſtituens rẽ iniuſte alienatã vel
abſtractã per reſtitutiõem rei liberet
a pena et arguit ꝓ et cõtra.

¶ Auditis ⁊ intellectis

Cum due fuerint electiones quarũ
prima nulla eſt propter impedimen-
tum occultum ambe caſſentur. Con
cordat. ſ. e. c. conſiderauimus. Et vi-
de glo. que ſingulariter diſtinguit ꝙ
electio quandoq; nulla eſt iure actio
nis ⁊ quandoq; iure exceptõis

¶ In cauſis

A capitulo data poteſtas aliquibꝰ
eligendi re non integra reuocari nõ
poteſt. Nota gloſam que eſt notabi
lis et loquitur de reuocatõne poteſta
tis conceſſe alicui an re integra reuo
cari poterit. Item qđ ſemel placuit
amplius diſplicere non poteſt. Et di
cit glo. ꝙ iudicium ſoluitur eo vetã-
te qui iudicare iuſſit et alle.

¶ Cum eccleſia

Ad ſolos canonicos poteſt canoni-
corum creatio de conſuetudine perti
nere. Nota textum qui in hoc eſt no
tabilis ꝙ nemini facit iniuriam qui
vtitur iure ſuo. Et vide glo. que mul
tum diſputat de conſuetudine

¶ Cum dilectus filius

Electus ab illis quibus poteſtas eſt
data non poteſt ſine rationabili cau
ſa reprobari. Nota tex. ꝙ res eſſet ꝑ
nitioſa exemplo per ſurreptiõis aſtu
tiam aſcẽdere ad apicem dignitatis.
Vide glo. que inter cetera dicit ꝙ di
gniores in eccleſia ſũt quibus digni
or locus debetur. Et ꝙ is gradu ce-
teros antecedat quem labor prolixi
or vel ſtipendia meliora fecerunt an
teire. C. de re milita. libro xij. l. Con
tra publicam

¶ Cum in iure

Cum aliquibus datur eligendi po-
teſtas. tenet quod fit a maiori parte
eorum. Vide glo. que querit. An q̇s
poſſit ſeipſum eligere ſi ſibi data eſſ;
poteſtas eligendi. et diſputat pro et
contra.

¶ Venerabilem et infra

Electus in imperatorem a maiori ꝑ
te illorum ad quos pertinet electio
ſi fuerit idoneus per papam confir-
mabitur. Nota textum qui in hoc ẽ
notabilis ꝙ imperator eſt aduocatꝰ
eccleſie. Item ꝙ in electõne plus opa
tur cõtemptus vnius q̄ cõtradictio
multorum.

¶ Coram dilecto

Valet electio que fit a maiori parte

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

capituli illis tamen qui ſunt in ꝓuin
cia conuocatis. Nota glo. que videt
declarare ⁊ concludere qui abſentes
⁊ de quo loco vocari debent. Et di
cit ꝙ conſuetudo attendenda eſt. qꝛ
i hoc diuerſe eccleſie diuerſas habẽt
cõſuetudines.

¶ Bone memorie

Si maior pars in eligendo contem
nit minorem debꝫ talis electio irrita
ri. Uel ſic et melius. ſi maior pars in
eligẽdo contemnit vnum electõ irri
tabitur. ſed ſi vnus non caſſata pma
electione eligatur electo caſſatur. Et
nota tex. bene qui in hoc eſt notabi
lis ꝙ corpore epiſcopi nõdum ſepul
to non debet fieri electio. idem dicit
de contemptu vnius ꝙ plus operatꝛ
ꝙ contradictio multorum vt ſ. c. ve
nerabilem eo. ti. Item in fine eſt no
tabilis i illo ꝙ citatio indebite facta
nõ artat citatũ.

¶ Cum ad noſtram

Clericꝰ ſecularis in prelatum nõ eli
gitur regularem. Nota tex. ꝙ habẽs
ꝓmiſſiõem ſeu ſpem ꝙ abbas debe
at fieri non debꝫ monachari. dicit ta
men glo. ꝙ ſecundario licitum eſt ali
cui ſperare honores eccleſiaſticos

¶ Officii tui et infra

Nouicius nõ poteſt eligi in prelatũ
Nota textum qui aliquid ꝓſumit il
licite factũ quod cito vel in cõtinẽti
fit. Itẽ ꝙ nullus debet eſſe magiſter
anteꝙ fuit diſcipulus.

¶ Illa quotidiana inſtantia

Ualet electio licet aliqui minori ex
communicatione excommunicati in
terſint. Nota gloſam que dicit ꝙ iſti
excommunicati minori excommuni
catione eligi ſcienter nõ poſſunt ſed
celebrare poſſunt. tamen peccant i ce
lebrando vt in de cleri. ex. minis.

¶ Scriptum eſt.

A duabus partibus facta poſtulatõ
eſt electioni tertie partis preferenda.
Nota tex. qui dicit ꝙ in loco natõis
querendum eſt de conuerſatõe alicu
ius. Nota gloſam bene que dicit de
notarijs an debeant intereſſe electõi.
Item ꝙ electio ſemper preualet po
ſtulatõni niſi due partes ſint pro po
ſtulatõe. Et alle.

¶ Ne pro defectu

Si canonici infra tres menſes impe
dimento ceſſante nõ eligant ad pro
ximum ſuperiorẽ ius deuoluitꝛ eligẽ
di. Uide gl. huius capituli que i hoc
eſt notabilis ꝙ quis poteſt eligi qui
nõ poteſt eligere. Et q̃nq3 quis non
poteſt eligi. tamen bñ pt eligere.

¶ Quia propter diuerſas

Statuit conſilium formam electio
num ſm quas prouideri debet eccle
ſijs viduatis. caſſat electiones aliter
factas. Et iubet contrafacientes tũc
eligendi poteſtate priuari. Secundo
prohibet in electionis negotio pro
curatorem conſtitui niſi certa cõcur
rant. Tertio precipit electõnem ſtati
publicari. Et reprobat electões clã
deſtinas. Nota glo. in verbo maior.
que declarat et colligit eſſentialia. et
neceſſario requiſita ad electionis for
mam.

¶ Quiſquis electioni

Electio de conſenſu laici celebrata ẽ
irrita. et electus conſentiens ineli
gibilis efficitur. et eligentes poſt ele
ctõnem irritam triennio a beneficijs
et officijs ſuſpendãtur. et illa vice po
teſtate eligendi priuẽtur. ⁊c. Et bene

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nota hanc decretalem qꝛ plures ho⸗
diernis temporibus in eaꝫ cōmittūt

¶ Nihil eſt quod

Punitur in poteſtate confirmādi et
perceptione beneficij qui confirmat
indignum.et tunc commendandus ē
quando promouet dignum. Et vide
glo.que ī hoc eſt notabilis ꝙ epiſco
pus non poteſt diſpenſare ſuper in⸗
ſufficientia etatis.ꝛc. Item ꝙ concor
diter electus exiſtens in remotis a
curia poteſt adminiſtrare ante con⸗
firmatōem hoc diſpenſatiue cōcedit
propter periculum eccleſiaruꝫ. tamē
alienare non poteſt vt in fine tex.

¶ Ut preterite et infra

Electus epiſcopus tenetur ad expen
ſas neceſſarias quas capitulum pro
negocio electionis fecit. Nota glo.q̄
inter cetera dicit ꝙ expenſe debēt eē
moderate et non nimis delicate. qꝛ
nec delicatus debitoꝛ nec oneroſus
creditoꝛ eſt audiendus.

¶ Cum poſt petitam

Caſſatur electio ſi poſt collatōeꝫ ali⸗
q̄diu ſit dilata. Nota glo.que ī hoc
eſt notabilis et dicit aliquos caſus ī
quibus petitio debet fieri inſtanter
Item ꝙ non omne quod differendi
cauſa fit eſt moꝛe annumerandū. Et
qđ differtur non aufert.

¶ Conſtitutis

Monachus in abbatem alterius mo
naſterij aſſumptus ad electiōem pri⸗
mi monaſterij non vocatur. Et nota
ꝙ ille qui nō habet vocē in capitulo
nō habet vocē in electōe.

¶ Eccleſia veſtra

Opoꝛtet electōem a maioꝛi parte to
tius capituli celebrari. Et nō ex eo⸗
dem capitulo ꝙ electiōes ſingulares
nullius ſunt valoꝛis.

¶ Cum in magiſtrum

Deicitur ſi pꝛomotus fuerit non pro
feſſus. Nota textū qui dicit ꝙ ī ma⸗
giſtrum aſſumi non debet qui foꝛmā
diſcipuli non aſſumpſit. Concoꝛ.ſup
eo.c.officij tui. Et qui ſub tutela eſſe
debet ſub ſe alium habere non debet
et alle.

¶ Cumana eccleſia

Non valet electio niſi a maioꝛi par⸗
te capituli totius ⁊ pꝛemiſſa collatō
ne fuerit celebꝛata. Uel ſic. Eligenda
perſona non debet in eligentium nu⸗
mero computari.imo ea dempta ma
ioꝛ pars debet in eligendo pꝛimitus
conuenire.h.d.

¶ Sacroſancta eccleſia

Etiam per compoſitōnem patronis
ī collegiata eccleſia nō competit ius
eligēdi. Nota glo.que vult ꝙ laicus
de ſpiritualibus nihil diſponere de⸗
bet.et non poteſt eſſe arbiter in ſpiri
tualibus.

¶ Cum in veteri

Si fieri debeat electio cuꝫ cōſilio ali
quoꝛum non valet niſi eoꝛum reſpō⸗
ſum fuerit expectatum. Nota text.q̄
dicit de candela ardenti poſita tem⸗
poꝛe electionis. Et vide gl.que ē no⸗
tabilis. An et quando requiritur cō
ſilium an debet expectari reſponſum
Et an ꝯſilium aliquem obliget

¶ Congregato

Ceſſante indignitate electi. maioꝛis
partis debet electio confirmari alio
quin minoꝛis partis electio confir⸗
matur. Nota gloſaꝫ que inter cetera
dicit ꝙ pꝛelatus q̄ tenetur alios do⸗
cere non debꝫ tūc addiſcere Itē nos
qui epiſcopi ſumus alioꝝ doctrina

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non indigemus.

¶ Budum eccleſia

Beneficiorum pluralitas cum cura ineligibilitatem inducit. Nota tex. q̄ eſt multum ſingularis de pluralitate beneficiorum loquens. Et nota glo. que dicit ꝙ furtum committit qui rẽ alienã inuito domino tractat vt patet Inſti. de obliga. que ex delic. naſ. furtum autem. Et ſimile viij. q. i. non furem ⁊c. Et etiam in alijs quia bona eſt.

¶ In geneſi legitur

Irrita eſt electio a minori parte capituli facta. et ſi forma non fuerit obſeruata capituli. Quia propter ſupra e. vt ſi collatio facta non fuit vel nõ fuit communis. Nota glo. q̄ eĩ hoc ſingularis eſt ꝙ non creditur teſtib⁹ qui in dictis ſuis ſunt ſingulares ſic conſenſus eligentium omnes inſimul conuenire debent. ⁊c.

¶ Maſſana eccleſia

Nulla eſt electio interueniente laico celebrata. Nota glo. que in hoc ẽ notabilis ꝙ conſuetudo contra libertatem eccleſiaſticam dicitur corruptela

¶ Eccleſia veſtra

Caſus ſm Ab. In quolibʒ termino citandus eſt qui electioni debet intereſſe ⁊ hoc tutius eſt Vel ſic. non ſufficit ad cõfirmatõem ꝙ electõ ſit a maiori parte numero celebrata. ſʒ ſaniori. Nota tex. bene ꝙ non preſumitur ꝙ romanus põtifex vnico verbo velit tollere ſiue euertere quod multis vigilijs ⁊ laboribus eſt inuentuʒ. Et vide glo. q̄ ponit tibi modũ qualiter facias collatiõem zeli ſcilicʒ meriti ⁊ numeri

¶ Publicato

Publicato ſcrutinio non poſſunt electores variare cum ſit facienda collatio et electio celebranda ad quod per ſuperiorem ſi neceſſe fuerit compellantur. Nota, gl. que inter cetera dicit ꝙ illa que ſimpliciter ꝓmittuntur ſine conditõe ſoluuntur.

¶ Si alicuius

Epiſcopus non diſpenſat cum ſimoniace electo ꝙuis ꝑ intermedias ꝑſonas factum ſit peccatum. Etiam ſi electus hoc neſciuerit. illa tamẽ vice duntaxat. Secus de ſimplici beneficio poſt reſignatõem liberã ab eo factam. Nota ex iſto. c. contra iſtaʒ regulam. Res inter alios acta. ⁊c. Item ꝙ vicium vnius purgatur hic ꝑ aliũ contra illud. Pena ſuos debet tenere auctores.

¶ His quibus

Tempus ſtatutum a canone ad eligendum currit his quibus interdicitur. vt ſine licentia ſuperioris non eligant. ratõ eſt in textu. quia in mora fuerunt huiuſmodi licentiam poſtulandi. Vide gloſam que dicit de diligentia eligentium et ꝙ iura ſubueniunt vigilantibus et non dormientibus. et alle.

## ¶ Titulus de electionibus li. vi.

Statuimus et cetera

Si aliquid opponatur contra prouiſionem electionem ſeu poſtulationem factam ad perſonatum dignitatem vel canoniam in perſonaʒ vel formam. et ob hoc fuerit appellatum ad papam. appellans et defendens et quorum intereſt a die obiectionis infra menſem arripiat iter eũdi ad papã. Et ſi pars altera expectata

per.xx.dies poſt' aduentum alterius
non venit ĩ negocio procedetur. Et
qui non probat quod in formaʒ op
ponit condemnatur alteri parti ĩ ex-
penſis. Et nõ probans quod obijcit
in pſonã eſt a beneficijs triẽnio ſuſpẽ
ſus ⁊ ppetuo priuat⁹ ſi ſe interim ad
iſta immiſcuerit. Et hec pene locum
non habent niſi legitime pateat euʒ
calũnioſum fuiſſe.h.d. Nota pulchꝝ
dictũ glo.ꝙ appellante non pſequen
te doloſe ſuam appellatõnem poteſt
non appellans eo inuito pſeq

¶ In electionibus ⁊c̃
Nota conditõnalia alternatiua et in
certa in electionibus reprobantur.
Vide glo.que in hoc eſt notabilis ⁊
ſingularis ꝙ perſona eligenda iudex
et arbiter ⁊ tutor debent eſſe certi. et
etiam pcurator.

¶ Vbi periculum ⁊c̃
Hic ponitur quomodo fieri debeat
romani pontificis electio qñ morit̃
in ciuitate in qua cum ſua curia reſi-
debit. Item quid iuris quando mo
ritur extra ciuitatem in qua erat cu
ria. Et dat executores hui⁹ iuris cũ
penis. Iteʒ obteſtatur cardinales ut
in electione Ro.pon. deponãt om̃es
priuatum affectum et caſſẽt omnia
pacta ⁊ obligationes ⁊ iuramenta q̃
data vel facta eſſent de aliquo eligen
do. Item monet om̃es fideles vt ſta
tim audita ſummi pontificis morte
eius celebrent exequias. Et cõtinue
orent pro vigili concordi ⁊ vtili p-
uiſione romane eccleſie. Prelati autẽ
in predicatõibus ſuis ipſorum ſubdi
tos ad hoc hortentur et eis frequen
tiam orationum et obſeruantiam ie-
iuniorum indicant.h.d. Nota ĩ prin
cipio tex.ꝙ vbi eſt maius periculuʒ
ibi cautius eſt agendum. ſimile.l.i.§.i.
ff.de car.edic.

¶ Et circa
Appellantes ↄtra electiones poſtu-
lationes vel prouiſiones omnia que
obijcere intendunt contra perſonaʒ
vel formam tenentur exprimere ⁊ iu
rare ꝙ credãt illa vera eſſe ⁊ poſſint
illa probare. Super nõ expreſſis illi
vel adherentes non audirentur niſi
de nouo emergat vel perueniat vel
superueniat probandi facultas ſup
quo iurare debent. ſtatutum Inno.
editum contra non probantes que
obijciunt in perſonam vel formaʒ in
ſuo robore conſeruatur. Et nota gl.
que dicit quãdo indefinita equipol-
leat vniuerſali.

¶ Auaritie
Electus ante confirmationem admi
niſtrare non debet per ſe vel per ali
um in toto vel in parte, ſub quocun
qʒ colore. qui contra fecerint ipſo iu
re priuati ſunt iure ex electione que-
ſito. Et vide glo.que inter cetera do
cet te quid facere poteſt electus non
confirmatus.

¶ Quam ſit
Eligentes ꝗ̃ cito comode poſſũt ele
ctionem preſentent electo. Elect⁹ in-
fra mẽſeʒ ↄſentiet alias priuat⁹ eſt iu
re queſito niſi conditio perſone ipm
excuſet. Poſt conſenſum confirmatõ
nem petat infra tres mẽſes alias ele
ctio viribus vacuatur. Nota gl.que
in hoc eſt ſingularis que diſputat ꝺ
menſe quantos dies debet continere
⁊ quot ſemeſtria faciunt annũ

¶ Perpetuo ſanctionis
Si non ſequitur electio nõ eſt quis
ex conſenſu in ſcrutinio ſcienter habi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

to indignum nominãdo eligendi poteſtate priuatus. Nota gloſã. que dicit ꝙ cõſtitutus in mortali poteſt eligere ſicut conſtitutus in minori excommunicatione.

¶ Nulli licere

Eligens vel electioni conſentiens cõtra electum niſi ex noua cauſa vel nouiter ei pandita ſe nequit opponere. Nota glo. que tãgit inter cetera que dicuntur maiores cauſe. Et all'. concor. ⁊ tangit vnum ſatis notabile dictum de renunciatione.

¶ Si quando

Contra electum a dupla maiori parte vel electores ipſius nihil a reliqua parte poteſt opponi quod votum extenuet ſed id bene oppoitur quod votum annullet Uide gl. que ponit differẽtiã inẽ ãnullare votũ ⁊ extenuare

¶ Quamuis

Appellatio iudicialis vel extraiudicialis deuoluit cauſam electõnis epiſcoporum ⁊ ſuperiorum ad papaz ſi in ſcriptis et ex certa cauſa probabil'r fuerit interiecta. alias non; Et ab ea poſſunt partes ſine prauitate recedere priuſꝗ̃ pape fuerit repreſẽtata. Et an in receſſu interuenit prauitas inferiores iudices ante omnia habẽt inquirere quam ſi reppererit de cauſa non cognoſcant. ſed ſtatuant partibus terminum in quo cum actis et munimentis ſe. ap. cõſpectui ſe repreſentent.

¶ Si forte

Si inter reliqua que obijciuntur promouendo ad dignitatẽ obijcitur euidens defectus ſcientie vel perſone id ante omnia examinari debet et ſi reperietur falſum opponens a proſecutione negocij repellitur et punietur perinde ac ſi defeciſſet in probatiõe obiectorum. Nota glo. que dicit ꝙ poſſumus aliqua tacite que non poſſumus expreſſe. Et diſtinguit et docet de preſumptione qualitatis intrinſeca ⁊ extrinſeca.

¶ Sciant cuncti

Qui grauauerit aliquam perſonam eccleſiaſticam vel eius cõſanguineos ſeu eccleſias pro eo ꝙ eum pro quo rogabatur eligere noluit ipſo facto excommunicatus eſt. Nota glo. que in hoc notabilis eſt que; querit an p̃ces inducant ſimoniam? Item ponit caſum in quo percutiens laicum eſt excommunicatus. poĩt etiã ad quos ſpectat ordinare rectorem vel prelatum in diuerſis eccleſijs

¶ Generali

Punit vſurpantes de nouo cuſtodiam vacantium eccleſiarum. Itez punit clericos et monachos hoc fieri procurantes. Item punit clericos ſe talibus non opponentes. Item ponit qualiter debeant ſe habere habẽtes tales cuſtodias ab antiquo Nota gloſam que in hoc eſt notabilis ꝙ in dictione quis comprehẽditur etiam qua. et ſic quando maſculinuz cõcipit femininum et ar. glo. pro ⁊ contra. Item glo. ponit que dicũtur noua et que antiqua. Nota etiam eam vbi dicit que ſit pena trãſgreſſionis canonis.

¶ Licet canon

Parrochial' eccl'a nemini ꝯferaꝛ qui nõ ſit idone' ſcĩa morib' ⁊ etate. Et ſi ꝯferaꝛ nõ attingẽti. xxv. annum nõ valet collatio Ille autẽ cui talis collata fuerit eccl'a tenetur perſonaliter

reſidere. Et infra annum ſacerdos fieri. Si autem promotus non fuerit elapſo anno priuatus eſt ipſo iure ſuper reſidentia autem prelatus eiꝰ ad tempus poterit diſpēſare. Et videas glo. in verbo priuatus que notabiliter tibi dicit quomodo quis ad ordines compellatur Et qñ.

¶ Nemo deinceps

Parrochialis eccleſia non commendetur niſi conſtituto in etate legitima ⁊ ſacerdotio. et tali non niſi vna Et illa tunc demum cum neceſſitas vel vtilitas exigit. talis autem commenda vltra ſex menſes non duret. Quod contra predicta factum fuerit eſt irritum ipſo iure. Nota glo. que ponit ſignificata huius dictionis cōmendare.

¶ Cupientes

Tria tempora ſtatuerat Gregorius x. circa expeditionem eccleſiaruꝫ vtilia vt. ſ. e. Quam ſit primum d electōnibus preſentandis electis. Secundum de exhibendo conſenſu. Tertiū de confirmatione petenda Primuꝫ confirmat hic papa nicolaus cum incerti temporis adiunctione ſtatuens ꝙ ſi infra dies ex q̄ comede potuerint eligentes electōnes electis diſtulerint preſentare, qui culpabiles in hoc fuerint a proſecutione electōnis in totuꝫ ſunt excluſi a beneficijs que obtinent in ipſa eccleſia per trienniū ſuſpenſi Ad que ſi infra illud tempꝰ ſe temere miſcuerint perpetuo ſint ꝑuati et ſic preciſe confirmat vt iacet. Tertium mutat circa confirmationes eccleſiarum cathedralium vel regulariuꝫ que ex immediata ſubiectōne vel appellationis reuelatione habent peti a papa. Et ſtatuit ꝙ predicti electi poſt conſenſum vel poſt habitam de electione noticiam. ſi ipſaꝫ debito tempore non contingeret preſentari infra menſem iter arripiant eundi ad ſe. ap. pro confirmatōne petenda et cauſa proſequenda cum omnibus actis et munimētis. Nota ex tex. ꝙ paupertas excuſat. Et vide gloſas pulchras.

¶ Fundamenta.

Dicit nicolaus et probat auctoritate pſalmiſte noſtram militantem eccleſiam fundatam eſſe ſuper apoſtolos et predicatores quorum fundamentum et ſolidatio eſt ī chriſto iheſu. Horum autem precipuus fuit beatus Petrus cui ſuperna ꝓuiſio beatum Paulum adiunxit qui duo ſub vno proſecutore eodem die ⁊ loco ciuitatem romanam ſui glorioſi cruoris martirio domino conſecrarunt. Item ſecundo dicit ipſam eccleſiam diuino miraculo temporalibus adiutam auxilijs dum ſcilicet Conſtantinus imperator ipſi eccleſie in perſona ſancti Silueſtri ſecūda die ſui baptiſmatis donauit ciuitatem Romanam vbi collocata petri ſedes gauderet plenaria libertate Hic in textu vocat papa cardinales fratres aliquando filios. vt. c. licet tertio extra de teſti.

¶ Quamq̄ in caſu

Canonicis cathedralis eccleſie ipſo iure vel per ſententiam preterq̄ in caſu negligentie eligendi poteſtate priuatis ad papam ius deuoluitur eligendi. ¶ In inferioribꝰ eccleſijs ſemper ad proximum ſuperiorem deuoluitur. De hac deuolutione ad longum tractat gloſa in verbo deuoluetur hic.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Is qui
Conſtitutioni Ut circa nō ſatiſfecit is qui appellās diſiunctiue iurauit ſe credere oppoſita eſſe vera vel que ſuf ficere deberent ex eis ꝛc.

Qui contra
Qui contra certam perſonam ne eligatur appellat conſtitutiōez vt circa. ſeruare tenetur. Uide glo. que videt facere differentiam inter appellatiōez contra certam perſonam et incertaz perſonam interpoſitā.

Sicut cum per
Si compromiſſum ē in plures vt eligant per vnum facienda eſt electiōis pronunciatio aliter electō facta non tenet. Ortum autez habuit hec decretalis per illa que notat Inno. Hoſt. et Compoſtel. ſ̄. e. in. c. qꝛ propter. et c. in geneſi.

Statutum
Decretalis. ſ̄. e. Licet canon. ꝛc. in collegiatis parrochialibꝰ eccleſijs ⁊ aſſumptis ad earum regimen locū nō habet. Et nota ꝙ decre. Cum in cūctis. ponebat de dignitatibus et bñficijs curatis ⁊ parrochialibus eccleſijs. Sed decre. licet canon. ſolum de parochialibus non debuit ergo aut debet ad dignitates extēdi. per rationem tex. quam nota quia penalia reſtringi potius ꝙ̄ ampliari conuenit

Si cui
Si compromiſſarius ꝑm traditam ſibi metam ſcrutatis ⁊ in ſcriptis redactis voluntatibus ſingulorum illum eligat in quem nō maior pars capituli ſed plures aliorum comparatione conſenſerunt nō tenet electio cum preter formas concilij ſit celebrata. ꝛc. Concor. ſ̄. e. cꝰ. eccleſia veſtra.

Quorundam
Ex vocatione quocūqꝫ modo in diſcordia facta de religioſo mendicante ad prelaturam extra adminiſtratōnem ſui ordinis non adquiritur illi ius nec conſentire poteſt etiaz de prelati licentia. Idem de vocatione facta a minori parte numero ad qualibet prelationem de religioſo nō mēdicante. Et ſecus factum irritum decernit vi. princi. decre. contra ambitionem et auaritiam religioſoꝝ. Uide glo. que dicit quid operetur licentia extorta.

Ut quis duas
Non poteſt electus duas electiones proſequi petendo confirmationem ex illis. Etiam ſi proteſtetur ſe contētum altera per quam conſequi poſſꝫ ſue intentionis effectum. Nota text. cum glo. ꝙ vagari in incerto non licet que ſuccincte dicit quando quis teneatur actionem eligere

Si electio
Si electus non conſentit vel poſt cōſenſum renunciet vel moriet̄ vel propter occultuz ſui vicium electō caſſatur eligentes ad eligenduz extunc integrum tempus habebunt niſi circa ſd egerint fraudulenter ꝛc. Nota gloſam in verbo renunciat que decidit an electus poſt conſenſum ſine auctoritate ſuperioris factum poſſit renūciare electioni.

Si religioſus
Si non obtenta licentia religioſus conſentit electioni de ſe facte extra ſuum monaſterium non valet conſenſus et irrita eſt electio. Secundo dicitur ꝙ ſolus ſuperior ſine capitu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſo dare poteſt conſentiendi licentiaꝫ
⁊ tranſeundi. Nō.g.in verbo aliam
que ponit tp̄a conceſſa expeditioni
eccleſiarū vacantium

¶ Nullus

Monachus in abbatem eligi nō p̄t
niſi ſit expreſſe profeſſus. Ad digni
tatē aūt ep̄alem ⁊ in ſeculari et regu
lari eccl̄ia talis eligi poterit Nota in
hoc.c.et etiam prece .hoc verbuꝫ eli
gatur et electi de religioſis

¶ Cuꝫ expediat

Forma electionis ſuperius tradita
per decretl.ſupra eodem.cum dilect⁹.
non eſt ſublata per ſequēs conciliū.
quia propter. Et notat iſta decretl.
ī principio ſui quid expediat ⁊c. Et
dicit ꝙ expedientia vtilitatem reſpi
cit.et ꝙ iura iuribus ſunt concordā
da

¶ Cuꝫ non deceat

Accedens ad ſe.ap. pro inſtruendo
negocio electionis per decretl.cupiē
tes.eundo hac de cauſa.ſtando ⁊ re-
deundo integre preter quotidianas
diſtributiones percipit fructus be
neficiorum quos percipere poſſꝫ in
ipſa eccleſia reſidendo. Rationē red
dit textus.quia officium ſuum nulli
debet eſſe damnoſum

¶ Ab eo.

Qui opponit euidentem defectum
ſcientie vel perſone contra promo-
uendum ad aliquam dignitatem pe
nitere non poteſt.

¶ Ex eo ꝙ

Canonicus impubes ad electionem
non vocatus non agit de ↄtemptu.
Non profeſſi cum profeſſis.vel con
uerſi laici cuꝫ clericis electioni inter-
eſſe non debent.

¶ Si poſtq̄

Si ab electiōe cathedralis vel regu
laris eccleſie in ſcriptis ex cauſa pro
babili appelletur ad papaꝫ .illa pen
dente.confirmatio per ordinarium
facta non valet. Item ſcd̄o dicit ⁊ re
quirit decretl.cupientes.non ſolum
ꝙ elect⁹ veniat.ſed ꝙ vſqꝫ ad finē ne
gocium proſequatur.quia paria ſūt
non venire et re infecta recedere.ff.
de excu.tu.l.ſcire.§.obſeruabūt. mēs
enim conſtitutionis alias offendere
tur.vt hic . Et habet etiam locum
quando appellatur a confirmatiōe
vel prouiſione.h.d.

¶ Cum ex eo

Diſpenſare poſſunt epiſcopi ⁊ ſupe-
riores cū habentibus eccleſias pa-
rochiales.ꝙ vſqꝫ ad ſeptennium ſtu
dendo non teneantur ad ſacerdotiū
promoueri. Ad ſubdiaconatum ta-
men debent promoueri infra annuꝫ
alias ſunt priuati . Et illo durāte ſe-
ptennio debꝫ in illis eccleſijs idone
us poni vicarius de fructibus eccle
ſie ſuſtentandus.elapſo ſeptennio de
bet rector infra annum in preſbyte-
ruꝫ promoueri

¶ Commiſſa

Dicit ꝙ ad penam priuationis re-
ctoris parochialis eccleſie non pro-
moti requiritur ꝙ annus integer ſit
completus. Secūdo dicit ꝙ annus
ille nō currit legitime impedito. Ter
tio ꝙ poſt priuationem eccleſia eidē
conferri non poteſt Quarto dicit ꝙ
nō promot⁹ ſi eo animo receperat
eccleſiam vt fructus anno reciperet
tenetur ad reſtitutionem ipſorum ⁊
cetera.

¶ Si abbatem

Abbas exemptus eligitur in epm ſʒ transire non poteſt ſine licētia pape vel legati de latere. Secundo dicit q̄ legatus de latere confirmare pōt electiones epozum exemptozū. reliq̄ non ſine ſpēali mandato ꝛc. Nō in fine hui⁹. c. q̄ legat⁹ a latere maioz eſt poſt papā in provincia ſibi decreta

Si compromiſſarius

Si compromiſſarius non eligit infra tempus iuris. poteſtas provideñdi ad ſuperiozem devolvitur. Si eligit ſed indignum indiſtincte redit ad compromittentes. niſi id ſcienter ratum habuerit. Idem eſt ſi electus idoneus non conſentit. Si compromiſſarius ſcienter eligit indignum. tunc ipe ſol⁹ ab ecclaſticis officijs ē ſuſpenſus triennio. niſi id cōpromittentes ſcienter ratum habuerint. Et pena ſuſpenſionis predicta non hʒ locum in epo compromiſſario. nec in electionib⁹ inferiozum. Et reſtringitur illa pena ad beneficia que obtinet in eccleſia offenſa. Et idem ī beneficijs illius qui deficit in probatione illius qđ obijcit ī pſonā. Nota in tex. q̄ epus nullā excōicationis ſētentiam incurrit de iure. niſi de ipſo expreſſa mentio habeatur. vt et. ī. de ſnīa exco. c. quia periculoſum

Procurator.

Procurator in cauſa electionis ſive appellationis ab eadeʒ debʒ cauſas clare in ſuo conſtitutionis inſtrumēto habere. et ſpēale mandatuʒ ad iurandum in animas opponentium ſive conſtituentium

Si confirmationem.

Caſſata confirmatione vel caſſa nūciata propter defectum iuriſdictiōis vel ſolennitatem obmiſſam non ꝓpter hoc electio caſſa dicetur

Quia ſepe.

Si vacante cathedrali regulari vel collegiata eccleſia ſingulares perſone capituli vel conventus occupant bona a prelato dimiſſa vel vacationis tempore obvenientia. donec plene reſtituant ab officio ꝛ quibuſcunq̄ bñficijs ſunt ſuſpenſi. non obſtantibus ꝑvilegijs. ꝯſuetudinibus. vel ſtatutis quacunq̄ firmitate vallatis

Conſtitutio.

Declarat decre. Ut circa. et dicit q̄ ſolum in extraiudicialibus appellationibus locum hʒ. Et habuit ortū hec decretalis ex his que no. Guill. ī. eo. vt circa.

Is cui.

Procurator ſeu adminiſtrator cathedralis eccleſie cui ab ap. ſe. hmōi adminiſtratio ſive ꝓcuratio eſt cōmiſſa. poteſt illa que ſunt iuriſdictionis. ſecus de illis que ſunt ordinis ſive conſecrationis. niſi fuerit epiſcopus ꝛc. Interdicitur tñ ei rerum immobilium alienatio.

Indemnitatibus.

Dividitur in ſeptem partes. In prima ponitur conſtitutionis cauſa et conſtitutio circa perſonas eligētes et eligendas in monaſterijs monialium. In ſecūda ponit quid iuris. cuʒ in ipis monaſterijs plures ſunt electe in diſcordia per formaʒ ſcrutinij Tertio ponit quid iuris eſt cum electioni per formam compromiſſi aliqua pars ſe opponit. Quarto declarat an decre. cupientes. habeat locū in cauſis ipſarum electionum. In

quinta excōicat aduocatos ꝛ alios qui in huiuſmodi electionibꝰ diſcordiam ſeminauerint vel exortam nutriunt. In ſexta fit ampliatio ꝯſtitutionis ad canonicas non profeſſas. et qui habent proprium. Septimo ponitur quedam proteſtatio ꝛ antiquorum iuriū ſaluatio

Prouida conſideratiōe

Appellantes in cauſa electionis poſſunt ante pn̄tationem appellationis ab ea recedere dūmodo aliq̄ prauitas n̄ interuenerit. qḋ hn̄t iudices inferiores cognoſcere. qḋ ſi iudices inferiores non fecerint ꝛ ad confirmādum tales electiones ꝓceſſerint per annū a confirmatione ꝛ conſecratione taliū ſūt ſuſpenſi

Si eo tempore.

Si papa ſibi ꝓuiſionē cathedralis eccleſie reſeruauit. inhibuit. ꝛ irritū decreuit. non eſt viciata electio que preceſſerat. omnia tn̄ que reſeruationē ſequūtur carent effectu. Uide gl. bene de decreto pape

Si quis iuſto

Si iuſto impedimento detentus in electionis negotio commiſerit pluribꝰ vices ſuas. queritur an valeat cōmiſſio. Reſpondetur ꝙ ſic dūmō in ſolidum creati fuerint. et erit tūc melior conditio occupantis. Si autem nullus occupat. ſed ambo ſimul concurrunt. admittitur ille de quo capitulum concordat. Si capitulū non concordat. ille admittitur qui in inſtrumento eſt primo nominatꝰ. Et nota gl. fi. que dicit. aliud eſſe conſētire. aliud dare mandatum de conſētiendo.

Quoniā electione.

Si apparet coelectꝰ vel ſe opponens ei q̄ confirmationem petit ille vocabitur noīatim. alias fiat edictū in eccleſia generale. ꝙ ſe volētes electioni opponere veniāt perēptorio aſſignato. alias ꝯfirmatio facta non tenet. Nota glo. in verbo celeritate. q̄ ponit multa in quibꝰ celeritas reprobetur. plura etiam in q̄bꝰ requiratur.

## Titulus in cle.

Quia rationi

Religioſus eligi non p̄t ad p̄laturā non ep̄alem alterius religionis vel habitꝰ ſi contra fiat eſt irritum. Uide g. que diſputat de colore habituū. et ꝙ ſub verbo religioſus intelligitur etiam religioſa. Concordat g. c. generali. ē. eo. li. vi.

Ne romani.

Cetus cardinalium ſe. va. iuriſdictionem papalem nō exercet. niſi in q̄ntum admittit concilium Lugdunē. Secundo dicit ꝙ officiū camerarij vel penitentiariorū pape durat eo mortuo. qui ſi deficiant poterit cetus pro tempore vacationis alios ſubrogare

Cauſam electionis

Primo ponit formam ſm̄ quā appellans appellationē intimabit appellato. vt per ipam cauſa appellationis ad curiam deuoluatur. Scd̄o prouidet cum appellatus vel ipſius ſpecialis procurator nequit haberi Tertio prouidet cum per metū appellati vel ſuorū intimatio fieri nō poteſt

Conſtitutionem

Bonifacius aliqua declarauit de

quibus ſuo tpe dubitabat circa de
cretł. Ut circa. vt. ſ. c. is qui circa. ⁊. c.
ꝓcurator. et. c. cōſti tutio. li. vi. Poſt
eum tñ noua dubia emerſerunt. que
clemens hac ſua cōſtitutione decla
rat. vide eam ⁊c.

¶ In pleriſqȝ.

Sine ſpeali licentia pape nullus ꝓ-
uidere pt cathedrali eccie clero carē
ti et populo xpiano. Religioſus per
prelatum ſuū licentiari non debȝ vt
tali prouiſioni conſentiat. cōſentiēs
etiamſi fuerit conſecratus priori p̄-
lato ſubiaceat nec in epm recipitur.
nec ad honorem aliquem promoue
tur. et que contra fiūt irrita decreuit

¶ Quod circa

Breue eſt et vtile. conſtitutio Boni
facij que loquitur d̄ minori numero
non debȝ intelligi fictione iuris.

¶ Statutum

Emolimentum ex iuriſdictione ⁊ ſi
gillo curie vel alias pertinens ad
p̄latuȝ cathedralis eccie vel collegi
ate ea vacante. non obſtante conſue
tudine deductis expenſis reſeruādū
eſt ſucceſſori. niſi tunc certe dignita
ti competat iuriſdictio cum ipſius
emolimento

¶ Cum cōceſſa.

Religioſo conceſſa a ſuo prelato li-
centia vt in electione de ſe facienda
poſſȝ conſentire propter ambitiōis
vicium nullius dȝ eſſe firmitatis. Ui
de glo. q̄ notat ꝙ generalis licentia
eſt periculoſa

¶ Titulꝰ de tranſlatione epi
vel electi.

¶ Cuȝ ex illo

Patriarcha non poteſt electū in ar
chiepm ad ſedem epalem transferre
Uel ſic. Patriarcha qui confirmatū
in archiepm transffert abſqȝ ſe. ap. li
centia a confirmatione ſuſpenditur
epali. Nō g. que hȝ verſus in quibꝰ
quedā nominātur que reſpiciunt ſo
lum papam. et ſunt iſti. Reſtituit pa
pa ſolus deponit et ipe Diuidit ac
vnit eximit atqȝ probat. Articulos
ſoluit ſynodū qȝ facit generalē. Trāſ
fert ⁊ mutat. appellat nullus ab ipo.
De iſtis ſingulis habebis concor. ⁊.
de exceſſ. prela. ſicut vnire

¶ Inter corporalia.

Electum preſertim confirmatuȝ nul
lus poteſt ad aliam eccleſiam tranſ
ferre. Nota tex. qui dicit ꝙ corpora
lia facilius deſtruūtur q̄ conſtruun
tur. econtra ſpiritualia facilius con
ſtruūtur q̄ deſtruantur. quos deus
coniunxit homo non ſeparat Item
dicit tex. ꝙ de ſimilibus idem eſt iu
dicium. et allꝰ. gl. concor. Item dicit
ꝙ ſimplicitati eſt parcendum. Item
qd̄ non eſt ſanctorum patruȝ decre
to ſancitum ſupſtitioſis non eſt ad-
inuentionibus preſumendum. preſer
tim cum nonnunq̄ intelligatur ꝓhi
bitum. quod non inuenitur expreſſe
conceſſum Et de hoc brocardico g.
eſt notabilis

¶ Quāto perſonam

Epiſcopus qui ſine licentia pape ec
cleſiam ſuam dimittit et aliā accipit
priuatur vtraqȝ Nota gloſā que in-
ter cetera dicit quantam poteſtateȝ
deus beato Petro et ſuis ſucceſſori
bus contulit

¶ Licet in tātum

Licet epiſcopus habeat indulgenti
am vt ad maiorē eccleſiam tranſire

valeat ſi poſtuletur ad aliam nō pt
ſine examinatione tranſire. Uel ſic.
Diſpenſatio vt quis tranſire valeat
ad maiorē non conceditur ad parez
Ratio aſſignatur in tex.

## ¶ Ti. de auctoritate ꝛ vſu pallij.

¶ Cum ſuper.

Quod dicitur in traditione pallij
infra eccleſiam tuam vtaris. de qua
libet ecc͞ia in dioceſi intelligitur.

¶ Ad hoc

Palliū alteri ꝯmendari non poteſt
Nam cum eo qui vtitur ſepelit̄ Ui-
de g. que videtur dicere ꝙ ea que ꝑ
ſonis adherent cum perſonis extin-
guūtur. Item docꝫ g. qualiter ep̄us
et clerici debent ſepeliri. et in quibꝰ
veſtibꝰ et all̄. concor

¶ Niſi ſpecialis

Ante impetrationem pallij non eſt
q̇s archiep̄us nūcupandus. Nō gl.
q̄ dicit ꝙ palliare debꝫ q̇s qđ male-
fecit ꝛ reuocare congruenter ſi p̄t ne
vileſcat auctoritas eiꝰ. Et nō tex. be
ne in fi. ꝙ ordinata charitas incipit
a ſeip̄a.

¶ Ad honorem dei.

Solus papa ſꝑ pallio vti poteſt. alij
vero certis diebꝰ in ꝓuilegijs ſuis cō
tentis. h. d. Et nota glo. in honorem
cuius pallium portatur

¶ Ex tuarum.

Extra prouinciā nequit vti pallio
etiamſi ſit conſuetudo. Idem videt̄
de mitra. Et nota glo. que vult ꝙ li
cet papa dat alicui ꝓuilegiū. non tm̄
vult ꝙ vtat̄ eo in ꝑiudiciū alteriꝰ

¶ Cum ſis. ꝛ .ſ.

Archiep̄us poteſt vti pallio ad miſ
ſam in quocunqꝫ loco. Et intellige
vbicunqꝫ. i. in prouincia ſua vel alie-
na de pape licentia

¶ Tua nos.

Archiep̄us in diebus in priuilegijs
ſuis contentis pallio vti poteſt Nō
gl. que dicit ꝙ non licꝫ falcem mitte
re in meſſem alienam.

## ¶ Titulus de renunciatione.

¶ Litteras tuas.

Tempore turbationis non dꝫ ep̄us
petere ceſſionem. i. petere licentiam
ꝙ poſſit dimittere ſuam eccleſiā Nō
g. que dicit que ſit iuſta cauſa ad pe
tendum licentiā renūciandi. Itez di
cit gl. ꝙ fruſtra velociter currit. qui
prius q̄ͣ ad metas ꝑuenerit deficit.
qđ eſt notabile. vt de peniteñ. di. iij.
incaſſum. et bene concor. c. ſi poſtq̄ͣ
de elect. li. vi.

¶ Cuꝫ inter. ꝑ.

Qui abiurauit beneficiū licite p̄t re
dire ad illud ſi de nouo eligatur. Ui
de gl. que inter cetera dicit ꝙ iura-
mentū non extenditur ad ea de qui-
bus non eſt cogitatum

¶ Ex tranſmiſſa

Qui ad petitionem ſuaꝫ licentiatur
vt tranſeat ad aliam eccleſiam. ius
perdit in ꝑma ec̄c. Uide glo. huius. c.
An clericus tranſiens de vna eccle-
ſia ad aliaꝫ poſſit repetere bona ſua
prime eccleſie data. et diſputat pro ꝛ
contra. de hoc notatur .ſ. de cle. ꝯiu.
c. ꝙ a te.

¶ Admonet et infra.

Clericus abſqꝫ conſenſu epiſcopi ac
cipiens eius eccleſias aut dimittens



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt canonice puniendus. Nõ gl. que dicit ꝙ clericus vnius eccleſie pt eligi in prelatuз alterius eccleſie dummodo ſit idoneus

Super hoc.

Agenti ꝙ metus cauſa obſtat iuramentum renũciationis ſuper ꝓprietate facta. Nota tex. qui dicit ꝙ non ē veriſimile ꝙ aliquis beneficiuз multis laboribus adquiſitum et expenſis facile ſine cauſa ſpõte ſua reſignet Et ĩ hoc qḋ dicit ꝙ negãtis factũ ꝑ rerum naturam nulla eſt directa ꝓbatio. Ad idem. ẜ. de electio. c. bone et ibi de hoc

In preſentia noſtra.

In cauſa appellationis is pro quo lata eſt ſententia nihil habet probare neceſſe nec quis reuertitur ad ius reſignatum. Nõ tex. qui docet vnd̃ iudex debз informare animũ ſuum.

Sane dilect⁹ fili⁹.

Si tue me ſuppoſui gratie ꝯpelleris off cio iudicis ad gratiam faciendã Nota g. que dicit ꝙ exhibitio reuerentie ſiue honoris nõ debet exhibẽri eſſe damnoſa.

Quod in dubijs

Qui renunciat in manibus laici beneficio illo poterit ſpoliari. Nõ g. q̃ ponit penam clerici accipientis bñficium a laico et qui renunciat ĩ manus laici

Ad ſupplicationem

Propter intemperiem aeris vel inimicitias capitales poteſt quis petẽ ceſſionem. Nota g. que dicit ꝙ huic ꝓuidendum eſt de beneficio quẽ nõ crimẽ ſed cauſa neceſſitatis abducit. Item nota verbuз ſatis notabile ꝙ non licet maiorib⁹ honoribus fũcto deſcendere ad minores

Niſi cum pridem

Ponit ſex caſus in quibus archiepiſcopus poteſt petere ceſſionem. Nõ tex. q̃ dicit. Etſi deſideranda ſit eminens ſcientia in paſtore. in eo tñ ſit competens toleranda. quia ẜm apoſtolum ſcientia inflat. charitas autẽ edificat. Et ideo impfectionem ſciẽtie ſupplere poteſt pfectio charitatis Itẽ q̃ nimis emũgit ſanguineз elicit Itẽ ocioſitas et voluptas arma ſũt antiqui hoſtis ad miſeras animas. capiendas

Poſt tranſlationem

Epiſcopus qui renunciat epiſcopatui et factus eſt regularis pt in epm̃ poſtulari. niſi primo renunciaſſз ratione criminis. Nota tex. qui dicit. ſi cecus cecum. Item dicit ꝙ ſcientia eſt margarita. Item nota gloſam q̃ dicit ꝙ cauſa ceſſante ceſſat effectus et ꝙ cum ſymoniaco nulla dз haberi miſericordia

Quidam cedendi.

Qui obtinuit licentiam ad cedẽduз ſiue ad reſignandum cogitur ad cedendum. Nõ g. que dicit ꝙ aliquis cogitur ad cedendum obtenta licentia. et hoc ideo ne illudatur papa

Ueniens ad ſe. ap.

Qui aduerſarij gratie ſe ſupponit niſi reddat litteras quibus vtitur non renũciat iuri ſuo. Et nõ g. que dicit ꝙ ſi in cauſa appellationis vadam⁹ ad arbitros. ꝓpterea non videor renunciare appellationi

Lecte coram nobis

Abſolutio ab obedientia vim renũciationis plature non habз Nõ tex. et g. de illo qui credit ficto amico ꝙ

ſit faciendū ⁊ qualiter ille fictus ami
cus de dolo teneatur. Itē ꝙ licet re
integra penitē. De hoc vltimo vide
in.c.noſti.et.c.in cauſis.ſ.de elec.

¶ Dilecti filii

Abbas exemptus ſine licentia pape
renūciare non poteſt. Nota gloſam
que docet in quibus caſibus quis a
dignitate vel officio poteſt et debet
remoueri.

¶ Titulus de renūciatione li.vi.

¶ Qm̄ aliqui

Quidaz plus q̃ expediret curioſi re
ferebant in dubium. an papa poſſet
renūciare papatui. Celeſtinus quin
tus dum poſſideret regimen Roma
ne eccle.de conſilio et conſenſu fratꝝ
ſuoꝝ ſtatuit ꝙ ſumm⁹ papa libere re
ſignare poteſt ꝓut declarat preſens
decreta. Nota nimiā curioſitatē re
probari

¶ Si te prebendam

Si in fraudē expectātis ꝓmā vacatu
rā cū in primo crederet pinguis va
care renunciat quis tenuē quā hēbat
nō tenet expectās illā recipe imo illa
dimiſſa expectabit aliam ſine fraude
vacantē.etſi illi renūciāti illa piguis
poſtea cōferat hoc ipſo ꝓbata frau
de carebit vtraqꝫ.hoc dicit

¶ Titulus de renūciatiōe in cle.

¶ Cum illuſio

Renunciatō dignitatis vel beneficij
facta p procuratorem ad hoc conſti
tutum tenet licet pri⁹ procurator fue
rit reuocatus.ipo tamen ⁊ ſuperiore
cui fiebat ceſſio ignorante.niſi p ma
liciam ipſorum vel aliorū reuocatō
ipſis fuerit occultata.

¶ Titulus de ſupplenda negligē
tia prelatorum

¶ Statuimus

Si dioceſan⁹ requiſitus bn̄dicere no
lit abbates ciſtercienſis ordinis. ipſi
tn̄ monachos ſuos bn̄dicere poſſunt
Et eſt ar.ī glo.ꝙ quis poteſt dare il
lud quod non habet. Sed regula ē
ꝙ nemo dat plus q̃ habeat Fallit in
caſib⁹ his verſibus contentis Credi
tor alluuio iudex tutor dominus ve
Additor auguſtus prelatus ſicqꝫ ꝓ
curans. Plus conferre valet iuris q̃
competat iſtis.

¶ Sicut nobis

Religioſi eccleſias ad eorum preſen
tationem ſpectantes in ꝓprios vſus
non poſſunt conuertere. Et ſi infra
tempus lateraneñ.cōcilij vt in.c.ij.de
conceſ.pre. cum vacant non pn̄taue
rint ad eaſdem ſuperiores poterūt ea
vice de eiſdem ꝓuideri. Nota glo.q̄
dicit qualem hoſpitalitatē debꝫ cleri
cus ſeruare. Nota ꝙ qui ad vtrum
qꝫ feſtinat neutruz bene peragit. ſiſte
l.nemo.C.de aſſeſſo.

¶ Licet magiſter. H.

Supplet ſuperior inferioris negligē
tiam in beneficijs conferendis ſi tps
lateranenſ cōcilij fuerit lapſum ⁊ col
latio per inferiorem facta poſtea nō
valet. Vide gl.que notat an tempus
predictum currat a tempore ſcientie
vel a tempore vacatōis. Et cōcludit
ꝙ a tpe ſcientie infra de cōceſ.prebē.
Quia diuerſitatem in fi.ꝛc.

¶ Literas veſtras

# Liber primus

Si ille ad quem ſpectat collatō bene
ficij illud poſt tempus a iure ſtatutū
conferat nō tenet collatio niſi de mi-
ſericordia toleretur. Uide gl. que di-
cit quid operet̄ pacientia.

Dilecto filio P

Ad quem prima non ſpectat benefi-
cij collatio lapſo tempe lateranē̄ cō
cilij conferre nō poteſt.

## Titulus de ſupplen. negli. pre la. li. vi.

Romana

Iuriſdictio ſuffraganei excommuni-
cati ad metropolitanum non devol
uitur licet alias eos pro delictis pu-
nire poſſet

Grandi

Si ille qui preeſt ē negligēs et remiſ
ſus debet ſuperior illi dare idoneum
coadiutorem. Nota glo. que dicit q̄
potentia quādoq̄ȝ prodeſt q̄n̄q̄ȝ no-
cet. Item glo. notat quando ſubditi
debent obedire dn̄o quo ad bellādū

Si epiſcopus

Epō a paganis capto vl̄ ſciſmaticis
nō archiepī̄s ſȝ capitulū adminiſtrat
niſi papa q̄ȝ cito hoc fieri poterit ſit
per hoc per capitulū cōſulendus alit̄
ordinaret. h. d.

Eccleſie

Caſus opiniones erāt olim q̄s poſ-
ſet viſitatorē dare eccleſie cathedrali
Item an viſitator poſſet conferre be
neficia vtrumq̄ȝ hec decretalis deter
minat.

## Titulus de ſupp. negli. prela. in cle.

Quia regulares

Si prelati regulares nō cōferant in-
fra ſex menſes prioratus adminiſtra
tiones et eccleſias vacantes que non
ſunt ð menſa ſed ſolent ſpeciales licȝ
obedientiarios rectores habere dio
ceſani auctoritate ſua vel apoſtolica
ſi ſunt exempta conferant illa perſo-
nis quibus per prelatos fuerint con
ferenda nec permittant illa applicari
menſis prelatorum vel penſionibus
grauari.

## Titulus de temporibus ordi. ꝛ quali. ordinan.

Subdiaconos

Diebus dn̄icis vel ſabbato penthe-
coſtes ſacri ordīes ab alio q̄ȝ a papa
non poſſunt conferri. Nota dicit gl.
quando virgines ſunt velande

Sane ſuper eo

Non valet conſuetudo q̄ extra tem
pora ſtatuta ſacri ordines cōferant̄.
Nota glo. que dicit q̄ mltitudo pec
cantium quandoq̄ȝ inducit diſpenſa
tionem. Item q̄ veritas ē triplex ſcȝ
iuſticie diſcipline et vite.

De eo autem

Extra ieiunium quattuor temporū
niſi in ſabbato ſancto et ſabbato an̄
paſſionem domini ſacri ordines cō-
ferri non debent. Nota gl. que dicit
q̄ conſuetudo ea que ſunt licita red-
dit illicita

Ex tenore

Criminoſus occultus moneri debȝ.
ne promoueatur ad ordines. Sed ſi
promoueri voluerit prohiberi non
debet. Uide gl. que dicit q̄n̄ peccatū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De tēpo. ordi. et quali. or. in antiquis

eſt occultū ⁊ quādo dicitur notoriū
Item ꝙ peccatum occultum ſolum
deum habet ultorem.

¶ Ad aures

Religioſus contra prohibitiōem ſui
ſuperioris promoueri non dȝ. No-
ta textum qui dicit ꝙ non in ſublimi
tate graduum ſed ī amplitudine cha
ritatis adquiritur regnuȝ dei. Et no
ta glo. que pulchre dicit quādo ſit et
in quibus obediendum prelatis.

¶ Si archiepſ

Metropolitanus ab om̄ibus ſuffra-
ganeis conſecratur. ſed ſuffraganeus
a tribus epiſcopis cōſecrabitur. hoc
dicit cum. c. ſequenti. qꝺ incipit. Nec
epiſcopi ꝛc. Et nota glo. que tāgit de
forma conſecratōis epoꝝ

¶ Cum quidam et infra

Cum tempore indebito ordines ce-
lebrant tā ordinās ꝙ ordiati pūiunt

¶ Cum ſecundū

Cōmixtio contrariorū rituū in ordi
nibus conferendis reprobatur

¶ Ex parte veſtra

Qui de maiori religione trāſit ad mi-
norem ⁊ ibi recipit ordinem accepta
penitentia illa utitur licite ſi tranſitꝰ
ſit occultus. Uide glo. que dicit quo
tuplex eſt apoſtata

¶ Quod trāſlatōem

Si grecus epiſcopo latio ſubiectus
ſine licentia ipſius ordinatur ab epo
greco interdicitur ei ordīs executio.
ſi vero de licentia toleratur

¶ Cum in diſtribuēdis

Ordinatꝰ a papa nō pt ſine ipſiꝰ licē
tia ad ſuperiores ordines promoue-
ri. Nota gl. que dicit q̄ nō poteſt or-
dinare. ille etiā non poteſt iudicare

¶ Lrās veſtras

Non poſſunt cōferri duo ſacri ordi
nes vna die vel duobus ieiunio con
tinuato. Nota gloſaȝ que dicit ꝙ cō
tinuatio de duobus diebꝰ facit vnū
Item nota ꝙ dicit ordines conferri
debere ſabbatis diebus. et hoc dicit
ſemper et pro conſtanti. qui ſciliȝ di
es ſignificat requieȝ. preter epiſcopa-
lem dignitatem que die dominica tā
tum confertur.

¶ Uel nō eſt compos

Caracter imprimitur ante etatem le
gitimam ordinatis. Nota glo. q̄ po-
nit etates ordinandorum et licet iu-
uenis ordinetur caracter tamen imp
mitur licet executio vſqȝ ad tps debi
te etatis ſuſpendatur

¶ Dilectus filius

Conferēs vna die plures ſacros or-
dines etiam ſi de mandato metropo
litani hoc fecerit ab ordinandi pote
ſtate ſuſpenditur. Nota gloſam que
dicit ꝙ auctoritas ſupioris non excu
ſat.

¶ Cōſultatōi tue

Caracter imprimitur extra debita
tempora ordinatis. Nota glo. q̄ di-
cit ꝙ quocunqȝ tpe ordines ꝯferātur
caracter imprimitur. Nec tempus ē
de ſubſtantia ordinis

¶ Queſitum eſt

Omne crimē enorme indiſtincte im-
pedit quem in ſuſceptis miniſtrare.
et ad ſuperiores ordines promoueri
Uide hic ab. et doc. qui multum no-
tabiliter hic ſcribunt de peccatis q̄
dicuntur enormia que mediocria et
que leuia.

¶ Titulus de tempo. ordi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et quali·ordi.li.vi.

¶ Sepe contingit

Epiſcopus italie vltra montanum non ordinet niſi de ſpeciali licentia pape vel per patentes literas epi ſui continentes cauſam iuſtaʒ quare non ſit aut nō poſſit illum ordinare.ſi ſecus factum fuerit ordinās punietur condigna pena. ⁊ ordinatus ſuſpenſus manebit. Ita ꝙ etiam a penitentiarijs pape ſine ipſiꝰ licentia ſpeciali abſolui non poterit.

¶ Eos qui

Qui ſcienter ordinauerit clericū alienum per annum a collatōne ordinis ē ſuſpenſus. et poſtꝙ̄ ſuſpenſio fuerit manifeſta poterunt ſubditi ſine licētia eorum a vicinis epis ordinari

¶ Cum nullus

Epiſcopi clericis originis domicilij vel eccleſiaſtici beneficij commēdaticias ad ordines dare poſſūt. inferiores prelati non niſi ex priuilegio. nec officiales epoꝝ.ſed hi qui habēt ad miniſtratōem ſpūalium illas bene cōcedunt. Et poſſunt ipſi ordinare pores prioratu non exemptorum ⁊ ipōrum ſocios ꝙ̄diu morantur in illis. licet inde non fuerint oriundi.

¶ Nullus eps

Nullus eps vel alius habēs ordinare laicum alterius dioceſis aut infantem niſi religionem intrare voluerit. Nec clericum tonſurare nec coiugatum niſi voluerit ad religionem trāſire ordinare poteſt.⁊ ſi ſecus fecerit a collatione clericalis tōſure per annū ſuſpenſus erit.

¶ Titulus de ſcrutinio in ordine faciendo

¶ Ex parte tua

Quem quis non ſcit indignum illuʒ debet exiſtimare dignuʒ ⁊ in illo peccare non videtur. Nota glo.huiꝰ.c. que in hoc eſt notabilis ⁊ ſingularis ꝙ quilibet p̄ſumitur dignus niſi probetur indignus. Et glo.arguit pro ⁊ contra ⁊ demū ſoluit.vide eam

¶ Titulus de ordinatis ab epo qui renū.epatui.vel excōicato

¶ Requiſiuit

Hic habes qualiter et qn̄ epus poſt ſuaʒ reſignationē ordines ꝯferēs executōem conferat. Uel ita dicas. Eps qui renunciauit loco tm̄ inuitatꝰ poteſt conferre ordines. Nota glo.q̄ dicit qn̄ ignorantia excuſat et qn̄ nō

¶ Cum clericis

Epiſcopus diſpenſat cum clericis q̄ ab epo excommunicato ignoranter ordines receperunt. Et vide glo.an valeat conſecratō que ē celebrata ab excōmunicatis.

¶ Titulus de eta.⁊ qualita.⁊ ordine preficiendorum

¶ Ut abbates

Abbates decani et prepoſiti q̄ pſbri non ſunt preſbiteri fiant. alias ſuam niſi iuſta fuerit cauſa prelatōeʒ amittant.

¶ Ex ratiōne

Si minori detur beneficium nō per laicos ſed auctoritate epi regi debet

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

donec minoꝛ veniat ad etatem

¶ Indecoꝛum eſt

Ante. xiiij. annum nulli eſt regimen eccleſie ꝯmittendum. Nota ꝙ regēs eccleſiam dꝫ habere annos diſcretionis et alios in diſcretione excellere et etiam in moꝛum honeſtate Nō g. que vult ꝙ ſacerdos liberatur a pa. po. quia nulla dignitas ſecularis ſimilis eſt ſacerdotio.

¶ Eam te decet

In parochiali eccleſia inſtitui non debent niſi litterati et moꝛibus ⁊ etate fulciti. Et habentes duas eccleſias niſi ſint ambe tenues vnaꝫ dimittere tenentur ⁊c

¶ Preterea licet

Ad parochialem eccleſiam non dꝫ quis niſi ad minus diaconus ſine diſpenſatione admitti. Nota gl. q̄le tempꝰ dicitur breue q̄nꝙ quattuoꝛ menſium. q̄nꝙ decem dierum

¶ Queris a nobis.

Propter vtilitatem vel neceſſitatem eccleſie coguntur clerici oꝛdines recipere quos ſua bñficia nō requirūt. Nota g. ꝙ clerici qui ſunt criminoſi tamen occulti propter vtilitatē eccē tolerantur

¶ Ad aures noſtras.

Si ſuper rebus hic contentis leſā cō ſcientiā hꝫ medicus nō dꝫ ad ſacros oꝛdines pꝛomoueri. Nō g. que dicit ꝙ abſit ꝙ nobis imputetur qđ ꝑter voluntatē noſtram ꝯtingit. et ponit vnum verſum. Non eſt in medico ſꝑ releuetur vt eger.

¶ Cū bone memoꝛie

Qui ſuſpenſus recipit bñficium non poterit ipm̄ retinere. etſi triennio in hac ſuſpenſiōe ſteterit debet habitis ſpoliari. Nota glo. que dicit ꝙ exq̄ quis per annum ſtat in excōicatiōe pꝛiuari debꝫ beneficio ſuo

¶ A multis.

Subdiaconꝰ in epm̄ libere eligi poteſt ſicut diaconus et ſacerdosꝰ. Nō tex. in fine ꝙ ꝓmouendus in ſubdiaconū debet pꝛomittere de cetero caſte viuere.

¶ Tuam in domino

Stante neceſſitatis articulo poteſt ſumi in abbatem in minoꝛibus oꝛdinibus conſtiturꝰ. Nō g. ꝙ laicꝰ p̄t eē abbas ⁊ infamis poteſt gerere curā monaſterij. Itez nomen abbatis eſt magis ſolicitudinis q̄ꝫ dignitatis. Et nota hic g. notabiliter loquētez quid iuris de oꝛdinatis ad pꝛeces alioꝛum.

¶ Cum contingat

Per pꝛimam tonſuraꝫ ab abbatibꝰ ſuis monachis datam oꝛdo tribuitur clericalis. Nota gloſam que dicit ꝙ hoc idem poteſt abbas nōduꝫ benedictus. vt in . c. pꝛimo . ſupꝛa. de ſupp. neg. pꝛela.

¶ Intellexinꝰ.

Qui infra ꝓbationis annū egredit̄ monaſterium licite ꝓmouetur. Nō gl. que diſputat de illo qui petita licentia exiuit. et qui non petita licentia exiuit

¶ Accepimus.

Caſus. ad ſacros oꝛdines ꝓmotus ſine titulo poteſt ſuū oꝛdinatoꝛē impetere ſuꝑ beneficio obtinendo niſi poſt pꝛomotionē fecerit ſe indignuꝫ

¶ Cum ſit ars artium.

Debent epi ꝓmouendos inſtruere ī officijs et eccleſiaſticis ſacramentis qualiter ea debeant celebꝛare Nota gloſam vltimam que eſt notabilis contra illos qui multa allegant.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Item dicit ꝙ melius eſt pauca agẽ caute ꝙ̃ plura periculoſe .in auc̃.de tabelli.circa mediũ ꝯſtõnis coll̃.iiij.

¶ Quãuis multa

Propter defectum ſciẽtie p̃t ep̃s ab ep̃atu remoueri. Nõ gl.que dicit ꝙ ep̃s debꝫ ſcire grãmaticã et que tenetur plus in ſe habere .Vide glõ.que eſt notabilis in hoc

## ¶ Ti.de etate.ꝛ quali.ordi.li.vi.

¶ Permittimus.

Ep̃us diſpẽſare poteſt cuꝫ his q̇.xx. annuꝫ compleuerunt ad dignitates dũmodo eis animarũ cura non immineat.hoc.d. Et ergo ſecus in parochialibus eccleſijs .vide glo.

## ¶ Ti.de eta.ꝛ qualit. ordi.in cle.

¶ Cum eccleſie

Dioceſani ſeruare debent ꝛ a ſubditis ſuis ſeruari facere iura loquẽtia de qualitate perſonarum preficiẽdarum ecc̃ijs.h.d. Et neſcio quẽ fructũ inducit hec ꝯſtitutio cum in ea non reperitur pene adiectio

¶ Ut hi qui

In capitulo cathedralis ecc̃ie vel collegiate vocem non habꝫ qui non eſt ſubdiaconus. Itẽ hñs bñficium cui annexus eſt ordo poſt annuꝫ niſi prius impedimento ceſſante promoueatur ad illuꝫ in capitulo vocẽ non habꝫ donec fuerit ordinatus ꝛ interim ꝑdit diſtributionẽ dimidiã.

¶ Generalem .

In.xviij.anno p̃t quis in ſubdiaconum In.xx.in diaconum In.xxv.in preſbyterum promoueri. Hoc dicit Vide glo.que dicit qũo hoc debeat intelligi.et alle.

## ¶ Titulus de ſacra vnctione.

¶ Cum veniſſet

Capitulum iſtud docet de duplici vnctiõe.ſcꝫ viſibili et inuiſibili et q̇d ſignificatur per vnctionem Item in quib⁹ locis ep̃us inungitur Itẽ qũo p̃nceps inungitur. Itẽ qũo quilibet xp̃ianus inungitur . Item vnde conficitur oleum et criſma. Vide textuꝫ qui eſt multum notabilis in ſe . Iteꝫ ꝙ papa nõ vtitur baculo.et hoc ꝓpter miſticam ſignificationem . Iteꝫ nota g.que in fine ſui ponit quattuor metra in quibus cõtinẽtur illa q̄ per baculum deſignantur.

## ¶ Titulus de ſacramentis reiterandis vel non.

¶ Paſtoralis

Cũ quis ordinatur in ſubdiaconuꝫ ſine man⁹ impoſitiõe vel confirmatione nõ eſt iterãdũ q̇d fuerat p̃termiſſũ ſꝫ ſupplendũ. Et ſic vt dic̃ Ab. non dicer̃ vnq̃ ore. Ideo dic̃ ſm eũ q̇d de hoc dicit Inno.

¶ A nobis.

Qui a ſciſmaticis eſt ſepultus nõ ꝓpter hoc exhumar̃.nec rebenedicent̃ veſtes.nec reconſecrant̃ altaria cũ quibus et in quib⁹ ſciſmatici celebrarũt Nota glo. que in hoc eſt notabilis qñ cymiteriũ vel ecc̃ia eſt iterum cõſecranda vel altare et qñ non

¶ Preſbyter et diacon⁹

Si diacon⁹ non recipit manuuꝫ impoſitionẽ debito t̃pe eſt ſupplendum Nõ gl.que dicit ꝙ quedam ſunt que melius poſſunt intellectu percipi q̃ elocutione exprimi

## ¶ Titulus de filijs p̃ſbyte.ordi. vel non

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De filiis preſbyterorum in anti.

¶ Ut filij preſbyterorū
Spurij nō ꝓmouentur niſi ordinē intrēt nec ſerui niſi libertati donenē

¶ Ad preſentiā.
Qui eccleſiam impetrauit tacito ꝙ eſſet in ſacerdotio genitus ab ea licite remouetur. Hoc dicit

¶ Preſentiū
Non pt qs eccleſiā habere in q̄ pater habuit vel obtinuit pſonatum. ⁊ hoc vult iſta decre. et ſequēs que incipit. conquerente nobis.

¶ Ueniens ad.
Reſtituitur ad ecc̄iā filius ſacerdotis ſi ab ea ſine iuris ordine ſit remotus. Nota g. q̄ dicit ꝙ que benigne collata ſunt fraudis conſilio reuocari non debent

¶ Propoſuit nobis.
Ex diſpenſatione prouidet̄ filio ſacerdotis ſi ad ſacros ordines ſit ꝓmotus. Nō qn̄ requirendus eſt conſenſus patroni ⁊ ꝙ ecc̄a ꝯſecrāda dꝫ habere fruct⁹ ſiue redditus ꝑ duob⁹

¶ Ex trāſmiſſa.
Poteſt filius ſacerdotis legitim⁹ tn̄ habere ecc̄iam paternā cui tn̄ pſona media interceſſit. Nō ꝙ nomē heredis ꝓximū heredem ſignificat.

¶ Conſtitutus
Nō pt qs habere ecc̄iam in q̄ pater ſuus ꝑpetu⁹ vicari⁹ noſcit̄ fuiſſe Nō gl. que videtur diſtinguē inter tꝑalē et ꝑpetuū vicarium ⁊c.

¶ Ex tua nobis
Diſpenſatio facta cum filijs ſacerdotum ꝑ ſcđas litteras non reuocatur niſi de ea expreſſa mentio habeatur

¶ Quoniā ſacris
Si notoriū eſt ꝙ quis teneat eccleſiam paternam ad reuocationē ipi⁹ teſtes minime requirūtur. Nō ar. ꝙ in manifeſtis ordo iudiciari⁹ non eſt ſeruandus.

¶ Ad extirpādas
Archiepūs pt remouere quos in eccleſijs paternis nouerit miniſtrare.

¶ Ad hoc ex tua.
In eccleſijs in quibus patres fuerūt pontifices filij legitimi poſſūt beneficium obtinere. Et ſic nota ꝙ fili⁹ legitimus in paterna eccleſia ſimul cum patre poteſt beneficium obtinere. In paterno tamē beneficio ſuccedere nō debꝫ ſine dignitate. ſ. c. conſtitutus. et. c. ꝓxi.

¶ Michael preſbyter.
Imponitur ei ſilentium qui petit eccleſiam in qua pater proxime miniſtrauit. Nota gloſam ſingularem q̄liter quis probatur filius alicuius. quia filius eſt quem nuptie mōſtrāt

¶ Litteras. et. ſ.
Genitus ex vxore in ſacerdotio nequit ſine diſpenſatione promoueri. Nō g. ꝙ permiſſio in genere mediocritatem reſpicit

¶ Cum decorem.
Filius illegitimus non poteſt habere beneficium in eccleſia ī qua pater noſcitur obtinere. Uide glo. que dicit ꝙ legitimi bene poſſunt eſſe in eccleſia vbi pater prefuit. concor. ſ. eo. c. ad hoc iuncta g.

¶ Ad abolendam
Qui ꝓmouet illegitimos ē a bn̄ficiis ſuſpendend⁹. Nō ꝙ in regularib⁹ bn̄ pn̄t ſimul eē monachi regulares pr̄ et fili⁹ ꝓpter verbū tex. ſecularib⁹. Nō ẽm g. ꝙ tales pſone nō ꝓhibent̄ intrare religionē. vt ſupra. eo. c. ſ.

¶ Dilectus filius.
Non prodeſt legati diſpenſatio vt
quis obtineat eccłiam in qua pater
ꝓximo miniſtrauit. Nō ꝙ epi non
poſſunt diſpenſare cum illegitimis
in ſimplici beneficio

¶ Nimis in tua
Sola ſedes apoſtolica diſpenſat vt
illegitimus obtineat bñficia hñtia
curam animarū. Et ſic patz ꝙ lega
tus pape nō pt cū talibꝰ diſpenſare.

¶ Titulus de filijs preſbyte
rorum. li. vi.

¶ Is qui.
Cuz illegitime natis diſpenſant epi
in minoribus ordinibꝰ et bñficio ſi⸗
ne cura. dūmodo ſit tale in q̄ alias
diſpenſare pōt. In alijs diſpenſatio
pape requiritur. etſi diſpenſatum fu
erit cū aliquo. ꝙ non obſtante defe
ctu poſſz ad curatum benefium pro
moueri p̄textu illius diſpenſationis
non poterit duo beneficia inſimul
obtinere. hoc dicit

¶ Si is
Si ille cum quo ſuper defectu origi
nis in curato beneficio fuerat diſpē
ſatum ⁊ eo tacito ſuꝑ pluralitate diſ
penſationem obtineat. nō valz diſpē
ſatio. Et nō g. in verbo defectꝰ. vbi
aſſignantur tres cauſe ꝓpter q̄s im
peditur hñs defectū nataliuz ꝓmo
ueri ad ordines et beneficia

¶ Tit. de ſer. non or. et eorum ma
numiſſione.

¶ Inſtruendi et infra
Seruus ante manumiſſionem ordi
nari non debz Nota tex. qui dicit ꝙ
illud qđ infirmari vel vituperari pt
precaueri debz. Et dicit gl. ꝙ preui
deri debz. quod contingere poteſt

¶ De ſeruorum
Seruꝰ ante manumiſſionē ꝓmouē
dus non eſt. etſi promotus fuerit de
gradetur. et domino tradatur. Uid
gl. que docet quid iuris ſit đ ſeruis
ordinandis.

¶ De famulis eccłe
De ſeruis eccleſie poſſunt aliqui ma
numitti et ꝑ parochiales eccleſias
inſtitui. et qđ hmōl adquiſierint. ec
cleſie adquirunt. etſi contra eccłiam
teſtificent̄ vel prelatum ſuū accuſēt.
(niſi edicti venia īpetrata) deponēt̄

¶ Nullus. et infra
Dominꝰ in ſeruo quem manumittit
pōt ſpūales opas retinere. et vid di
ſtinctionem deſuper

¶ Conſuluit. ⁊ ifra
Sicut ſeruus ante manumiſſionem
ſic ſpuriꝰ ante legitimationem pro⸗
moueri non debz. Nota ꝙ ſeruus ⁊
ſpurius equiparantur hoc caſu.

¶ Eo libentius
Iſtud. c. determinat qualiter ſerui
ordinati ab eccleſia manumiſſi pñt
ad aliam eccleſiaz ſe transferre.

¶ Miramur nō
Antiqua ſtatuta declarant qualiter
ſerui in ſeruitutem debeant reuoca
ri. Et additur ꝙ in ſubdiaconū ſta
tuta facta de diacono valent ſeruari

¶ Dilectus filius.
Partꝰ ſequit̄ ꝯditiouez ventris. Uel
ſic. homo militis vel alterius ſecula⸗
ris perſone non debz ſine volūtate
eius ordinari

¶ Titu. de obli. ad ratioci. ordi.
vł nō ordi

# De corpore viciatis in anti.

¶ Magnus epiſcopus
Obligatus ad rõcinia non eſt ante depoſitum officiuz ꝛ rõnem redditã ꝓmouendus ad ordines. Nõ glo. q̄ eſt nõbilis. Et ponit et determinat q̄s dicatur ꝓcurator. quis curator. et quis dicatur tutor

¶ Titulus de corpore viciatis

¶ De preſbytero.
Epiſcopus diſpenſat cum eo qui in duello modicã deformitatẽ ꝯtraxit Et vide g. que dicit ꝙ tales de rigore iuris deponẽdi ſunt. ꝛ alle. ꝓcor.

¶ Cum de tua.
Hñs maculã in oculo ſine diſpenſatione non dꝫ ꝓmoueri. Nõ gl. q̄ hꝫ an habens vnũ oculum maiorẽ alio poſſit promoueri ad ordines

¶ Ex parte.
Sectus in cunabulis licite ꝓmoueri poteſt. Nota gl. que in hoc eſt notabilis. ꝙ ille qui ſe ipm abſcidit. quaſi homicida ſui ipi⁹ iudicatur. Item non ferro. ſed religione querenda ẽ caſtitas. xxxiij. q. v. c. tũc ſaluabitur.

¶ Significauit
Nullus in indignatione põt facere abſcindi virilia. qḋ ſi fecerit irregularitatem incurrit. ſec⁹ ſi ex iuſta cauſa Nõ g. que dicit ꝙ non licꝫ alicui ſeuire in corpus ſuum.

¶ Ex parte. M.
Qui ex cã neceſſitatis ſibi fecit virilia amputari non incurrit irregularitatem. Nota glo. que dicit ꝙ eunuchos voluntarios diligit deus. non qui ſe ipſos abſcindunt

¶ Expoſuiſti
Corpore viciatus in promotiõe ſua tenetur detegere defectũ ſuũ. Nõ gl. q̄ dicit ꝙ ꝓpter defectũ dentis nõ impeditur quis nec dicitur morboſus

¶ Thomas
Modica deformitas nõ impedit ꝓmouendũ. dũmodo ad frangenduz hoſtiam alias ſit potens. Nõ g. que diſtinguit et docet materiam toti⁹ tituli compendioſe.

¶ Ti. de byga. non ordinã. et viduarũ maritis

¶ Et bygami
Bygami penitẽtes ꝛ repudiatarum mariti ad ſacerdotium nõ aſcendũt. Et dicit penitentes ſcꝫ ſolenniter.

¶ Super eo
Qui bygamum promouet priuari debꝫ officio et poteſtate ordinandi. et cũ bygamo ꝯtra apoſtolũ diſpenſari non poteſt. licꝫ cum ordinante poſſꝫ diſpenſari

¶ De bygamis
Sicut bygamus. ſic nec vidue maritus dꝫ ad ordines promoueri

¶ Nuper a nobis
Cleric⁹ in ſacris ducens vxorem q̄ i minorib⁹ habuit vxorem. licꝫ ſcd̓m matrimoniũ non valuit. propter affectũ tñ bygam⁹ cenſetur. Uide glo. que docet qñ opinio preferetur veritati. Et ponit verſus. Teſtamenta. fauor. odiũ. ſententia. proles. Ex iſtis cauſis prefertur opinio veris

¶ Debitum paſtoralis
Qui ducit vxorem ab alio viro prius ductam non tñ cognitam per eũ non cenſetur bygamus. Uide glo. q̄ ponit ſignificationem matrimonij ꝛ pulcre deducit q̄re bygamus nõ ꝓmoueri debet in eccleſia dei

¶ Quia circa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Qui plures concubinas cognouerit irregularitatem non ptrahit ex hoc facto. et eſt mirabile q plus habeat puilegium fornicatio et immundicia q caſtitas vt hic notatur

A nobis fuit

Qui in ſacris conſtitutus contraxit cum vidua corrupta. bygam9 reputatur. Et intellige q eam cognoſceret. alias non noceret.

Titulus de bigamis nō ordinand. li. vi.

Altricatiōis.

Bygamus nudatus eſt omni priuilegio clericali et aſtrictus laicali foro. Nec valet conſuetudo in contrarium. et prohibetur ſub anathemate ne tonſuram deferat

Titul9 de clericis peregrinis.

Tua nos.

Hic habes qualit clerici ſūt admittendi ad celebrationem diuinorum ſcz qn neſcit an ſigilla ſint epoꝝ qb9 aſcribuntur. Nota. g. que dicit q p actus ſequentes pſumitur de preteritis. Item quando ſtat ſigillis epoꝝ

Inter quattuor

Non ſtatur iuramento clerici ſuper ſua ordinatione. Nō. g. q dicit q per argumenta et indicia fieret pbationes. ſicut p teſtes. Itē q amiſſio inſtrumenti probatur.

Tue fraternitatis

Clerici alioꝝ epatuū ſine cmendaticijs lrīs publice celebrare nō pmittūtur. Vid. g. q eſt nobilis in fine.

Te nobis.

Clericos alioꝝ epatuū nequeunt plati inſtituere ſine conſcientia ſui epi Et intelligo q prelati illi habeant alias ius inſtituendi. Et nō. g. q dic q ſp de eccīa ppria dz fieri electio ſi inibi reperitur idoneus. Et eſt ar. h p opinione illoꝝ qui dicunt q ſemper preualet electio de gremio eccleſie alij electioni facte de alia eccleſia

Titulus de officio archidiaconi

Ut archidiaconus

Archidiacon9 poſt epm curā habet animarum in parochia et eſt vicarius epi. et de tertio anno ad tertiū debet viſitare parochiā. et que emēdanda reperit debz emendare.

Officium vero.

Iſta decre. docz qlia officia archidiacon9 hz facere. et habz reſpicere in eccleſia. quia qn voluerit debz euangeliū legere vel alicui de diaconis illud precipere. et ſimiliter circa cetera officia prouidere. In iſtis tn iuxta glo. poti9 cſuetudo eſt inſpicienda.

Ea que contra

Archidiacon9 dz cuſtodire vaſa eccleſie et de ipſis dabit epo rationem ſed in iſtis vt ſupra dixi. vt etiam dicit glo. inſpicitur conſuetudo.

Cum ſatis ſit.

Archidiaconus non debet obtentu alicuius cſuetudinis facere cōtra inſtitutiones patrum nec ſine mandato epi alicui curā cōmittere animarum. Vide. g. que videtur diſputare. an archidiaconus habeat curaz animarum. et iura diuerſo mō loquūtur

Archidiaconis

Archidiacono ſine licentia epi non licet inſtituere nec ſententiam in aliquos promulgare. Vide gloſam 7c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De officio archipreſbyteri in anti.

¶ Mandamus
Archidiacon⁹ niſi ſemel in anno pa
rochiam ſuā viſitet niſi aliud neceſſi
tas ſuadeat. Sed g. dicit ſi opus eēt
poſſʒ non ſemel tm̄ ſʒ pluries.
¶ Ad hoc nos
Iſtud capitulū docʒ ad quid offici
um archidiaconi debeat ꝑtinere et ī
quib⁹ ꝑ ipm̄ cura epāalis ſolicitudi
nis debeat releuari. Vide gl. q̄ diſpu
tat an archidiacon⁹ habeat iuriſdi
ctionē ⁊ ī qb⁹ ⁊ videt̄ ſe multū fūdare
ī ꝯſuetudine. Nō tex. ꝙ oēs tāgit ⁊c.
¶ Significaſti
Archidiacon⁹ non concedit litteras
ordinandis. Vide glo. que dicit ſine
ſcientia epi. ꝙ nullus ſine ſciētia epi
ſui debʒ ordinari et auctoritate ſua.
¶ Ut noſtrum.
Tex. docʒ in hoc. c. ꝙ non ad cancel
lariū ſed archidiaconum ſpectat ex
aminādos examinare repn̄tare ⁊ ab
bates ⁊ abbatiſſas in ſede ponere
¶ Dilecto filio
Caſus ad totā lr̄am. ptās ſiue iuriſ
dictio archidiaconi in aliq̄ monaſte
rio ex ſola ꝯſuetudine limitat̄ ⁊c. Vl
ſic Archidiacon⁹ in monaſterijs ſui
archidiaconat⁹ de iure cōi non pōt
aliquā iuriſdictionē vendicare niſi il
lud ſibi de cōſuetudine generali vel
ſpēali ꝯpetat. Nō g. q̄ in hoc eſt no
tabilis ꝙ docʒ q̄les teſtes potius in
cauſis requirēdi ſunt ſcʒ ꝙ illi quib⁹
poti⁹ lux veritatis aſſiſtit. Nō eē gl.
vbi etiā patʒ an canonic⁹ p̄t eē teſtis
concanonici ſui. cū et fr̄ ꝓ fr̄e teſtifi
cari p̄t. ſ. de preſūp. lr̄as

¶ Ti. de officio archip̄ſb̄ri
¶ Ut archipreſbyter
Archip̄ſbyter ſubeſt archidiacono
et preceptis ei⁹. et dʒ in abſentia epi
p̄ſbyteros ad celebrandū diſponere
Et iſtud intellige verum ꝙ ſcʒ archi
p̄ſb̄r ſubſit archidiacono quo ad di
gnitatem et non quo ad ordinē.
¶ Miniſteriū archip̄ſb̄ri
Iſtud. c. etiam docʒ que ſpectant ad
officiū archip̄ſb̄ri. quia vltra p̄dicta
ſi ep̄s defuerit poteſt fontes bn̄dicē.
infirmum oleo ꝑungere. penitentem
conſulto ep̄o reconſiliari.
¶ Officiū archip̄ſb̄ri
Ultra p̄dicta poteſt archip̄ſb̄r cuſto
di precipe vt in ſacrario eucariſtia
xp̄i non deficiat.
¶ Ut ſingule.
Singule plebes archip̄ſbrum habe
ant ꝓpter aſſiduā erga dei ppl̄m curā
Vide glo. que dicit quotuplex dicit̄
titulus.

¶ Titul̄. de offō primicerij
¶ Ut primiceri⁹.
Primicerius eſt ſub archidiacono ⁊
ſicut archip̄ſb̄r ⁊ habʒ prouidere cir
ca diaconos et alios gradus eccle
ſiaſticos vt diſciplina ſeruetur ī eccl̄a
et habʒ reſpicē circa officia noctur
na. ⁊ ꝙ nulla ꝯmittat̄ negligentia.

¶ Titul⁹ de officio ſacriſte
¶ Ut ſciat.
Sacriſta ſubeſt archidiacono ⁊ ad
curā ei⁹ ſpectat cuſtodia ſacrorū va
ſorū ⁊ veſtimentoꝝ eccl̄iaſticorū. ſeu
toti⁹ theſauri eccl̄iaſtici ⁊ luminaria
ſiue in oleo ſiue in cera. Sʒ ī iſtis ſp
inſpicitur ꝯſuetudo. vt. ſ. dictum eſt.

¶ Titul⁹ de officio cuſtodis.
¶ Cuſtos eccleſie

d i

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Liber primus

Cuſtos debꝫ obedire iuſſioni archi
diaconi ſui ī canonicis horis tintin
nabulū pulſabit ⁊ circa lūinaria diſ
cretionem habebit ne ſupra moduꝫ
lucendo oleum pereat aut minus lu
cendo obſcurior ſit eccl̄ia ⁊c. Nō gl. ⁊
tex. qui ſolent allegari ad hoc ꝙ diſ
cretio eſt mater virtutum. Itē dicit
g. ꝙ magiſter dꝫ moribus. ſciētia. et
facundia precellere diſcipulos.

Cuſtos ſolicitus.

Vide tex. in fi. qui dicit ꝙ hi tres. ar
chidiaconꝰ. archipꝛ̄ſbyter. et cuſtos
debent eē coniuncti vno animo nec
debꝫ eſſe inuidia inter eos.

## Titulꝰ. de officio vicarij

Ad audientiam

Non eſt canonicū ꝙ qui curā habꝫ
ī diuerſ eccl̄ijs vicariꝰ in alienis exi
ſtat. intellige ſꝑ de vicarijs ꝑpetuis.
Vel ſic. vicariꝰ qui bn̄ficiū curatum
poſtea fuerit adeptꝰ vicaria ꝑuabit̄.
hoc. d. De iſto tn̄ vide in. c. de multa
ī. de ꝑben. Et nō g. an quis poterit
eē vicariꝰ in diuerſis eccl̄ijs ⁊c.

Prouideas.

Epūs in ep̄atu ſuo debꝫ prouidere
ne quis plures habeat vicarias. cuꝫ
vicariꝰ teneatur ſeruire ꝑſonis ⁊ ec
cleſijs. Vel ſic. Plures vicarias quis
habere non p̄t. h. d.

Ad hoc

Ex quo redditꝰ ſunt vicario de aſſē
ſu epi aſſignati. nullus ſine eiꝰ aſſen
ſu diminuere p̄t eos. Vide g. q̄ videt̄
tangere an iſto caſu etiam requirat̄
conſenſus patroni

Clericos.

Prelati eccl̄iarum in quibꝰ hn̄t curā
animarum vel aliā dignitatē in ꝓꝑa
perſona debent deſeruire eccl̄ie ⁊ nō
ſubſtituere ſibi vicarios. quia hoc eſ
ſet contra rōnem. Vel ſic ſ̄m alios ⁊
magis ſonat littera. vicarius vicari-
um ſibi ſubſtituere non poteſt.

Tua nobis

Vicarius omnia p̄t q̄ ꝑtinent ad iu
riſdictionem illius cuiꝰ vices gerit. ⁊
loquitur iſta decre. de vicario iuriſ-
dictionis ꝯtētioſe. alie vero omnes
huius ti. de exercitio cure animarū
in quo ſit vicarius

Ex parte tua.

Coguntur vicarij ad ſuſceptionē or
dinuꝫ ⁊ ꝯtinuā reſidentiā in eccleſijs
quarū ſunt vicarij faciendam

## Titu. de offō vicarij. lib. vi.

Romana.

Officialis excōicati excōmunicatus
non eſt niſi in crimine damnato ſibi
ꝯmunicet. Illa autē que exercet illo
excōmunicato manente. non valent
ſi iuriſdictionem ſoluꝫ ab eo recepit

Licet in officialem

Ex generali ꝯmiſſione non p̄t offici
alis inquirere. corrigere. ⁊ deponere
⁊ punire ſubditorū exceſſus.

Cum in generali.

In generali ꝯmiſſione officialis vel
vicarius beneficia conferre non p̄t.
Nō ꝑncipiuꝫ decre. qd̄ eſt rō ipius
quia in generali ꝯceſſione nō veniūt
ea que quis veriſimilit̄ non eſſꝫ ī ſpe
cie conceſſurus. Itē nō ꝙ ille nō p̄t
regulariter dōre cui bonoꝝ admini
ſtratio etiā cuꝫ libera cōceſſa eſt. Et
nō g. que dicit qd̄ opetur hec clauſu
la et omnia alia ⁊c.

## Titulꝰ de offō vicarij. ī cle.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Que de eccl'ijs
Ea que dicta ſunt d̄ curatis eccl'ijs ⁊ pluralitate bñficiorũ ⁊ de promotione ad ſacerdotium papa vult extẽdere et extendit p̄ iſtam decret. ad ꝑpetuas vicarias ⁊c.

## ¶ Titul⁹ de officio et poteſtate iudicis delegati

¶ Quia queſitum
Delegatus a papa iuriſdictionē recipit. tã in partes q̃ in eos qui ſuaꝫ iuriſdictionē impediũt. Nō in tex. agẽtes et patiẽtes ſiue ꝯſẽtiẽtes pari pena ⁊c. vt in tex. ⁊ ad hoc alle. Nō gl. q̄ ponit de q̄druplici ꝯſeſu. ſ. negligẽtie. ꝯſilij. coopatiõis. ⁊ auctoritatis ⁊c.
¶ Sane ſi a nobis
Cũ diuerſe lr̄e ſub eadem data ⁊ fõr ꝯtraria impetrant̄ ⁊ p̃tant̄ a diuerſis ad eoſdẽ iudices ſupſedebũt vtriq̄ꝫ. donec papã conſulant q̃lit̄ ꝓcedẽ debeãt. ſꝫ iſtud hodie nõ hꝫ locũ. Uide gl. q̄ videtur ſup iſto diſputare.
¶ Si pro debilitate
Delegat⁹ pape impedit⁹ ſubdelegare p̄t cãm q̄ ſine ipo ꝯmode p̄t terminari. Nō g. que dicit ꝙ grauia negotia dꝫ delegat⁹ perſonaliter et per ſe ipm̄ tractare
¶ De cauſis
Si cã ꝯmittatur infra certũ tempus vel diē decidenda. p̄ lapſuꝫ diei expirat iuriſdictio. niſi dies a partib⁹ ꝓrogetur. hoc p̄mo. Scd̄o dicit. vbi certa pena a iure non ſtatuitur iponit arbitrariam delegatus
¶ Preterea ſuper hoc.
Per ſimpliceꝫ ꝯmiſſionem cauſe delegatus poteſt citare ꝯtumacē ipſuꝫ q̄ꝫ punire ⁊ cetera q̄ ſpectant ad cãm exercere. Nō g. que arguit ꝙ ꝓceſſo ꝑncipali. cõceditur acceſſoriũ. cõcor. ꝗ. e. c. prudentiã. §. Sexta.
¶ Quamuis ſumus.
Cauſam ſimpliciter duob⁹ ꝯmiſſam pōt vn⁹ ſuo ꝯiudici vel alij delegare
¶ Significaſti nobis
Delegat⁹ pape exequitur ſñiaꝫ quã ille cui mãdat nõ vult exequi vel nõ p̄t. Uide g. q̄ videt̄ dicere ꝙ ec̄ ſñiaꝫ iniuſtã delegat⁹ de mandato dꝫ exequi ſuperioris ⁊c.
¶ Si qñ clerici
Si ordinarius ſciat illum non canonice inſtitutũ quē delegat⁹ pape mãdat p̄ eũ in poſſeſſionē induci nõ dꝫ reſiſtere eius mandato violenter. ſed ꝑcibus apud eũ inſtet vt in poſſeſſionem mittere deſinat donec domino pape veritas innoteſcat
¶ In litteris et ꝗ.
Sentẽtia executioni mãdata ceſſat iuriſdictio delegati. Uide g. q̄ in hoc eſt notabilis. quia ponit q̄t modis finiat̄ iuriſdictio iudicis delegati. et eſt menti tenenda.
¶ Conſultationibus
Reo abſente nõ per contumaciã. iudex ec̄ dat⁹ ad diē actori poſſeſſionē reſtituē non dꝫ poſſeſſionē ⁊ eiectionē probare volenti. Nō g. que nõbiliter docꝫ quõ procedenduꝫ eſt ꝯtra abſentē. Etiã fit ſp remiſſio ad eam quia notat de tribus ſpẽb⁹ poſſeſſionis et poſſeſſorio recuperande ⁊ eſt multũ ſingularis ⁊ alibi non habet̄ adeo plene ſicut hic.
¶ Sane quia et ꝗ.
Delegatus in cã ſibi ꝯmiſſa recipit iuriſdictionē ſup ep̄m et quemcunq̄ꝫ

minorem. Et vide gl. q delegat⁹ gerit vices delegantis

Ex parte veſtra

Si prim⁹ impetrauit pmam dignitatē in eccia vacantem. ſcōus vero impetrauit certam dignitatē ſi vacare ptingat illa q̄ poſtmodū vacat debetur pmo et non ſcōo. h. d. Nō gl. iſtius. c. que diſtinguit de ſymoniacis. quia probibita. et probibitis q ſymoniaca. et quid vnūqdq ſit pz in ea.

Ex parte tua

Ubi voluntas pape contraria non apparet delegatus formā iuris ſeruare et exceptiōes rationabiles admittere debet

Quoniam abbas

Delegatio facta dignitati non expſſa perſona trāſit ad ſucceſſorem Nō gloſaz in fine que querit quid ſi plures ſūt archidiaconi in vna eccleſia. et papa mandat ſimpliciter archidiacono ꝛc. cui videtur tunc mandare.

Super eo

Si queſtionē de iure preſētādi app. re. papa pmittat delegatus pronunciare poteſt. ſed non inſtituere. qđ ſi facere vellet vel fieri pronunciaret ordinari⁹ vel ad quem ſpectat inſtitutio poterit appellare

Cauſam

Si cauſa duob⁹ ſpecialiter pmittiť ſententia vnius non tenet. Uide gl. que in hoc eſt notabilis q vbi aliquorum preſētia deſideratur qđ in eoꝝ abſentia agitur non tenet

Cauſam que inter

Delegatus qui eſt domin⁹ impetrātis poteſt licite recuſari. Nota glo. que dicit q euidens et rationabilis eſt cauſa ſuſpitionis ſi iudex eſt dñs aduerſarij. et g. alias ponit ſuſpicionis cauſas ꝛc.

Cum te conſulente.

Si delegatus pape cauſam non in totuz pmittit a ſubdelegato appellari debet ad delegantem et nō ad papam. Uide glo. que arguit q delegatus cauſaz ſubdelegare debz clericis et non laicis

Relatum eſt

Per litis cōteſtationē initiať negotiū. Uel ſic. per litis conteſtationem vel citationez ppetuatur iuriſdictio delegati. Uide gl. que videtur docē qualiter fiat cōteſtatio. ꝛ remittit ad c. vnicum ꝭ. de lit. conteſſ.

Gratum gerimus

Si delegatus citauit ante mortem delegantis. ppetuata eſt iuriſdictio. et appellationi renunciat q̄ coraz eo a quo appellauit ī cauſa pcedit ſine litem proſequitur

Prudentiam tuam

Si cauſa pmittitur tribus cū clauſula. q ſi non omnes ꝛc. priuſq̄ appareat de impotentia vel voluntate tertij. duo procedere non poſſunt. et ſi procedunt nihil agunt. Idem in datis cum clauſula q ſi ambo. hoc dicit vſq ad ꝭ. Sextaz ꝛc. qui docet an delegatus excommunicatuz abſoluere poſſet. quem bene nota. quia ſepius allegatur.

Cum cauſa que.

Si cauſa ſimpliciter tribus committitur. duo ſine tertio procedere non poſſunt. quod ſi fecerint ab eis poterit appellari. et nuncij miſſio ante citationem excuſat. c. meminimus ꝭ. de appella.

Cum ſuper

Si duo ſunt delegati cum clauſula

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ ſi ambo vno recuſato alter ſol⁹ ꝓ-
cere poteſt. etſi cuȝ recuſato procede
ret non valet ꝓceſſus

¶ Conſuluit nos

Si iuriſdictio delegati expirat in ꝑ-
emptorio qđ iudex aſſignauit poſt
horam congruā ꝑemptorij non ex-
pectabit ↄtumacem. ſȝ ſi non expirat
p̄t expectare et iterū citare contuma
cem ſi vult. Hic nō ſñiam ⁊ act⁹ legi
timos debē fieri de die añ tenebras
quia vt dicit tex. qui male agit odit
lucem

¶ Inſinuante

Ex noua cā remouetur delegat⁹ etiā
poſt litē ↄteſtatā ⁊ ali⁹ eius loco ſur
rogatur. Nō gl. ꝙ familiaritatis af
fectio veritatē impedire ſolȝ ꝛc. iij. q.
v. accuſatores

¶ Querenti.

Delegat⁹ pape vſqȝ ad integrū ānū
ſuam ſñiam exequi p̄t. Vide gl. que
diſputat quid dicitur litis exordiuȝ
Itē dicit glo. ꝙ eccleſia nemini clau
dit gremiū. et pulcre etiā dicit gl. de
termino dando ad ſoluendum poſt
ſententiaȝ in actione reali ſiue perſo
nali etiam de executionis tp̄e in cri
minalibus.

¶ Super queſtionum

Si delegatus pape ſubdelegat cām
non in totū ab illo ſubdelegato ꝑs
non poterit appellare ꝓpter illud ſo
lum ꝙ ſine ſuo conſenſu datus fuit.
Etſi ſubdelegatus alias iuſte recuſa
tur delegatus cauſaȝ diffiniet. etſi de
legatus iuſtam recuſationis cām ſb-
delegati nollet admittere ab illo lici
te poterit appellari. hoc. d. vſqȝ ad. §.
porro qui ſic ſumatur. Si delegat⁹
pape ↄmiſit cām in toto de ſubdele
gato appellabitur ad papā. alias ad
delegatū appellabit̄. hoc eſt ſi cāȝ nō
ↄmiſit in totū. Itē. §. ſi vero ſic ſuma
tur. Si vnus ex duobus delegatis
cum clauſula ꝙ ſi nō ambo. ſubdele
gationē college recipit. non p̄t ſub-
delegare. et licȝ cl'a appellatiōe remo
ta ſit in reſcripto expreſſa. tñ non p̄t
appellatione remota ꝓcedere ⁊ ab eo
appellabitur ad papā. h. d.

¶ Paſtoralis officij

Delegatus ꝓncipis p̄t alteri ſubdele
gare ⁊ etiā ↄpellere ſubdelegatū ad
cām acceptandā niſi malicioſe vellȝ
ſe exonerare. dȝ tñ in ↄpellendo ꝑſo
nis deferre ⁊ dignitati. Et delegat⁹
pape p̄t totā iuriſdictionē ⁊ ec partē
alteri ↄmittere Itē. §. p̄terea. ſic ſuma
tur. Si papa ſcienter ↄmittit appella
tionem interpoſitā a ſñia iudicū da-
torū cū tali cl'a app. re. ſuſpenſa eſt in
terim quo ad executionem priorum
iudicum iuriſdictio. h. d. vſqȝ ad. §. q̄
vero ꝛc. qui ſic ſumatur. Ordinarius
ad mandatum delegati exequitur ſē
tentiam quam etiam ſcit iniuſtā. hoc
dicit. Et nō gloſam precipue illam
que dicit de duplici executore. me-
ro et mixto. ⁊ a quo appelletur.

¶ Ex litteris.

Subdelegatus a delegato pape in-
terdicere poteſt. niſi ipſius delegati
iuriſdictio fuerit reuocata. Item vi
de glo. que docȝ qui cohertionē ha
bent. nam iudex delegatus. Iteȝ me
rus executor. Item iudex delegatus
ab ep̄o. Itē arbiter

¶ Licȝ vndiqȝ.

Delegati ſubdelegatio ꝑ citationē ꝑ
petuatur. Vel ſic ſ'm Io. an. Iuriſdi
ctio delegati re integra morte dele-
gantis expirat. Vide g. que docet ꝙ
morte mādatoris expirat mandatū

et hoc verum eſt niſi tale ſit manda tum qḋ poſt mortē nc̄e ſit adimplē vt.ff.mandati.l.ſi vero.

¶ Cum in iure

Non creditur qs delegat⁹ niſi dele gationē oſtendat.et vide g. q̄ in hoc eſt nobilis ꝙ non creditur iudici ſi ſe dicit delegatū niſi oſtendat ꝯmiſ ſio.ergo cautum eſt commiſſionem cuſtodire.

¶ Cum olim

Procurator de re ad rē non pt̄ de legatā iuriſdictionē ꝓrogare. Vel ſic Excōicatio lata poſt appellationē legitimā non tenet.h.d.quo ad caſū principalem. ſed primum dicit quo ad titulū. Vide gl.que in hoc eſt ſin gularis.ꝙ ſi ꝓcurator excedit fines mandati domino ſciente preiudicat dn̄o niſi ſtatim ꝯtradicat.

¶ Cum olim magiſter

Statur actis delegatorū iudicū tn̄ violatur in penā clerici violantis. Vel ſic. Qui acta cauſe delegatorum clauſa aperuit ipſorū ſigilla violādo contra illa acta non dꝫ poſtea audi ri ⁊c̄. Nota g.que dicit ꝙ qn̄ legatur inſtrumentum intelligitur legatum illud quod continetur in inſtrumen to.et hoc in.c.ſequenti.

¶ Coram dilecto

Si cepto negotio ⁊ coram vno dele gato altera partiū hoc tacito impe tret alterū ſibi adiungi cum cl'a ꝙ ſi ambo. ſi ille impeditus ſubdelegat. collega ſubdelegatū admittere non tenetur. Vide g.que docꝫ qn̄ ꝓcura tor dꝫ ꝯmittere de rato.et in fine po nit diſtinctionem valde nobilem qn̄ delegatus poſſit ſubdelegare.

¶ Cum. R.canonicus.

Loc⁹ ad quē re⁹ non pt̄ ſecure acce dere.⁊ canonic⁹ delegat⁹ in cauſa ca nonici pt̄ licite recuſari. Nō gl.q̄ di cit ꝙ canonic⁹ non pt̄ eſſe iudex ꝯca nonici ſui.et hoc ꝓpter familiaritatē que ſolꝫ veritatē impedire.et qn̄ re⁹ non pt̄ ſecure ad iudicē ire ⁊ actor pt̄.tunc dꝫ iudicē eligere in loco nō ſuſpecto et non aduerſari⁹. Itē nō g. ꝙ canōicus pt̄ eē teſtis pro canoni co ſuo cum et frater ꝓ frē poſſit teſti ficari.vt.ī.de p̄ſūp.litteras. Itē facili us habētur iudices q̄ teſtes. ⁊ ergo facili⁹ repellitur iudex q̄ teſtis. Iu dex em̄ recuſat ꝓ modica cauſa. vt hic in glo.

¶ Cum contingat

Probationes precedunt abſolutio nem vbi excōicatio dicitur eē nulla ſecus cum dicitur annullanda. Nō g.ꝙ non debꝫ quis ad ꝓbandū ad mitti quo probato non prodeſt

¶ Venerabili fratri.

Delegatus qui ſemel ꝯmiſit ſimplici ter illud negotium ampli⁹ non ꝯmit tit. Nō g.que in hoc eſt ſingularis. quia docet qn̄o procedendū eſt con tra dilapidatorē.et qn̄o ⁊ qn̄ datur coadiutor

¶ Significantibus.M.

Cum delegatus pronūciat ſe per lit teras iuriſdictionem non habere eā etiam de conſenſu partium non reſu mit

¶ Suſpitionis cauſa

Qui dicit ꝯſanguine⁹ vel affinis dn̄s vel ſubditus impetrantis ſuſpect⁹ eſt Vide glo.que docꝫ an arbiter poſſit compelli ad ſuſcipiendū arbitrium. Vel ſic arbitri electi ad cauſam recu ſationis aſſignant recuſanti termi num ad probandum .delegatus tn̄ qui recuſatur cogit abitros cauſam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuſpitionis diffinire. Nō g.q̄ ſpēalis eſt.ꝙ ꝯſenſus priuatorū facit iudicē eū qui alias non hꝫ iuriſdictionem.

¶ P. et. S.

Delegata iuriſdictio ꝑ conſenſū partium ad ꝑſonas in reſcripto non cō tentas prorogari non poteſt. Nota g.que docꝫ qn̄ prorogatio iuriſdictionis fieri pōt ⁊ quotuplex ſit prorogatio.

¶ Cum viceſimū annū

Poſt.xx.ānū ꝯpletū q̄libꝫ a quocunq̄ etiā dari p̄t delegat⁹. Scḋo dicit ꝙ de conſenſu partiuꝫ minor.xx.annis.maior tn̄ .xviij.delegatus dari p̄t. Tertio dicit ꝙ princeps in q̄cunq̄ etate dare p̄t delegatū. Nō g.magnaꝫ que pulcre dicit que impediāt aliquem eē iudicem vel arbitrum

¶ Uno delegatorum

Si in plures compromittatur .ſiue cā pluribꝰ delegatur ſine adiūctiōe illius clauſule.ꝙ ſi nō omnes ꝛc.vno mortuo alij non procedunt. Secus autem ſi illa clauſula ſit adiecta.hoc dicit ꝛc.

¶ Quoniam ap.ſe.

Executor datus ad prouiſionē aliq̄rū vices ſuas ꝯmittere nequit .h.dic vſq̄ ad.§.id quoq̄ .q̄ ſic ſūmat. Delegatus cū clauſula. ꝙ ſi non omnes. tu cum altero potes ſubdelegare.h. d.vſq̄ ibi.is autem ꝛc. Ubi dicit delegat⁹ cui ꝯmittitur negotiū ꝑſonalit̄ exequendū de conſenſu partium ſubdelegare poteſt.niſi in duob⁹ caſib⁹ in tex.poſitis.h.d.vſq̄ ibi ceterum. vbi dicit. Delegat⁹ ad nudum miniſterium ſubdelegare non poteſt.hoc dicit Nota textuꝫ qui in hoc ē nōbilis q̄liter procedendū ſit cū aliq̇d ꝯmittitur alicui propter induſtriaꝫ perſone ſue quia tūc maiora videt̄ ꝯmittē.⁊ vbi mai⁹ periculū.ibi cautius eſt agendum. Glo.alle.concor.

¶ Titu.de offō et poteſtate iudicis delega.li.vi.

¶ Statuimus.

Conſeruator a manifeſtis defendit iniurijs et iudicialē indaginem non exercet.h.d. Et de materia conſeruatorum hic videas ad longuꝫ ꝑ glo.

¶ Quia pontificali.

In coactionibus ⁊ penis pōtificali dignitati defertur . Nō gl.q̄ dicit ꝙ multum maiori pena ſunt digni quibus cum plurimū honoris ꝑ noſtrā iuſſionem delatum eſt ſi occulto in crimine repiantur.l.p̄ſbri. C.de epiſ. et cleri.

¶ Si duo ex tribus

Si duo ex trib⁹ non in totū ſꝫ ꝑteꝫ cauſe alijs ſubdelegāt ab illis ſubdelegatis non ad condelegatos ſꝫ ad delegantem debꝫ appellari

¶ Si contra vnum.

Tres ponit caſus in quibus ſuſpitionis cā corā arbitris non tractatur. Primus cum recuſatur vn⁹ ex delegatis datis cū clauſula.ꝙ ſi non omnes ꝛc. Scḋus cum recuſatur delegatus epiſcopi. Tertius cum recuſatur officialis.

¶ Iudex a' ſe.ap.

Delegatus iudex a ſede apo.datus poſtq̄ȝ cauſam in totum commiſerit recuſari non poteſt. ſecus ſi ſibi de iuriſdictione aliquid reſeruaſſet et propoſita recuſatione depoſt niſi de conſenſu partium cauſam ꝯmittere

non p̃t niſi ſup recuſatione ꝓnunciatum extiterit.

Quamuis.

Delegat⁹ ſubdelegans etiã in totum re integra cãm reaſſumere poterit. Nota g. que dicit.ꝙ aliud eſt ĩ ꝓcuratore q̃ ſemel in cã ſubſtituit

Si delegat⁹.

Si delegatus ſubdelegauit cã; quotiẽs abeſt vl' donec reuocaret ⁊ mortu⁹ ſit re nõ integra ſubdelegat⁹ ꝓcedit.et ſp de ſubdelegato ad delegatum q̃ ſibi aliquid iuriſdictionis reſeruauit appellari deb; etia; poſt ſẽtentiam

Cum plures

Si papa mãdat vt omnes aut duo vel vn⁹ apoſtolicũ mandatum exeq̃tur.quilib; ipoꝝ iniunctũ p̃t adimplẽ mãdatũ.ſed vno negotiũ inchoante.alter nõ p̃t ſe itromittẽ.niſi illũ ꝯtingeret impediri aut non vell;.procedere ⁊ iuriſdictione perpetuata p vnũ intelligitur perpetuata quo ad omnes

Si ſuper gratia

Executor ſup gratia facta datus a papa mortuo papa etia; re integra gratiam exequitur ⁊c̃

Si is cui.

Ponit duos caſus in quib⁹ a ſubdelegato non ad totã cãm appellaẽ ad p̃mũ delegantẽ.ſc; qñ delegat⁹ mortu⁹ vel ercõicatus eſt

Ab arbitris

Ab arbitris iuris appellatur ad papam.Et eſt ratio quia cũ iſti dicuntur arbitri iuris ad eũ d; appellari qui h; poteſtatem iuris.

Is cui

Executor datus a papa vt prouideat eccie non expreſſa ꝑſona ſubdelegat niſi habeat ſpẽale mandatu;.

Statuimus

Is cui aliquid certo loco expediendum ꝯmittitur ex iuſta cã illud expedire poterit extra locũ.

Si a ſubdelegato

Si a ſubdelegato non in totũ appellatur ꝙ non admiſit exceptionẽ per quã negatur etiã delegatũ iuriſdictionẽ habere ad p̃imũ delegantẽ appellabitur

Hac ꝯſtitutione

Iſta decre.doc; quales debẽt deputari ꝯſeruatores ⁊ in quib⁹ dignitatib⁹ debent eſſe ꝯſtituti.Itẽ ꝙ non poſſũt in caſib⁹ ꝑmiſſis partes trahere vltra vnã dietã.Itẽ ſi excedant limites tradite poteſtatis eo ip̃o p vnũ annum ab officio ſunt ſuſpẽſi. h.d.

## Titul'.de officio et po.iudicis dele.in cle.

Iudices

Iudices ſuper receptione teſtiu; in cauſa ciuili ⁊ executores ad ꝓuidendum p inq̃ſitionẽ an aliq̃s ſit laudabilis vite et conuerſatiõs a papa deputati.poſſunt licite vices ſuas alteri committere

## Titu.de officio legati

Cum non ignoretis

Legat⁹ indiſtincte ꝯgnoſcit de cauſ ſiue prouincie ſiue p appellationẽ ſiue p queremoniam ſimplicem adeatur Uel ſic legat⁹ pape p ſimplicẽ querela; adiri p̃t.h.d.Nõ g.q̃ q̃rit an legat⁹ poteſt epm deponere.Et dic

ꝙ non quia hoc papa ſibi ſpēalit̄ re ſeruauit.ṡ.de trāſla. c.j.⁊.ij.

Studuiſti

Legatus non cognoſcit de cauſa al teri delegata a papa .et hoc ītellige verum cū p legati citationē delega ti iuriſdictio non preuenitur. Nō g. q̄ dicit ꝙ par in parē non hꝫ impe riū.nec reuocare poteſt ſn̄iam alteri us.vt.C.ſi aduerſus rē iudi .l.aduer ſus ſn̄iam.et.ṡ.de elect̄. innotuit.

Niſi ſpēalis.

In iſto.c.et in.c.ſequenti. ꝙ transla tionē di.ꝙ legati etiā de latere ex ge nerali legatione epōs transferre nō pn̄t.vel vnā ecciam cathedralē alte ri ſubijcere vel in pmā ſe eligere.io ē ius pmitie concedere. vel duos epi ſcopat⁹ vni re vel vnum diuidere.ex cōicatus tamē pro iniectione manu um p̄t abſoluere.hoc.d. Nota gl.ꝙ iudex rōne amicicie p̄t remittere pe nam licꝫ non pro precio.Uide etiaꝫ g.c.ꝙ tranſlationē que ponit.xix.ca ſus quos ap.ſe.ſibi reſeruauit in cōi bus pmiſſionib⁹.vn̄ verſus. Reſtitu it papa ſolus deponit et ipe. Articu los ſoluit ſynodūqꝫ facit generalem Transfert et mutat appellat null⁹ ab ipo. Diuidit ac vnit eximit atqꝫ pro bat

Licet.

Legatus exemptorū electiōes p̄t cō firmare.Uel ſic .Exq̄ legatus retulit cām ad papā illi⁹ cauſe deſinit eē iu dex. Nō g.que dicit ꝙ poſtq̄ negoti um tranſlatū eſt ad papā īferior cg noſcere non p̄t.et ꝙ iudex illic relati onis exēplū dꝫ partibus edere

Dilectus filius

Legat⁹ cardinalis inuito clerico pa trono bn̄ficia cfert. Nō tex.ꝙ pl⁹ iu ris hꝫ plat⁹ in ↄceſſiōe q̄ in pn̄tatio ne patron⁹ cleric⁹ ſcꝫ. Et nō gl.q̄ inē cetera dicit ꝙ ſol⁹ pnceps p̄t aliqueꝫ priuare re ſua. et all'. concor.

Nouit ille.

In quolibꝫ loco ſue legatiōis p̄t le gat⁹ iuriſdictionē exercere . Nō g.ꝙ legat⁹ etiam extra puinciā exercere poteſt illa que ſunt voluntarie iuris dictionis.

Uolentes

Preſēte legato de latere minor lega tus pretextu eccleſie ſue officiuꝫ lega tionis dimittit.Uide glo.que ponit rōnem quia legatus de latere domi ni pape eſt maior.ergo ⁊c.

Excōicatis

Legati qui non mittuntur de latere excōicatos p iniectione manuū vio lenta in clericos extra ſuā prouinci am vel aliunde in prouinciā ſuaꝫ ve nientes.⁊ legati p̄textu ſuarꝫ eccle ſiarū in ſua prouincia abſoluere non poſſunt niſi hoc habeant de ſpecia li licentia pape.Uide glo.q̄ notat de duplici genere legatorꝫ .et eſt bene notanda

Nemini dubium

Legat⁹ egrediēs puinciā legatione puatur.ſed ſui delegati ↄgnoſcunt ſi eorum citatio diſceſſum legati pre ceſſit

## Titulus d̄ officio legati. li. vi.

Officij

Legati non cardinales ſine ſpeciali mandato iure legationis bn̄ficia cō ferre non pn̄t ſed legati cardinales hoc bene poſſunt.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Legatos
Legatus hꝫ ordinariā iuriſdictionē vñ per mortē pape non expirat ei⁹ iuriſdictio.
¶ Preſenti
Finita legatione expirant reſeruationes legatorū et omnis proceſſ⁹ habitus ſup illis niſi tūc illa beneficia iam vacantia ſint collata ⁊ pendente vna reſeruatione in eccleſia collegiata vel de bñficio ſpectante ad collationē alicui⁹ legat⁹ i eadē ecc̄ia vel beneficio ſpectante ad collationem eiuſdem aliam facere non poteſt.h. dicit.et qđ fit contra irritum decernit. Et nō gl. que dicit quō poſſit finiri legatio
¶ Deliberatione.
Cathedrales vel regulares vel collegiatas eccleſias legati reſeruare vel conferre non poſſūt. Idem in dignitatibus eccleſiarum cathedralium q̄ ſunt maiores poſt ep̄os.ſed iparum prelati p electionē debēt aſſumi cōtra hoc factū eſt irritū. Scđo dicit ꝙ legat⁹ non poteſt alicui cōmittē ꝙ recipiat reſignationem beneficij ⁊ poſtea illud conferat ⁊ contra factū ſiue faciendum irrituꝫ decernit
¶ Collatio.
Non valet collatio beneficij alicui per legatum facta ſi impetrans ſubticuit de bñficio pri⁹ habito .h.d.

## ¶ Tit.de offō iudicis ordinarij.

¶ Pernicioſam.
Epiſcopi per ſuas dioceſes iuriſdictionē exercent ⁊ inuocant brachiū ſeculare ſi nō poſſint facere p ſeipſos Nota gl. que colligit q̄ crimina ſpectant ad ep̄m inquirere. Et dicit eē ꝙ preſes ꝓuincie purgare dꝫ ꝓuinciā ſuaꝫ a malis hominibus. Et tangit etiā an iudex debeat iudicare ſm acta et probata corā eo licꝫ contrariuꝫ ſciat in conſcientia
¶ Si ſacerdos
Sacerdos excommunicat.et de hoc vide Io.ij.q.ij.in.c.nemo .et vide g. que dicit.ꝙ q̄ꝗ licent aliq̄ in genē que non licent in ſpecie. Item dicit de cōmunione ꝙ xp̄us iudam a cōmunione non remouit.
¶ Cum ab eccleſiaruꝫ.
Archipreſbyter excōmunicat ⁊ etiā interdicit. Nota glo.que dicit quis p̄t excōmunicare ⁊ quis pōt anathematiſare. Et videtur concludere ꝙ omnes prelati niſi conſuetudo ſit in contrarium.
¶ Cum vos pleruꝗ
Dilata ordinatione eccleſiarum ex cauſa probabili iconomi per epiſcopū ſunt ponendi. Uide g. que diſputat de tempore patronorum qñ prelatus vel clericus eſt patronus ⁊ qñ laicus.
¶ Ex parte tua.
Non valet abſolutio vbi quis cauſam excōmunicationis tacuit. Uide glo.que videtur diſputare .an quis ex pluribus cauſis excōmunicatus vna in abſolutione expreſſa videat ab omnibus abſolutus .et arguit p et contra.
¶ Significauit nobis.
Negligente delegato in cauſa que vertitur in animarum periculum ordinarius ſuā iuriſdictioneꝫ reſumet

# De offō iudicis ordinarij .in cle.

¶ Quanto.
Abbates reuocare tenentur mona
chos qđ ſi non fecerint ordinarius
poteſt eos ad redeundum compellē
Nota hic abb. qui dicit q̄n duo ſūt
iudices in electione eſt actoris quem
velit adire
¶ Ad reprimendam
Tenetur archiepiſcopus ſubditum
epiſcopi qui non appellauit ad eum
ad ſuum epiſcopum remittere. Uid
gloſam que videtur docere quando
et quando non ſit appellandum in
ſcriptis. Et in principio dicit mul
tas penas quibus puniuntur defe
ctuoſi.
¶ Duo ſimul
Primas nequit cogere ſubditos ſuf
fraganei coraz ſe ſtare iuri. Nota g.
que in hoc eſt notabilis. q̄ qui eſt ī
poſſeſſione alicuius rei in ea defēdi
debet.
¶ Quod ſe. ap.
Archiepš impedit⁹ poteſt conſecra
tionem ſuffraganeorum ſuoruz epo
cui vult ꝯmittere Nota g. que ponit
differentiam inter ea que ſunt ordi
nis et que ſūt iuriſdictionis quo ad
commiſſionem.
¶ Paſtoralis
Archiepš pōt ꝯmittere ſubdito ſuf
fraganei ſui cauſam appellationis ꝫ
ad hoc compellere nequit illuz. hoc
dicit pmo. Scđo dicit. Ordinarius
abſoluere nequit a ſententia excom
municationis lata per delegatum a
papa. Uide g. que ponit caſus in q̄
bus ordinarius eſt iudex in tota ꝓ
uincia ſua et in ſubditos ſuffragane
orum
¶ Licȝ in corrigendis.
Cum ordinario ſcribitur ſuper his
que ex officio facere tenebatur vt or
dinarius inſtruitur. ſed delegat⁹ non
conſtituitur. Nota g. que dicit q̄re
clerici ſeculares dicuntur ſeculares.
ꝛ q̄ ſemper ad intentionez ſcribētis
recurrendum ſit.
¶ Irrefragabili
Prelati eccleſiarum debent corrige
re exceſſus ꝛ mores clericorum. ne
ſanguis eorum de ſuis manibus a
domino requiratur. et omnez remo
uet ſubditorum a correctione predi
cta appellationem. niſi prelati in cor
rigendo modum exceſſerint. canoni
cos tamen iuxta conſuetudinem re
mittit ad eorum capitulum. Nota
circa g. ne ſanguis eorum. q̄ durum
verbum illud ſit prelatis negligenti
bus correctionem ſubditorum ꝛc.
¶ Quoniam in pleriſqꝫ
Ubi ſub vno epo ſunt homines di
uerſorum ritus et linguarū ibi duo
epiſcopi tanq̄ monſtrū non ſunt in
ſtituendi. ſed alius debet tanq̄ vica
rius alterius aſſumi qui intelligat
linguas et ritus hominum.
¶ Inter cetera
Epiſcopi propter eorum diuerſas
occupationes quas habent atqꝫ ini
micicias debent ad predicandū mit
tere per ſuas dioceſes viros littera
tos qui populum edificent in ſermo
ne et exemplo. Nota textum qui di
cit q̄ non in ſolo pane viuit homo.
ſed in omni verbo quod procedit
ex ore dei.
¶ Conquerente
Epiſcopus in eccleſijs ſue dioceſis
debet eſſe contentus iuribus epiſco
palibus. Et que ſunt iura epalia de
terminat hoc capitulum ꝓ ſūmario

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et vide doctores q̃ ſcribũt ĩ hoc c. ꝙ iudices debent iudicare ſm acta. et non ſm conſcientiam. et tactu ꝫ eſt ſupra. e. c. j. Et nõ tex. in quo tangit̃ expreſſe q̃ ſint de lege iuriſdictionis et que de lege dioceſana.

¶ Ut iuxta' et. ſ.

Eps viſitans monaſterium nõ itroducꝫ ſeculares clericos. ſed duos vl' tres canonicos cuꝫ paucis religioſ.

¶ Dilectus filius

Lata ſñia ſuper his que de lege dioceſis exiſtunt ſup his que de lege iuriſdictionis exiſtunt agere volenti non obſtat. Et hic nõt g. differentiã inter leges iuriſdictiõis ⁊ dioceſanã et notes eam

¶ Graue gerimus

Caſus eſt vt ſupra. e. ti. c. licꝫ. Et nõ gl. que inter cetera dicit ꝙ imperator non erubeſcit ſeipſum corrigere ne ab alijs corrigatur. ⁊ alle. ad hoc iura.

¶ Eis quibus

Qui poteſt ex officio abſoluere põt hoc alij delegare. ſec⁹ ſi ex ꝯmiſſiõe.

## ¶ Titul'. de offõ ordinarij. li. vi.

¶ Romana

Archiepus non poteſt ſibi conſtituere officiales in dioceſibus ſuffraganeorum ſuorum. etiam pro futuris cauſis per appellationem deuoluendis ad ipſum niſi de conſuetudine hoc habeat. et tunc etiam tales officiales inhibere non poſſunt' priuſq̃ fuerit appellatum. Secundo dicit ꝙ donec archiepus de facili poteſt haberi officialis eius ſuffraganeum excõmunicare. ſuſpẽdere. vel interdicere non p̃t ꝓpter ordinis epalis reuerentiam. Uide gloſam in verbo attentent ꝙ ſententia excommunicationis etiam iniuſte lata ligat

¶ Si canonici

Canonici qui a diuinis ceſſare poſſunt conſuetudine vel alio iure ſi ceſſare volunt cauſam ſue ceſſationis exprimant inſtrumento publico vel patentibus litteris ſuo vel alio autentico ſigillo munitis. et exhibeant illud vel illas illi contra quem ceſſant quo pretermiſſo vel expreſſa cã non inuenta legitima quicquid medio tempore perceperint ab eccleſia eccleſie reſtituant et que percipere debent non percipiant. et ſatiſfaciãt de iniurijs illi contra quẽ ceſſant

¶ Ordinarij locorum.

Hic ſtatuit papa ꝙ habẽtes plures dignitates vel alia beneficia curam animaruꝫ habentia per ordinarios compellantur oſtendere infra temp⁹ competens ſuperioris arbitrio ſtatuendum diſpenſationes quas ſi nõ oſtenderint procedatur perinde ac ſi nullas haberent.

¶ Quia pleriq̃.

Precipit papa ne prelati ſubditis ſuis interdicant ne ſtatum eccleſiaruꝫ et perſonarum ſuperioribus inquirentibus manifeſtent ⁊ ne eos ad id celandum iuramentis promiſſionibus et obligationibus aut alijs penis aſtringant. decernit auteꝫ q̃d cõtrafactum fuerit irritum et inane

¶ Ut litigantes

Archiepiſcopus cauſas ad ipſum per appellationem deuolutas audiẽdas extra ſuã ciuitatẽ ſiue dioceſim vel vbi cauſe ventilantur committi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non dz niſi aliud habeat cõſuetudo.

Si epus

Si epus ſuam dioceſim viſitat per alium. ipe habet illi in neceſſarijs p̄uidere. viſitati autem in victualibus prouidebunt ipi vicario viſitãti. nõ epiſcopo

Cum epiſcopus

Epiſcopus in quolibz loco ſue dioceſis non exempto per ſe et per aliuz poteſt pro tribunali ſedere ⁊ libe̅ exequi qd̄ ad ſuum ſpectat officiuz.

Quamuis ſuper

Canonici qui poſſunt a diuinis ceſſare cum ceſſare voluerint vocabũt abſentes ſicut ſi immineret electio facienda cum quibus de ceſſatione deliberabunt. etſi deliberabunt ceſſare requirent prius eum contra que̅ ceſſant vt irrogataz offenſam emendet qd̄ ſi fecerit non ceſſabũt alioq̄n ceſſare poterunt. Nõ glo. ſi. que oſtẽdit q̄t ſint neceſſaria. et que ad ceſſationem faciendam

Preſenti

Iſta decre. ponit conſtitutionez de bonis dignitatum vel eccleſiarũ vacantium non occupãdis per eos ad quos collatio. preſentatio. vel cuſtodia pertinet. niſi de ſpeciali iure iđ eis competat et contrafacientib⁹ penam imponit

## Titu. de offõ ordinarij .in cle.

Ut clericorum.

Epiſcopi ita debent corrigere clericorum exceſſus q̄ metu pene ipi arceantur ⁊ alij pertimeſcant. Et ponitur hic hoc verbuz audacia. in malo ſignificato. alibi in bono. vide gl. ⁊c.

Etſi ab apoſtolice.

Quamuis non valet collatio facta alicui de beneficio aliud habenti et de hoc tacenti p̱ legatum hoc nõ dz extendi ad ordinarium

## Titul⁹ de officio iudicis

Ex litteris

De domo iudicis dari non põt parti alteri aduocatus. Uide gl. que dicit q̄ iudex dz dare aduocatum non habenti. et precipue pauperib⁹.

Iudicis officium

Ubi contra certam perſonam principaliter et per actionem iudicis officium imploratur. libellus datur. ⁊ litis conteſtatio eſt facienda. Sic intellige principium aliter. niſi iſta cõcurrant nequaq̄ ſic intellige finem. Nota gloſam in p̄ncipio que ponit que incumbunt iudici. et eſt multuz notabilis. Et querit an iudicis officium perpetuatur per litis conteſt. ſicut actio. Et dicit q̄ non.

## Titu. de maioritate et obedi.

Cum certum.

Uacante dignitate in ecc̄ia ille por⁊ maior habetur qui prius cuz vnitatis ↄcilio ⁊ concordi actione fuerit ordinatus. Uel ſic ſm Abba. vacabat dignitas in ecc̄ia cathedrali. q̄ritur quis ſit ad eaz aſſumendus; Reſpondet papa vt in tex. Nõ g. q̄ dic̄ qui prior eſt tp̄e potior eſt iure. Et opponit fortiter ⁊ ſoluit

Si quis venerit

Qui venerit contra decretuz epiſcopi ab eccleſia deijciatur. ⁊ niſi obedierit morte moriatur. Uide gloſã que querit an ecc̄ia poſſit ĩdicere alicui

moꝛtem. Et ꝙ epūs pōt ſibi ſtatuta
facere in ſua dioceſi ſicut ciuitas ec
p̄t condere plebiſcita

**Legebatur**

Sponte obediens per ſcripturā ob
ligari non dz. Nota g. que facit ar.
ꝙ ſuperflua ſunt reſecanda ꝛc.

**Omnes**

Beatus petrus precepit omnes p̄n
cipes terre ꝛ ceteros homines epis
debere obedire. Uide gl. que querit
ſi rex habz multos epōs ī regno ſuo
cui dabit decimas

**Illud dominus**

Spūalia ſunt tp̄alibꝰ digniora. ꝛ plꝰ
valet obedientia q̄ victima. ergo ꝓ
pter tp̄alia epūs ſine licentia pape
ſuam non debz dimittere eccleſiam
ꝛ ſe tranſferre ad aliam

**Solite.**

Epiſcopus non debet ſubeſſe princi
pibus terre ſed preeſſe. Uide gloſam
que ponit differentiam inter cauſaz
ꝛ occaſionem. quia cauſa neceſſario
infert ſuum effectum ſiue cauſatum.
vt anima eſt cauſa vite hominis ſed
occaſio hoc non facit

**Per tuas.**

Oꝛdo receptus a papa a ſuo epiſco
po non eximit oꝛdinatum. Et facit
argumentum de duobus fratribus
in milites oꝛdinatis. vnus a ſuperio
re. alter a minus nobili. ꝙ a maioꝛe
milicia donatus precedat ꝛc. vid ab.

**Inter quattuoꝛ.**

Sine cauſe cognitione nullus iure
ſuo vel priuilegio eſt priuandus. Et
nota gloſam que dicit ꝙ ille qui eſt
in poſſeſſione obedientie conuenien
dus eſt et non ſubditus qui preſtat.

**Quod ſuper his.**

Abbas ſubiectus epiſcopo ad eius
ſynodum ire debet. et hoc intellige
de abbate qui habet populum. Et
nota gloſam que dicit ꝙ iudex ſiue
prelatus iuriſdictionem ſuam defen
dere poteſt penali iudicio et allega.
concoꝛ.

**Cum in eccleſijs**

Regularis contumax. ſuo maioꝛi cō
pellitur obedire. Et eſt hic argu. ꝙ
littere prelatoꝛum ſunt autentice et
eis credetur. Uide gloſā que in hoc
eſt ſingularis ꝙ a periurio et ſuſpe
cto recipitur iterum iuratoꝛia cau
tio. quod eſt contra illud. xxij. q. v. in
c. paruuli.

**His que.**

Uacante eccleſia capitulum prelati
iuriſdictionem exercet. Uide gloſaz
que in hoc eſt notabilis. que docz d̄
pace et que poteſt capitulū ſede va.
et que non

**Dilecta**

Mulier non excōmunicat licz preſit
officio. Nota gloſam iſtam que eſt
ſingularis ꝛ docet ꝙ claues eccleſie
non ſunt date mulieribus ſed viris.
licet beata virgo Maria fuit ſanctiſ
ſima. Item dicit ꝙ quedam ſunt mu
lieres que non pꝛofitentur. et dicun
tur canonice ſeculares.

**Dilecti filij.**

Iuxta foꝛmaz iuris iurare debz epi
ſcopus metropolitano. etſi vltra iu
rauerit non tenet. Nota in tex. Nō
facias alijs niſi quod tibi fieri vis.
Uide gloſam que diſputat ꝙ iura
mentum non eſt vinculum iniquita
tis. et ꝙ vtile per inutile non vicia
tur.

**Cum olim.**

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vacante ſede capitulū electiones cō firmat. Vid̄ g.q̄ i hoc eſt nōbilis .ꝙ docet que ſpectāt ad capitulū ſe.va. et all'.iura hincinde.⁊ remittit ⁊c.

Statuimus.

Maior in ordine eſt minori in ordi ne preponendus .vide g.que doc3 q̄ et qualia in diſtributione p̄bendaꝝ ſunt inſpicienda.an nobilitas vel ſci entia

Cum inferior

Monaſteriu3 erectū in ecc̄iam cathe dralem ab ordinarij eximitur pote ſtate. Nota gl .que ponit ꝙ inferior non poteſt ligare vel abſoluere ſupe riorem.et qui ligat p̄t abſoluere.⁊ q̄ ſoluit ligat. Et qualiter hoc fallit in certis caſibus et alle.et ar.ꝙ ſi papa mandat alicui vt aliquem excōicet. p̄t ec̄ eum abſoluere.et all'.concor.⁊ ar.pro ⁊ contra.

Humilis doctrina

Unus ſolus impedire p̄t compoſiti onem ſup ecclēſijs vel dignitatibus factam. Nota g.que in hoc eſt nōbi lis in fi.ꝙ vict' victori d3 in expenſ ꝯdemnari Jte3 qđ omnes tangit ab omnibus approbari d3

Ti.de maio.et obe.li.vi.

Epiſcopali ſede

Capitulu3 vel is ad quē adminiſtra tio pertinet vacante ſede eos abſol uet quos abſoluere poſſ3 ep̄us ſi vi neret.niſi ab apoſt̄.ſe.id fuerit inter dictum

Tit.de treuga et pace

Treugas.

Treuge ſeruari debent a quarta fe ria poſt occaſum ſolis vſq3 ad ſecun dam feriam in ortu ſolis ab aduen tu domini vſq3 ad octauam epipha nie.et a.lxx.vſq3 ad octauas paſche. Et ponitur pena non ſeruātiu3 treu gas . Et dicit tex.ꝙ triplex funicul' difficilime rumpitur

Innouamus

Preſbri .monachi.conuerſi. peregri ni.mercatores.ruſtici.euntes.et rede untes.et in agricultura exiſtentes et animalia quib' arant.et ſemina por tant ad agru3 debent congrua ſecu ritate gaudere. Et notat hic Ab.ꝙ aſinus hab3 par priuilegiu3 cū ep̄o.

Titulus de pactis

Antigonus.

Pacta ſua3 debent obtinere firmita tem. Nota g.que dicit ꝙ recedens a pacto licito peccat mortaliter. Et ꝙ inter ſimplicē loquelā ⁊ iuramētū nō facit de' differentiā ⁊c.ſec' de iure ciuili.quia ex nudo pacto non oriť actio.vt.l.iuriſgentiu3 .§.igitur.ff.de pac.

Quotiens

Si pactu3 ab initio non tenuit per ratihabitionem tn̄ ſuperioris fit va lidum. Vide g.que ponit caſus vbi ratihabitio ſuperueniens non vali dat pactum.

Qualiter.

Studioſe laborandu3 eſt vt ea que promittunť opere compleantur Nō gl.que alle.pſalmiſtam.et que proce dunt de labijs meis nō faciā irrita.

Cum pridem.

Non valet pactum vt beneficiu3 ꝑ pecuniam reſignetur. Vide gloſa3 q̄ in hoc eſt notabilis ꝙ perſona con iuncta p̄t agere ſine procuratorio. ſed tranſigere non poteſt. Item glo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicit q licȝ alieni redimē vexatiōes

Accepimus.

Eccleſia cum pacto de futura ſucceſſione conferri non dȝ. Nō gloſaȝ q̄ dicit q etiam de iure ciuili quis non p̄t paciſci de hereditate alterius niſi ei⁹ voluntate. l. fi. C. de pact.

Cum clerici.

Illicitum eſt pactū quo quis penſionem augmentat vt ſibi eccleſia cōferat. Nō g. q̄ docȝ qñ penſiōes eccarū ſūt augmentāde et qñ non

Pleriqȝ

Pactuȝ quo ius alterius leditur nō valet

Pactiones

Pactiones ꝓ ſpūalib⁹ et que vergūt in anime detrimentum ac ſi impoſſibiles de iure vel de facto nulli⁹ ſunt momenti. Nō glo. que ſolȝ allegari ad hoc an pactū debeat ſuari vl̄ nō

## Titul⁹. de pactis. li. vi.

Pactum

Monachi habentes liberam ſe. ap. ſepulturam ſi paciſcant̄ de non recipiendis aliquib⁹ vel certis parochianis eccleſie alicuius compelluntur pactum ſeruare. nec illos ſepelire poterunt licȝ apud eos elegerint ſepeliri. cū ꝑ pactum ꝑuilegio renūciarūt.

Quamuis

Pactum factum patri a filia dū tradebatur nuptui q dote contēta nulluȝ habebit ad paterna bona regreſſum ſi iurauerit id filia ſeruare tenet̄ omnino. quāuis ius ciuile id improbet. l. pactū. C. de colla.

Quia ex eo

Pacta inita ꝑ fratres predicatores vel minores vel alios mendicantes. cū rectoribus parochialium eccleſiarum ſuper parochialibus iuribus ſi facta ſūt per priores vel gardianos de ſuorum conuentuum ipſorum qȝ locorum conſēſu. licȝ auctoritas ap. ſe. non interuenerit vel licentia prioris vel miniſtri generalis. aut magiſtri. vel prouincialis miniſtri. vel capituli prouincialis ſeruanda ſūt. dūmodo alias ſint licita et honeſta.

## Titul⁹ de tranſactionibus

Sicut graue

Inſtrumenta alia qȝ partiuȝ iura in tranſactione fruſtrantur. Nō g. que dicit q nouiſſima pacta ſunt ſeruanda. ⁊ q pactuȝ ſiue tranſactio ab initio inualidum per confirmationem pape fit validum.

Statuimus.

Compoſitio ſuper decimis fieri poteſt inter perſonas eccleſiaſticas auctoritate epiſcopi vel archiepiſcopi. Et hoc intellige ſm Abba. in ſua dioc.

Contingit

Tranſactio a prelato facta non reprobatur a cōuētu ſi ſemel fuerit approbata. Nota gl. que ponit differētiam inter litteras procuratorias et litteras de rato et eſt notabilis.

Conſtitut⁹

Super beneficio non tranſigitur. Nota gloſam que ponit idem fore peccatum in fractione fidei ſicut in fractione iuramēti. et q in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis

De cetero

Auctoritate legati fit compoſitio in

ſpūalibus licȝ nō poſſit ꝑpetuā cōſtituere penſionem. Et vide gloſaȝ que dat intellectū

Ex literis
Qui preſtat patrocinium alicui petenti rem ſuam ſcienter ſibiipſi preiudicat. Nota glo. que dicit ꝙ teſtis et aduocatus in vna ⁊ eadem causa vna perſona eſſe non poteſt

Super eo
Super beneficialibus non tranſigit ſed amicabilis compoſitio interuenire poteſt. Nota glo. que notabiliter diſtinguit quando ⁊ quando nō poteſt tranſactio interuenire in ſpiritualibus. et deſcribit etiaȝ quid ſit tranſactio.

Veniens ad
Pacta ſiue tranſactiones ſine ſupioris auctoritate facta ſeu facte cenſent pſonales. Vide h tex. q allegat ꝙ res inter alios acta. Et glo. primā q oſtēdit et declarat, que ſint ſacramēta neceſſitatis et que voluntatis

Preterea quādo
Super iure patronatus ſiue int laicos et clericos non valet tranſactio. que ſit mediante pecunia vel vt cenſus augmentent ⁊c.

Preterea quarto
Super ſubiectiōe aliqua vt pecunia detur non valet tranſactio. Vide hic glo. que ponit ratōem

Ex parte tua
Iſtud. c. cū gl. doeȝ in qbus caſibꝰ licet tranſigere ⁊ in qbꝰ nō. ⁊ dicit ꝙ ī cauſis mrīmonialibus non habet locū tranſactio. Vide text. q dicit ꝙ iudex debet ſe declinare in humanioꝛē ptem ſm ꝙ perſona cauſa et loca atꝙ tꝑa poſtulant.

Titulus de poſtulando

Clerici A
Clerici etiam ſi non habeant bñficiū vl in minoꝛbus cū beneficia habeāt coram ſeculari iudice aduocare non debent niſi in cauſis hic ꝯtentis. nec regulariter coꝛam aliquo iudice Nota glo. que dicit ꝙ obpꝛobriū eſt clericis ſi ſe peritos foꝛenſium deceptationum oſtendere voluerint. l. repetita. C. de epiſ. et cle. ⁊. l. hac conſultiſſima de teſta.

Ex parte tua
Canonici regulares etiam pꝛohibētur poſtulare ſicut et monachi niſi in caſibus in iure expꝛeſſis. ſcilicet pꝛo vtilitate monaſterij. et ex tunc nō ſufficit vtilitas ſed requiritur licētia abbatis. Nota hic doctoꝛes qui notāt hic ꝙ regulares non cenſentur habere cognatos

Cum ſacerdotis
Sacerdotis officiuȝ eſt nulli nocere. ſed omnibus velle pꝛodeſſe. ergo niſi neceſſitas immineat pꝛo perſonis cōiunctis aut miſerabilibꝰ eis licitū eſt poſtulare. Item in fine dicit ꝙ clericus contra eccleſiam poſtulās vnde beneficum obtinet pꝛopter ingratitudinem illo beneficio ſpoliari pt

Titulus de pꝛocuratoꝛibꝰ

Alia quidem
Sine mandato nullus procurator admittitur. Vel ſic. Procurans in iudicio cauſam eccleſie collegiate debet habere ſufficiens mandatum prelati ⁊ capituli. Nota gloſam que docet quando pꝛocuratoꝛ ſine mandato admittendus eſt et quando debȝ

ſatis dare. Item quādo prelatus po
teſt agere ſine cōſenſu capituli et ecō
tra. Item ꝙ preſumitur ex preteritis
ad futura

¶ Querelam.a.
Impeditus legitime non compellit̄
procuratorem cōſtituere. Uel ſic. Re
uocatur ſententia qua ꝯdemnat⁹ fue
rit in expenſis ex iuſta cauſa abſens
legitime excuſatus qui in ardua cau
ſa procuratorem conſtituere noluit.
Nota gl. q̄ docz in quib⁹ caſibus cō
pellitur quis procuratorem conſti
tuere. Item dicit gloſa ꝙ beneficium
iuris nemini eſt auferendum. Item
docet in fine quando reus et quan
do actor condemnari debent in ex
penſis.

¶ Ex inſinuatione
Sententia lata cū ꝓcuratore reuoca
to et de hoc certificato nō tenet No
ta glo. que docet vnum caſum ī quo
creditur vni teſti cum principali Itē
docet an et quando quis debet pro
bare titulum poſſeſſionis ſue.

¶ In noſtra preſentia
Nullus eſt proceſſus habitus occa
ſione litere per falſum ꝓcuratorē ob
tente. Uide glo. que docet quando ꝓ
curator dicitur falſus. Et dicit glo.
ꝙ dignus eſt miſericordia qui vitio
laborat alieno.

¶ Tue fraternitati
In cauſa criminali mota ciuiliter in
teruenit ꝓcurator. ſecus ſi mota eſſet
criminaliter. Nota hic doc. qui do
cent quid ſit inſcribere ⁊ talionē red
dere. Item dicit glo. q̄d vna via ꝓhi
betur alia nō debz concedi ⁊ alle.

¶ Cum pro cauſa
Ab eo qui litem mandauit expenſas
quas fecit repetit procurator. Nota
gloſam que dicit ꝙ etiam ſine mādā
to vtiliter expoſita pro eccleſia poſ
ſunt repeti.

¶ Quia in cauſis
Uniuerſitas per procuratorez debet
litigare. Nota gl. que dicit ꝙ vniuer
ſitas loco domini habetur ⁊ vniuer
ſitas iurat de calumnia per procura
torem. et glo. all'. concor.

¶ Auditis
Reuocatio procuratoris poſt cōclu
ſionem factam nō poteſt ſententiam
impedire. Nota glo. que dicit de cō
temptu et de illuſiōe ſuperioris poſt
ꝙ cauſa eſt deuoluta ad ſuperiorem

¶ Petitio veſtra
Non eſt in nomīe procuratoris vis
aliqua facienda. Nota glo. ꝙ verba
dubia ſiue generalia ſunt intelligen
da ſm intellectū proferentis. ⁊ ꝙ hoc
nomen procurator eſt generale et re
ſtringitur ad quamlibet adminiſtra
tōnem. quia non rei ſermo ſed ſermo
rei ſeruire debet. c. Intelligētia infra
de ver. ſig.

¶ Accedens ad
Pater et mater procuratores conſti
tuunt in cauſis ⁊ precipue ſuper ſpō
ſalibus filiorum Nota glo. ꝙ in mri
monio libertas om̄i modo ē reſtituē
da. et locus ꝓuidendus ē vbi nulla
poſſet eſſe formido. Itez dicit ꝙ ple
na ſecuritate gaudere debet cui⁹ ani
mus eſt indagandus

¶ Dilectus filius
Procurator appellare poteſt ſi tem
pus ſibi non detur ad conſulendum
dominum. Nota glo. que in hoc eſt
notabilis ꝙ inducie ſunt dande reo.
vt deliberet an velit agere vel cedē.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De procuratoribꝰ in anti. et vi.

¶ Conſtitutis
Reus conſtituens ꝓcuratorez tantū ad agēdū nibil agit. Uel ſic. Si reus recedat a iudicio dimiſſo procuratore ſolummodo ad agendum contumax eſt ⁊ cōdemnabitur in expenſis. Nota glo. que docꝫ quando maritꝰ poteſt agere pro vxore cum mādato vel ſine mandato. Item dicit glo. ꝙ nemo poteſt alteri ſtipulari

¶ Mandato
Si reuocatio procuratoris non peruenerit ad aduerſarium vel ad iudicem poſt litem conteſtatam valꝫ qđ poſtmodum cum eo geſtū eſt. Et nota ambas glo. in quibus de mādato ꝓcuratoris rei dicitur. Et ad longū de materia reuocatōis

¶ Non iniuſte
Filiusfamilias etiam ſine mandato ꝓ patre admittitur ad agendū et defendendum preſtita ſatiſdatōe Item dicit ꝙ procurator debꝫ appellare licet appellatōnem proſequi non teneatur. et dicit hic ab. et doc. ꝙ aduocatus non tenetur cauſam appellatiōis ꝓſequi niſi velit ꝓ ſallario ſibi ī principali dato.

¶ Conſuluiſti
Procurator excommunicati repellitur ne poſſit lrās impetrare. Nota glo. que querit an aliquis excommunicatus impetrat literas pro non excommunicatis ipſis etiam de excommunicatione neſcientibus an valeāt litere. ⁊c. Item glo. dicit ꝙ omnia noſtra facimus quibus auctoritatez impertimur. ⁊ alle.

¶ Titulus de procuratoribus li. vi.

¶ Non indiſcrete
Laicus poteſt ꝓcurator eſſe ad agendum et defendendum in cauſis ſpūalibus. hoc primo. Secūdo dicit ꝙ ꝓcurator poſt litem conteſtatam poteſt dare alium procuratorem. añ nō niſi fuerit datus in rem ſuā. vel a domino habuerit mandatū đ ſubſtituēdo etiam non certam perſonam Tertio dicit procurator ob negocia aliū procuratorē dare poteſt libere quandocunqꝫ. hoc dicit. Nota glo. in verbo ab eo.

¶ Quamuis
Procurator ante litem conteſtatam etiam ſine rationabili cauſa reuocari poteſt poſt litem conteſtatam non ſine rationabili cauſa. dominus tamē bene poteſt adeſſe cauſe cum ipſo ꝓcuratore. maxime ſi de colluſione timeat. Et vide glo. que hic notabilit̄ declarat caſus in quibus poſſet procurator reuocari.

¶ Is qui
Procurator habens mandatum ſubſtituendi ſubſtitutum a ſe poſt mādatum ſuſceptuz etiā ſi eo nō ſit vſus reuocare non poteſt. niſi cum poteſtatem habuerit reuocandi. Si autem erat procurator ad plures cauſas in altera ſubſtituit in alijs remanet procurator

¶ Qui ad agendum
Procurator generaliter ad agenduz ⁊ defendēdum datus illa exercere nō poteſt que mandatum exigūt ſpeciale. ſed ſi aliquis articulus de ſpecialibus in mandato ſit expreſſus. veniunt et alij. Itez procurator abſqꝫ ſpeciali mandato iuramentum deferre trāſigere vel paciſci non poteſt. niſi ei bonorum vel cauſe adminiſtratio libera ſit commiſſa. h. d. Enumerat

adhuc glo. alia que requirunt ſpeciale mandatum.

Qui generaliter

Procurator generaliter cōſtitutꝰ ad negocia. agere ⁊ experiri poteſt. exceptis hͣ caſibꝰ q̄ mandatū exigūt ſpeciale. Scđo dicit. filiusfamilias abſqꝫ conſenſu patris poteſt fieri procurator nedum ad iudicia verum etiā ad negocia. Tertio dicit ꝙ licet quis poſt xvij. annum poteſt eſſe procurator ad negocia tamen minor xxv. annis non poteſt eſſe procurator in iudicio.

Si duo

Si duo procuratores inſimul nō adiecto inſolidum deputētur. vnus ſine alio non debet admitti. ſecus ſi ſūt in ſolidum deputati. ſed tunc illius erit melior cōditio. qui per litis conteſtatōem negocium primitus occupauit. Vide decretalē quia longa eſt et notabilis Et ponit in fine exceptōnem quo ad procuratores in electōnibus conſtitutis ꝛc. Et nota glo. que querit quid de ꝓcuratoribus diſſidētibꝰ

Licet is qui

Procurator q̄ renuit acceptare mādatum penitere poteſt q̄diu cōſtituens in eadē perſeuerauerit volūtate

Si quem

Dn̄s dans ꝓcuratorē quotiēs cōtingit eū abeſſe cām tractādo ꝓcuratorē nō intelligiť reuocare. ſecus ſi ſimpliciter niſi expreſſe ꝓteſteť ꝙ ip̄m reuocare nō intendit vel alias hoc appareat ex ꝓbabilibus coniecturis

Procurator non aliter

Ad ꝯtrahendū mr̄imoniū ꝓcurator dꝫ hr̄e ſpāle mādatū. Scđo dicit ꝙ talis ꝓcurator nō p̄t ſubſtituē niſi ad hoc habeat ſpāle mandatū. Tertō ꝙ ſi talis ꝓcurator reuocatꝰ etiā ignorāter cōtraxerit nō tenet mr̄imoniū Et nota bn̄ glo. que determinat ꝙ clauſula generalis que ſequitur ſpetialia expreſſa. ſimilia includit et non lōge maiora ꝑ iſtum tex.

Titulus de procura. in cle.

Inſtrumento

Qui ſciens ſine ꝓteſtatōne recipit inſtrumentū vel lr̄as ſue ꝓcuratōis quibus conſtituens ꝓ ip̄o cauebat ſup incluſis in ꝓcuratorio teneť ⁊ cogiť dn̄m defendere Nota glo. que ponit caſus in quibꝰ cogiť ꝓcurator ꝓciſe dn̄m defendere ꝯtra regulā generalē l. inuitus ꝟ fi. Et. l. ſe. ff. de ꝓcura.

Non poteſt

Procurator hn̄s mādatum iurādi ⁊ omnia faciēdi que requirūt ſpāle mādatū cōtra electū vel ꝓuiſionē opponere nō p̄t crimina vel defectus. Hic eſt text. expreſſus eiꝰ qđ notatū ē ſup eo libro vi. c. fi.

Religioſus

Religioſus nō poteſt eē ꝓcurator ſine licentia ſui ſupioris ⁊ hoc ī certis caſibus. Ita etiam cōſtitutus ſine licētia ſpāli nō p̄t alium ſubſtituere

Procuratorem

Procurator ꝯſtitutꝰ a p̄lato vel ecc̄a vel etiā a quocūqꝫ alio ꝑ mortē cōſtituentis reuocať etiā quo ad negocia iā incepta ⁊ in q̄bus ꝑ ip̄m lis conteſtata fuit.

Titulus de ſindico

Sicut ſtudij

Decet religioſos a litigijs abſtinere.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ ideo ſindicum hrē debent qui cās monaſterij agat ⁊ defendat.hoc dic. Itē nota glo.que ponit ſex in ordīe primo qd ſit ſindicus Secundo ad quid datur Itē a quo datur Itē an teneatur preſtare cautōez Itez an debeat iurare de calumnia Item an ſindicus iſte pt eſſe laicus.

## Titulus de his que vi.me.ve cauſa fi.

### Perlatum eſt

Qui ꝓpter timorē mortis religionez ingreditur ad ordinē minime aſtringitur.qd dic timore mortis accidentalis et violentie vt hic.ſecus ſi cauſalis vt qꝛ infirmus vl' navigauit. Nota hic glo.que docet et ar.qñ valet ꝓteſtatio et qñ nō. et tangit etiā qñ negatiua poſſet ꝓbari ſcz qñ includit ī ſe affirmatiuam.vide eam

### Abbas ſancti

Metus amiſſionis patrimonij ē ſufficiens et excuſat.Vel ſic.Qui ꝑ metuz amiſſionis patrimonij ſui bñficio renunciat illud repetē poteſt.h.d. Nota glo.que dicit ꝙ illa que ſunt ꝑ metum facta non tenent regulariter.ſed glo.ponit caſus in quibus talis regula fallit et dicit ꝙ coacta voluntas ē voluntas.

### Ad aures

Renunciatio ꝑ metū laicorum facta nō ē ſufficiēs niſi interueniat iuramētū Nota glo.que ponit verſus ī quibus caſib' met'excuſat.Excuſare metus hos poſſe puta.qꝛ neſcis Stupri ſiue ſtatus verberis atqꝫ necis ⁊c.

### Ad audientiam

Qui coacte renūciauit bñficio pt illud repetere licet iurauerit reſignare Nota glo.que dicit ꝙ vis eſt impetus maioris rei cui reſiſti non poteſt Ita diffinitur.ff.eo.l.i. et eſt multiplex vis ⁊c.

### Sacris eſt

Cōmunicās excōmunicato cū ſuis ꝑticipibus licꝫ ꝑ metū hoc faciat excōmunicatōis ſententētiā tñ non euadit. Ratō reddit in tex.qꝛ pro nullo metu dꝫ quis peccatū incurrere mortale.Et alibi eſt tex.in.l.iſti quidē.ff. eo.cū iſte metus viris bonis plus eē dꝫ ꝙ̄ mortis.ex ꝗ notant doc.ꝙ plus debꝫ vitari ꝓcm̄ mortale ꝙ̄ mors ⁊c. Nota glo. que dicit ꝙ coactus magis dicit pati ꝙ̄ agere.

### Cum dilectus filius

Metus nō excuſat niſi cōtineat metū mortis vel corporis cruciatū. Nota glo.que in hoc ē ſpecialis. qꝛ dicit licet dolus interueniat in ſpūalib' tñ non ſubuenitur dolum paſſo

### Super eo

Illa que tempore violentie alicui illate auferuntur probata violentia ſolo ſpoliati probantur iuramēto Nota hic glo.que ponit ratōnem quare hic pro actore defertur iuramentum cum non ſit iuramentum alicui deferendum niſi adſit bona preſumptio puta vnius teſtis.

## Titulus de his que vi.me.ve cauſa fi.li.vi.

### Abſolutionis

Excōmunicationis ſuſpenſionis vel interdicti abſolutio vel reuocatio ꝑ vim extorta nō tenet.hoc primo. Secundo dicit ꝙ taliter extorquens ex



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

communicatus eſt ipo iure ⁊c.]

## Titulus de reſtitutione in integrum

### Requiſiuit

Cū in cōtractu legitime celebrato leditur eccleſia reſtituit eccleſia contra eūdē. ⁊ hoc vel ſi enormit ledat eccia

### Cum veniſſent

Cum ob negligētiam procuratoris leſum extitit monaſterium. ſiue eccl'a cōtra leſionē reſtituit. Uide gl. hui⁹ c. que in hoc ē ſpālis q̄ doc; qn̄ negligentia pcuratoris nocet domino

### Auditis

Eccleſia in omnib⁹ reſtituit et eccl'a cōtra eccl'am. Uel ſic. Etiam contra eccleſiā reſtituit eccleſia q̄ grauiter leſa fuit propter pbatōes omiſſas. Uide gl. que dicit quaſi in fine quid ſit reſtituere in integrum ſc; reducere in eundem ſtatū in quo q̄s erat ante leſionem. quod eſt tenendum.

### Ex literis

In cauſa mrimoniali datur ɔtra ſententiā interdum reſtitutō pp̄ter fraudem. Uide glo. que notat differentiā inter appellatōem ⁊ ſupplicatōem. q2 appellatōe pendente nihil eſt innouādum Sed poſt ſupplicatōem ſentētia poteſt exequi dum tn̄ caueat de reſtitutione ſi ſententia fuerit retractāda

### Cum ex literis

Contra ſui predeceſſoris ſententiam papa reſtitutōnem indulget. Uel ſic. Etiam contra ſententiam pape reſtitui poteſt eccleſia. et cauſa reſtitutionis in integrum partibus preſentib⁹ eſt tractanda. Nota glo. que dicit q̄ in modico tempore non poteſt quis multa addiſcere. Nota tex. q̄ non negatur quin ſententia Ro. ſe. poſſit in melius reformari. Nota q̄ aſſertōne ptium merita cauſe panduntur. ⁊ ad hoc iſtud. c. alle.

### Suſcitata

Si reſtitutio in integrū concedatur contra ſniam fit executio ſententie ſb cautione d̄ reſtituenda re. ſi obtinuerit condemnatus. Uel ſic. et venit in idem. lata ſententia ſi reſtitutio cōcedatur fiet executio ſententie ſub cautione de reſtituenda re. ſi obtinuerit condemnatus. Nota glo. que ar. an pcurator ſine ſpeciali mandato hoc caſu poteſt petere reſtitutionem i integrum.

### Coram felicis

Poſt peremptorium nō datur dilatio niſi preuia reſtitutione in integrū Uel ſic. poſt peremptorium nō audit eccleſia d̄ iure communi ſed bene ad reſtitutionem Et ſic nota hic ſm g. q̄ hic conceditur vna via qd̄ alia p hibetur. qd̄ eſt contra illam communem regulam. quod vna via ⁊c. d̄ qua etiam. ſ. de pcura. c. tue.

### Conſtitutus in

Reſtituitur minor in eo q̄ contraxit vel omiſit ſi probat ſe enormiter leſū ⁊ tempora reſtitutōnis petende non ſunt lapſa Nota glo. que loquitur d̄ ſolennitate de conſuetudine adhibēda in venditione

### Cauſam reſtitutionis

Cauſa reſtitutionis in integru; corā iudicibus ordinarijs adminiſtratō; habeñ. vel delegatis ab eiſde; tractari poterit. ſed nō ab alijs niſi incidēter mota fuerit. Secundo dicit q̄ in cauſa criminali liberali et matrimoniali arbitri nequeunt aſſumi. q̄ maiores exigunt iudices

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# De reſtitutōibus i integrū i vi. et cle

¶ Beneficio
Reſtitutio denegata ſemel eccleſie vlterius ſibi non conceditur niſi ex noua cauſa. reſtituitur tamē ad appellādum contra ſententiam denegatōis Nota gl. que inter cetera dicit ꝙ ſententia arbitri non infamat.

¶ Titulus de reſtitutionibus in integrum li. vi.
¶ Eccleſia
Eccleſia poſt quadrieniū nō admittitur ad petendum reſtitutōem cōtra ſententiam vel contractum niſi rationabiliter aliqua cauſa ſuadeat. Nota glo. in verbo contractū que dicit prelato iurante eccleſiam reſtitui minore xxv. annis tamen iurante nō ita reſtitui tex. in auc. ſacramenta. C. ſi aduer. ven.
¶ Si aduerſus
Eccleſia contra confeſſionē qua leſa fuerit admittitur infra quadrienniū per beneficium reſtitutionis in integrum poſtea non niſi ꝑ viā iuris.

¶ Titulus de reſtitutionibus in integrum in Cle.
¶ Ab eccleſia

Eccleſia probans ſe leſam per lapſū temporis ad id tempus tātum reſtituitur et infra quadriennium a tēpore leſionis ꝛc.
¶ Titulus de alienatōe iudi. cauſa mutan. facta.
¶ Ex quorundam
Qui cauſa mutandi iudicij poſſeſſionē cōmutat ſuper qua conueniri debeat. tā ille qui recipit ꝙ̄ qui commutat ꝑ eaſdez poteſt lrās cōueniri Nota glo. que ē notabilis et docet quādo res dicatur litigioſa. et de illis q̄ duriores conſtituunt aduerſarios
¶ Ex parte ſcabinorum
Si in clericum a laico cōtra laicum fiat ceſſio cā coram eccleſiaſtico iudice non tractatur. Vide gl. q̄ ē notabilis et notat ceſſiones eē odioſas et ꝙ clerici illis intendere non debent. et ꝙ iactura cauſe affici debent
¶ Titulus de arbitris
¶ Sane et infra
In impari numero arbitrorū debet fieri cōpromiſſum. Nota glo. que dicit ꝙ hoīes faciles ſunt ad diſſentiēdum. ⁊ alle. concor.
¶ Non ſine multa
Arbitriū ſimoniacū et doloſum nullius eſt momenti. Nota hic gl. ꝙ ī arbitrio p̄t interuenire iuramentū Itē ꝙ iniquo arbitrio nō eſt ſtandū Itē ꝙ pauper raro auditur in iuſticia
¶ Peruenit ad nos
Nō poſſunt ꝑ arbitriū ſpūalia laico adiudicari tenenda auctoritate ſua Nota glo. que dicit ꝙ intereſt eccleſie ne ſumptibus vexet. et alle. ff. d̄ mino. l. minor xxv. annis
¶ Dilecti filii
In mulierē rōe cōſuetudinis iudicātē pn̄t ꝑſone eccleſiaſtice de reb9 compromittere temporalibus. Nota gl. que docet qualia mulieres poſſūt exercere Et qn̄ pena in cōpromiſſo adiecta peti poteſt.
¶ Cum tempore
Arbitriū nō valet vel nō tenet quatenus libertas eccle ledi poſſet. Nota hic ꝙ arbitriū in ꝑte tenet ⁊ in ꝑte nō tenet. Nota ꝙ in cauſa libertatis arbiter non interueniet



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Liber primus

¶ Cum dilectus filius

Coram arbitris non poteſt fieri reconuentio. Nota hic gloſam pmam que ponit caſus in quibus reconuētio non habz locum quia in criminibus non habet locū et in ſpolio. Uide glo. que eſt multum notabilis. qꝛ ponit quomodo differunt arbitriuz et iudicium. et conueniunt

¶ Cum olim

In delegatos a papa cōpromittit̄ et eorum arbitrium papa interpretat̄. Nota glo. que ſolet ad hoc allegari ꝙ nullus ex conſilio obligatur ſequi illud. Item dicit glo. ſufficit ita ſcriptum eſſe.

¶ Contingit

De ſpiritualibus in laicum compromitti non poteſt. Nota glo. que in hoc eſt notabilis ꝙ laicus nullo modo poteſt diſponere ſiue cognoſcere de rebus ſpiritualibus quia de vniuerſa eccleſia male iudicat qui querit iudicium laicorum. et alle. glo.

¶ Per tuas lr̄as

Auctoritate iudicis ſpiritualis pt̄ in laicos et ī clericum compromitti ſuper rebus ſpiritualibus. Nota glo. que tractat de procuratore qui exceſſit fines mandati ſui. Itez ꝙ arbitriū approbatur ſilentio. x. dierum

¶ Ex parte tua

Per mortem alterius compromittētis expirat compromiſſum. Nota g. que loquitur de morte litigatorum.

¶ Exposita

Sententiam precedentem nō poteſt arbiter immutare. Nota textuz qui dicit ꝙ papa non intendit immutare ſententias iam latas neqꝫ ſuſcitare lites iam ſopitas ⁊ ſemper recurrendum eſt ad intentōnem ſcribentis

¶ Innotuit

Si ad ſententiam arbitri electi indeterminate iudex partez compellat locus eſt appellandi. Nota glo. que dicit ꝙ arbiter debet nominari et eſſe certus. et ſic etiam iudex debet eē certus et tutor

¶ Cum a nobis

Dictum incertorum arbitratorū bn̄ tenet. ſed ſic non in arbitris Nota g. et ab. qui hic ponunt differētiam int̄ arbitrum et arbitratorē ⁊c. Thomas ponit quinqꝫ intellectus huius. c. et ideo Jo. an. id non ſummat.

¶ Compromiſſum

Compromiſſum non extendit ſe ad compromittētis heredes. niſi hoc expreſſe in cōpromiſſo caueatur ⁊c.

## ¶ Titulus de arbitris li. vi.

¶ Si ex tribus

Si ex trib⁹ arbitris duo concordāt in ſumma tenet ſententia illorum. ſed ſi omnes diſcordant tenet ſentētia d̄ ſumma minori.

¶ Ut queſtionibus

Si ex tribus arbitris vnus nolit examinando vel diffiniendo negocio intereſſe duo procedere poterunt ac ſi ille preſens eſſet. circa iudices antiqua iura ſeruentur. h. d. Nota glo. q̄ eſt notabilis potiſſime ſi. que docet qualiter procedāt dicti iudices collega abſente.

# Liber ſecũd⁹ de iudiciis in antiquis

¶ Incipiunt caſus ſummarii ſe
cundi libri decre. vi. et cle.

De quo vult deo
Qui ſemel iudicez nõ de
clinare ꝓmiſit amplius nõ
poterit penitere. Nota
glo. que dicit ꝙ iudiciuz
redditur ĩ inuitũ. Uide hic ab. q̃ que
rit an in abſentia partis excommuni
catus poſſet abſolui an debeat pars
ad hoc vocari. Et tractat glo. quan
do cauſa excommunicationis eſt tra
ctanda.

¶ Decernimus
Laici eccleſiaſticas cauſas tractare
nõ dñt. et p̄lati eccleſiaꝝ iudicõ laico
rũ circa eccleſiaſtica negocia nihil di
ſponãt. nec ꝓpter laicoꝝ ꝓhibitõem
eccleſiaſticã dimittãt exercere iuſtici
am. Nota glo. que dicit ꝙ papa po
teſt laico delegare crimĩales ac etiaz
ciuiles ⁊ ſpũales cauſas

¶ Quanto diuina
Cauſa iuris patronatus ꝑ eccleſiaſti
cum iudicez tractari debꝫ. Nota gl.
que dicit ꝙ ius patronatus nõ dicit̃
proprie ſpirituale. ſed ſpirituali anne
xum. Et dicit glo. qualia iura poſſit
laicus poſſidere.

¶ At ſi clerici
Per ꝓceſſum habitũ cõtra clericuz ĩ
foro ſeculari non ſunt clerici punien
di. Secũdo oſtendit̃ qualiter eṗs cũ
clericis valeat diſpenſare Nota glo.
q̃ dicit de ſnĩa lata ꝑ nõ ſuum iudicẽ
Itẽ dicit gl. ꝙ confeſſus in iure pro
conuicto habetur. Et notat aliquos
caſus in quibus epiſcopus poteſt di
ſpenſare Item dicit ꝙ venia non da
tur niſi penitenti ⁊c.

¶ Ceterum qꝛ iu: cos
Uaſallus tenetur corã domino feudi
reſpondere. Nota gl. q̃ dicit ꝙ q̃diu
dominus feudi paratus eſt facere iu
ſticiam inter vaſallos de feudo ⁊ illi
etiam parati ſint reſpondere nullus
alius debet ſe intromittere de iuriſdi
ctione.

¶ Dilecti filii
Nullus cogitur edere actõnem. No
ta glo. que reprobat ſubtilitates ĩ iu
re canonico circa cauſas agẽdas. qꝛ
ſepe ſubtilitates ad ꝑniciez ſubuertũ
tur. ⁊ ſtricta rõ q̃nqꝫ omitti ſolet. ſm
leges tamen actio proponenda ẽ. rõ
qꝛ nemo ſine actõne experitur. l. ſi pu
pulli. ff. de nego. gel.

¶ Intelleximus
Excommunicatus ꝯueniri poteſt. ſꝫ
aliũ conuenire nõ p̄t. Et gl. ponit ra
tõem videlicet ne ex dolo ſuo como
dũ reportet. Et nota gl. que dicit ꝙ
excommunicatus dꝫ per ꝓcuratorez
reſpondere. Et querit quid ſi excom
municatus non velit procuratorem
conſtituere. Item querit anne excõ
municatus poteſt ipſum conuenien
tem reconuenire. et dicit ꝙ non

¶ Clerici
Nulla valet conſuetudo quominus
clericus de omni crimine debeat co
ram epiſcopo reſpondere. Nota gl.
que arguit ꝙ conſuetudo non preiu
dicat iuri ſcp̃to. Et qũo hoc debeat
intelligi. vide glo. que dicit ꝙ ideo ꝙ
non eſt ratõnabilis nec preſcripta. ſ.
de conſue. c. fi. vbi de hoc.

¶ Cauſam que
Capitulum ſine conſenſu prelati nõ
agit. Notat gl. ꝙ ſine cõſenſu prelati
collegiũ nec aliũ cõuenit nec cõuenit̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Cum non ab homine
Clericus depoſitus ⁊ incorrigibilis curie ſeculari eſt tradendus. Nota g. que docet qualiter procedendum ſit et notabiliter expedit ſe qualiter procedendum ſit contra falſarium.

¶ Quia
Delegati poteſtas extenditur ad euȝ qui ſcienter accepit reȝ per violentiã occupatam. Nota gl. que expedit ſe qualiter ⁊ quando quis tanq̃ȝ ſucceſſor ſingularis per reſcriptum apoſtolicum conueniri poteſt.

¶ Cum veniſſent
Papa non vult d̃ priuilegijs apoſtolicis cognoſci per alios q̃ per ſe vel ſuos. Item glo. alle. ꝙ illius eſt interpretari cuius eſt cõdere ius. Et querit glo. qualiter iſto caſu papa poteſt eſſe iudex in ꝓpria cauſa

¶ Nouit ille
Rõe pc̃ti quelibet cã ꝑtinet ad eccleſiam. Uel ſic. laicus rõe pc̃ti et marie ꝑiurij vel pacis fracte corã eccleſiaſtico iudice cõuenit̃. h. d. Nota tex. cuȝ gl. q̃ ſolet allegari. ſi peccauerit in te frater tu°. Itẽ ꝙ par eſt vinculũ charitatis. Et ꝙ papa poteſt corripere quemlibȝ ꝛc. Notat glo. ꝙ licȝ lex abrogata eſt. poteſt tñ adhuc allegari ꝓpter eius rõem. que ratõ quandoqȝ eſt neceſſaria. Itẽ notat ꝙ priuilegiũ et conſuetudo equiparant̃ et ꝙ cõſuetudo tribuit iuriſdictionem

¶ Paſtoralis
Principales ꝑſone litigantes in lite perſonaliter debent reſpondere. Uid doc. hic qualiter hoc debeat intelligi. Et enumerat glo. aliquas ꝑſonas que nõ ꝑ ſe ſȝ ꝑ alios dñt reſpondere

¶ Examinata
Contra non poſſidentem nõ datur rei vendicatio poſſidenti. Uide glo. notabilem que declarat interdicta ⁊ quomodo ⁊ quando quis aliam poteſt in iudicio intentare actionem ꝛc. Item dicit quid ſit ſequeſter et ſequeſtrare et q̃d confeſſoria et negatoria.

¶ Cum deputati
Jura ſue religionis proſequitur regularis. Uel ſic Preceptores templi ꝓ domibus ſuis agere poſſunt et defendere nec eis obſtat religio vel ꝙ natio corũ ſit incognita. hoc dicit. Nota textum qui dicit ꝙ litigioſis negocijs curam gerere non debẽt qui pacificis decrererunt ſtudijs inherere. vñ Juuenalis Pluribus intent⁹ vir eſt ad ſingula ſenſus. Item nota glo. que inter cetera dicit ꝙ infames conſueuerunt fugere loca nationis ſue. Item ꝙ infamis non poteſt eſſe iudex vel procurator.

¶ Qualiter
Prelatus debet laicis de clericis iuſticiam exhibere ſeu adhibere. Nota gloſaȝ que dicit ꝙ clerici ſi velint non poſſunt laicum iudicem ſuũ conſtituere.

¶ Cauſam que
Judicẽ ſilitudo cauſe quã ipe hȝ ipȝ repellit teſtẽ Nõ g. q̃ dicit ꝙ ſimilis cã ec̃ repellit teſtẽ. Et dic̃ ꝙ q̃ ſimili morbo laborãt nõ ſũt admittẽdi i teſtimoniũ

¶ Exhibita nobis
Judicium deſtruitur ſi de principali et exceptione ſimul cognoſcatur. Uel ſic. Si iudices de principali ⁊ exceptionibus preiudicialib⁹ ſimul cognoſcunt vel ſuper principali lite nõ conteſtata probatões recipiunt ab eis licite appellatur. Nota gloſam

q̄ dicit de ꝯſpiratorib᷒ ꝙ nō ſunt ad
mittēdi ꝛc. Itē dicit g.ꝙ ſi plura aſſi
gnent̄ i appellatōe grauamia ſufficit
alterꝛ.dūmō quodlibet ꝑ ſe ſufficiēs
ſit ꝛc.

## Venerabilis

Scdm canones cauſe inſtantia non
perdit̄ ſi infra trienniū cā non fuerit
finita. Vel ſic. Inſtātia iudicij nō pe-
rit ꝑ lapſū triēnij.hoc dicit. Nota g.
q̄ reddit cām ⁊ dicit ꝙ iuriſdictō per
petua ē et reſcripta ſūt ꝑpetua Idez
tʒ g.ꝙ de iure canonico nō ſiniat̄ in-
ſtantia triēnio infra de do.et contu.
c.venerabilis.quemadmodū de iure
ciuili.put ē bonus tex.in.l.ꝓperandū
in ꝓin.de iudi.

## Significauerunt

Cū actoꝛ et reus nō ſūt eiuſdem foꝛi
cauſa poſſeſſionis et ꝓꝛietatis p̄t co
rā diuerſis iudicib᷒ agitari. Nota g.
que dicit et arguit ꝙ continētia cau
ſarum diuidi non dʒ.et alle.et ſoluit.

## Titulus de iudicijs li.vi.

## Iuris eſſe

Iudex delegatus nō hn̄s ad hoc ſpe
ciale mādatū a papa nō p̄t cōpellere
ꝑtem vt ꝑſonaliter corā eo cōpareat
niſi ex cā rationabili. Nota glo.que
querit an valeat ꝓceſſus cū falſo pꝛo
curatoꝛe habit᷒. Itē tāgit quid faciē
dū ſit cū dn̄s ſit iuſtioꝛ q̄ꝫ ꝓcuratoꝛ.
Itē qualiter differat iuramentum ō
veritate a iuramento calumnie

## Mulieres

Mulieres perſonaliter ad iudicium
quacunqꝫ cauſa in iure non expꝛeſſa
inuite trahende non ſunt.ſed ſi neceſ-
ſarium ſit eoꝛum teſtimonium in cau
ſa iudex expenſis pꝛoducentis inter
dum ibit interdum mittet. et iudex
fraudulenter vadens excommunica
tus eſt. Mulieres religioſe etiam vo-
lentes extra monaſteriū ſuum ex aliq̄
cauſa perſonaliter ad iudiciuʒ trahi
non debēt. quod contra pꝛedicta fit
eſt irritum Nota gl.que inter cetera
notat conditiōem mulierum eſſe me
lioꝛem hoc caſu. quandoqꝫ viroꝛum
conditio eſt melioꝛ.quandoqꝫ ē par.
Et notat in fine vnum caſum ī quo
quis non poteſt renunciare iuri pꝛo
ſe ītroducto.⁊ all᷒.alios caſus ⁊ ꝯcoꝛ.

## Si annum xiiii.

Maioꝛ xiiij.ānis per ſe aut pꝛocura-
toꝛem poteſt agere et defendere cau
ſam ſpiritualem.minoꝛ.xiiij.annoꝛuʒ
non agit per ſe ſed per pꝛocuratoꝛeʒ.
vel per pꝛocuratoꝛem datum.aucto-
ritate oꝛdīarij eccl'aſtici iudicis. ⁊ eti
am delegati ad cauſas illas.filiuſfa-
milias ſine patris aſſenſu agit cauſaʒ
ſpiritualem. In fine glo.huius.c.no-
tantur caſus in quibus filius etiam
minoꝛ agit contra patrem.

## Titulus de iudicijs in cle.

## Dudum

Conſtitutō Bonifa.que habet ꝙ ci
tationes etiā extra dies ſolennes pu
blice facte de mādato pape in audiē-
tia literarum cōtradictarum.vel pa-
pali palacō.affixe ianuis maioꝛis ec-
cleſie loci in quo papa cum curia ſua
degit arcent citatum acſi ad euʒ per
ſonaliter deueniſſent.reſtringitur ad
eos qui impediunt ne ad eos citatō
peruenire poſſit vel quoꝛum domici
lium tute non poteſt adiri

## Diſpendioſam

In cauſ etiā pēdētib᷒ ex bn̄ficialib᷒

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ decimarum matrimonialib' ⁊ vſu
rarum et ipſas tangentibus procedi
poteſt ſimplicit̃ et de plano abſq; iu-
diciorum ſtrepitu et figura. Nota h̃
glo. ꝙ iudex in his caſibus in tex. nu
meratis poteſt ꝓcedere abſq; figura
et ſtrepitu iudiciali. attamē ſi vult p̃t
plenarium proceſſuʒ facere. Et ergo
tex. notanter dicit valeat nō dicit de
beat. quod ē menti tenendū ⁊c. Quid
importēt hec verba ſummarie ſimpli
citer et de plano abſq; iudiciorum. ⁊
etiam vide ad longum infra de ver.
ſignifi.

¶ Titulus de foro competenti.

¶ Si quis clericus

Clericus habens cauſam contra cle
ricum. ſuum non debet deſerere epi-
ſcopum. ſed prius actio coram eo vē
tiletur. niſi de conſenſu epi aliū elege-
rint iudicem eccleſiaſticum. Nota ꝙ
clerici deſerere non poſſunt ſuū epm̄
etiā ſi iuramentū interuenerit. ꝺ quo
vide hic gl. q̃uo hoc intelligi debeat

¶ Nullus iudicum

Iudex laicus clericū ſine licentia ſui
epiſcopi ꝑ ſe diſtringere aut iudicare
non preſumat. quod ſi fecerit donec
emendam preſtiterit ab eccl'a ſeque-
ſtratus manebit. Nota glo. q̃ videt̃
velle ꝙ om̄s ſeruientes eccl'e gaudēt
hoc priuilegio.

¶ Sane ſi epi

Si epiſcopi inter quos cauſa verſat̃
diuerſarum ſūt prouīciarū ille ꝓmos
dat iudices in cuius prouincia eſt lo
cus de quo contenditur. Nota glo.
que dicit ꝙ ſub illo iudice agē debet
actor iu cuius iuriſdictōe res litigio-
ſa eſt vt ex ipſa re ſortiatur foruʒ. Et
ideo poſſet ita poni caſus. ratōne rei
de qua agitur ſortitur quis foruʒ.

¶ Si quis cōtra

Iſta decre. docet qualiter ꝓcedendū
ſit cum ꝓprius epſ̄ recuſatur vt ſuſpe
ctus; et tractatur plenius infra de ap
pel. in. c. Cum ſpeciali. que videt̃ hāc
decre. interpretari. Uel ſic ſummatur
Coram epiſcopo ſuo conueniendus
eſt clericus qui ſi recuſatur dabit de
legatum partibus non ſuſpectū. h. d.
Nota gl. que inter cetera dicit ꝙ de-
legatus ab ordinario non poteſt ſu-
am ſententiam exequi ſed ipſe ordina
rius debet illam exequi.

¶ Si clericus laicum

Si clericus laicum ſuper rebus ꝓpro
phanis aut eccleſie ſue conueniat de-
bet clericus coraʒ iudice ſeculari age
re. Cuʒ generaliter actor ſequitur fo-
rum rei. Qualiter iſtud ſit intelligen
dum Uide hic doc.

¶ Ex tranſmiſſa

Coram domino feudi cauſa tractan
da eſt quo negligēte ſuccedit ordina
rius. Nota tex. et glo. que vident̃ in-
nuere et docere qualiter cauſa feudi
debeat expediri et remittit et alle. cō
cor. ſic. ſ. de iudi. c. ceterum.

¶ Uerum qm̄

De feudo ſpectante ad eccleſiam epſ̄
cognoſcit. ⁊ ſede vacante ſuperſeden
dum eſt quouſq; eccleſie de prelato ꝓ
uiſum fuerit. Hic eſt argumentum ꝙ
ſe. va. iura epiſcopi ad capitulum nō
pertinent.

¶ Cum ſit generale

Cum laici in exhibendo iuſticiam
clericis ſepe ſunt remiſſi fauore ec-
cleſie introductum eſt vt clerici ſub
q̃ voluerit iudice poſſint maleſcōres

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De foro competenti in antiquis

⁊ ſacrilegos convenire. Nota gl. que dicit ꝙ iſto caſu laici poſſunt ad iudicandū per excommunicatōnem cōpelli Et exponit qui dicūtur malefactores ⁊c.

¶ Quod clericis

Clericoꝝ cauſe iure canonico. hoc ē ſm̄ iura nō ſm̄ laicoꝝ ꝯſuetudinē terminanť Nota ꝙ pariſi⁹ in cauſis vbi laicus agit contra clericū de conſuetudine non datur libellus

¶ Licet ex ſuſcepto

Iſta decre. docet in quib⁹ caſib⁹ iudex eccleſiaſticus poteſt ſe immiſcere ſeculari iuriſdictōni ſcꝫ cum ſuperior non invenitur. Alius ſcꝫ cuꝫ iudex ſecularis negligit facere iuſticiam Tertius caſus eſt cum aliquid ambiguū fuerit Quartus in om̄i crimīe. Quintus cum per denunciatōem criminis cauſa defertur ad iudicem eccleſiaſticum. Sexto ratione connexitatis vt in dote ſuper iſtis omnib⁹. Vide gl.

¶ Ex tenore

Cauſa viduaruꝫ petitoria ſpectat ad forum ſeculare cuius negligentiā ſupplent iudices delegati. Nota gl. que enūerat aliquos caſus ſpectantes ad forum eccleſiaſticum et dicit ꝙ cauſe viduarum quo ad defenſionem ſpectant ad iudicem eccleſiaſticum. Vel ſic. vidua laicum coram eccleſiaſtico iudice convenire non poteſt niſi ſuꝑ cauſa eccceleſiaſtica vel in defectuꝫ iuris ſecularis. h. d.

¶ Si diligenti

Non poteſt clericus in non ſuum iudicem ſecularem conſentire etiam ſi hoc iuret. Vel ſic. clericus nō poteſt ſibi conſtituere laicum iudicem etiaꝫ ſi proprium iuramētum ⁊ adverſarij conſenſus accedit. h. d. Nota gl. que dicit ꝙ pacto privatorum iuri publico nō derogatur. Et ꝙ nemo poteſt facere vt iura in teſtamento ſuo locū non habeant

¶ Cum contingat

Clericus debet corā epiſcopo reſpōdere niſi contrarium ſit de conſuetudine inductum. Nota ex glo. ꝙ conſuetudo dat alicui iuriſdictionem et qualiter hoc induci poteſt per cōſuetudinem vt quis ſibi vel ſuis ius dicere poſſet. Gloſa expedit ſe et eſt ſatis notabilis

¶ Poſtulaſti

Clericus delinquens privatur beneficio quod alibi habet. licet epiſcop⁹ in cuius dioceſi eſt beneficium illam ſententiam exequatur. Vel ſic. epiſcopus deponit clericum alibi beneficiatum qui in ſua dioceſi deliquit et epiſcopus beneficij ſententiam exequiť. Nota ſingularem caſum vbi in delicto lata ſententia per alium executioni demandatur. Et glo. diſtinguit illo caſu ꝙ videndum ſit an delictū ſit magnum et depoſitione dignum.

¶ Ex parte

In poſſeſſorio iudicio vidua poteſt in foro eccleſiaſtico laicum conuenire. Vel ſic. Miſerabilis ꝑſona poteſt laicum interdicto vnde vi coram iudice eccleſiaſtico cōueniri. hoc dicit. Nota glo. que dicit ꝙ quis tenetur interdicto vnde vi ſiue quis fecerit ꝑ ſe ſiue complices eius ipſius mādato Vel etiam ſi ratum habuerit. et alle. concor.

¶ Conqueſtus

Sacrilegi ſūt qui res eccleſiarū vſurpant et poſſunt eos iudices eccleſie

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

condemnare. Vel ſic. Laici vſurpan-
tẽs iura eccleſiarum velut ſacrilegi ꝑ
iudicem eccleſiaſticum compeſcũtur.
hoc dicit. Nota glo. que in hoc ē ſin
gularis ꝙ omnia iura incorporalia
vt ſeruitutes et alia quaſi poſſidenť.
quia manu comprehendi non poſſũt
ſed corporalis poſſeſſio dicitur qua-
ſi pedum poſitõ. In fine glo. dicit ꝙ
iniuriam factam eccleſie prelatus nõ
poteſt remittere. et alle.

Dilecti filii

Priuilegiatus qui cõſtituit ſe certo
loco ſoluturum ibi et in loco domi-
cilij. non obſtante priuilegio conue-
niri poteſt. Nota glo. que docet qua
liter damna expenſe et intereſſe pro-
bari debent. Item notat hic abb. ꝙ
pactum a predeceſſore nomine eccle
ſie factum obligat ſucceſſorem

Significaſti

Tria ſunt neceſſaria vt clericus ī nõ
ſuum iudicem valeat conſentire pri-
mum ſcilicet ꝙ vtraqȝ pars conſenti
at. Item ꝙ ſit eccleſiaſtica perſona.
Item ꝙ iuriſdictõni preſit is in quē
conſentit. Item ꝙ hoc fiat de epiſco
pi voluntate. et hoc eſt quartũ. Vide
gloſam.

Propoſuiſti nobis

Sola domicilij mutatio a primi iu-
dicis non eximit iuriſdictiõe ſiue po
teſtate. Vel ſic. Si citatus ad cauſam
poſtea mutat forum in cauſa illa co-
ram primo iudice reſpondere cogeť.
hoc dicit. Nota glo. vbi dicit ꝙ iudi
cium debet ibi terminari vbi eſt ince
ptum. Et dicit ꝙ per ſolam citatio-
nem ſiue comparitõnem fit preuẽtio
de quo vide glo.

Licet ratione

Quilibet poteſt apud ſe. ap. conueni
ri ſed tamen poteſt ex cauſa legitima
recuſari allegando ius reuocãdi do-
mum. Nota gl. que expedit ſe docẽs
quibus caſibus efficitur quis ꝺ iuriſ
dictione alterius. Item dicit glo. ꝙ
dominus papa eſt iudex ſingulorum
⁊ allegat concor.

Titulus de foro compe. li. vi.

Romana

Licet per appellatõem ad archiepm̃
cauſa deuoluatur ⁊ de ea cognoſcere
poſſit. tamen niſi prius de appellatio
ne cognoſcat. etiam partibus conſen
tiẽtibus ſine volũtate ſuffraganei nõ
poteſt ꝺ principali queſtione cogno
ſcere. quia in hoc caſu perinde eſſȝ ac
ſi ſine voluntate ſuffraganei per ſim-
plicem querelam cognoſceret quod
non poteſt facere

Seculares

Iudex ſecularis qui vult clericum cõ
pellere ad debita etiam liquida ſol-
uenda per eccleſiaſticum iudicem de
ſiſtere compellatur. Nota gloſam ꝙ
laicis eſt obſequendi neceſſitas. non
autem imperãdi auctoritas. Itē iſta
decre. trahitur etiam ad conuerſos ⁊
religioſos.

Cum C laicus

Laicus ratõe iuramenti vt illud ſer-
uet coram iudice eccleſiaſtico conue-
nitur. Nota gl. que dicit ꝙ quis nõ
debet ex illo conſequi damnuȝ vnde
meretur premium et alle. Iteȝ ꝙ mo
nitio ſemper debet ꝓcedere cenſuras
eccleſiaſticas alle. xxiiij. q. iij. de illici-
ta. ⁊c.

Titulus de foro cõpe. in Cle.

Quamuis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De libelli oblatione

Iſta conſtitutio vel concilium cōce-
dit certo caſu epīs expulſis a ſuis ſe-
dibus q̄ſ ī locis aliarum dioce. ſerua
ta forma quam limitat poſſunt pro-
cedere contra expulſores conſiliato
res et fautores ⁊ inter ſubditos ius
dicere. Primo ſtatuit de proceſſu fa-
ciendo contra expulſores conſilia. et
fau. Secundo de iuriſdictione alias
inter ſubditos exercenda. Tertio de
licentia dioceſanorū petenda. Quar-
to de fide adhibenda verbis epōrū.
Quinto de ſuffragio vicinorum epi-
ſcoporum. Sexto proteſtatur ꝺ iure
poſſidentiū loci vbi tales epī iuriſdi
ctōnem exercent. Nota gl. circa prin
cipium que dicit ꝙ licet generaliter
allegare ſcilicet hoc habetur in cano
nibus. Item glo. ponit metrum Im
probus eſt aliquis verbis factiſq̄ꝫ ꝑ-
teruus. Item glo. docꝫ an epiſcopus
poſſit vindicare iniuriam ſuam. Iteꝫ
gloſa notat ſingularia de ꝯcilio et fa
uore. Item ꝙ tribus vicibus debet
fieri citatio.

## Titulus de libelli oblatōe

### Ignarus

Libelli ſunt in ciuilibus iudicijs por
rigendi. Uel ſic. Actor in reſcriptis li
bellum ꝓporrigere debet. h. d. Nota
glo. que dicit ꝙ libellus eſt ſcriptura
in qua continetur res que petitur et
cauſa petendi et nomen actoris et rei
Et querit an libellus ſit de ſubſtātia
iudicij. ꝛc.

### Significantibus

Appellari poteſt ſi obſcurus libellus
non fuerit declaratus. Glo. ponit ra
tionem. quia iudex ſententiam ferre
non debet ſuper incerto. Item quia
generalitas parit obſcuritateꝫ. Et di
cit glo. ꝙ petens rem ex vna cauſa ſi
ſuccumbit poteſt alia ex cauſa illam
rem petere non obſtante re iudicata
quod eſt menti tenendum. Item glo
ſa docet quando libellus poteſt mu-
tari vel addi vel minui ꝛc.

### Dilecti filii

In actione ꝑſonali cauſa ex qua agi
tur exprimenda eſt. Uel ſic. Agens ꝑ
ſonali actione debet in libello cauſaꝫ
obligationis expmere. Nota hic ad
cautelam ꝙ in actōne perſonali ſi q̄s
non exprimit cauſam ī libello poteſt
ſic excipi. non teneor reſpōdere quia
cauſa non exprimitur in libello. et ſic
iudex extunc ꝓnunciare debet quod
ſi non fecerit poteris appellare. Et vi
de hic doc. deſuꝑ ſcribentes

## Titulus de mutuis petitōib9.

### Ex literis

Reus coram delegato poteſt recōue
nire actorem qui ſimul audiat ⁊ diffi
niat cauſam vtramq̄ꝫ. hoc dicit. Sed
pone. actor conuenit reum ſuper ciui
li reus vult reconuenire actorem ſuꝑ
criminali queritur an poſſet. Uide h̄
doc. Nota gloſam que magiſtraliter
docet qualiter procedendū ſit in cau
ſa recōuentōis ⁊ cōuentōis. Itē dicit
ꝙ fruſtra petit debitū qui id q̄d de-
bet non impendit Itē eadē lege con
uenitur quis qua ius ſibi tribui po-
ſtulat. Sed glo. contra iſta arguit de
depoſito ⁊ dicit ꝙ ſit ibi ſpāle

### Prudentiam

Clauſula in reſcripto appoſita app.
re. ꝑ actore ꝓdeſt reo. et hoc eſt veꝝ
ſi ad inſtantiam actoris fuerit impe-
petrata. Nota glo. pue poīt ratōem
q̄ꝛ in iudicio non debet eſſe ꝑſonarū
acceptio. Item non debet actori lice
re quod liceat reo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Titulus de litis conteſtatōne

¶ Olim inter epm

Proceſſus ſine litis cōteſtatōe ē nullus. Vel ſic. Non ꝑ poſitōes et reſpōſiones ad illas. ſed ad petitōem in iudicio ꝓpoſitam et reſponſionē ad eā fit litis conteſ. qua omiſſa proceſſus redditur nullus. h. d. Nota glo. huiꝰ c. que dicit ꝙ litis conteſtatio eſt exordium litis ſiue principiuꝫ Et ergo vbi principium. id eſt. fundamentuꝫ litis deeſt nihil deſuper edificari poteſt. et alle. concor.

¶ Titulus de litis conteſt. li. vi.

¶ Exceptōis

Exceptio peremptoria litis conteſt. non īpedit niſi ſit de re iudicata trāſacta vel finita. Nota glo. que ponit differentiam inter exceptionem ⁊ defenſionem. Item dicit glo. ꝙ iuramētum delatum a parte parti habꝫ maiorem vim ꝗ̄ res iudicata. quia omnis contrauerſie eſt finis. Item dicit ꝙ omnis exceptio peremptoria perimit. ſed dilatoria differt.

¶ Si oblato

Per exceptōem peremptoriam non fit litis cōteſtatio. Nota glo. q̄ inter cetera dicit ꝙ per litis cōteſ. ordinaẗ iudiciuꝫ. ſed per exceptionē ꝑemptoriam deſtruitur. et ſic vna res duos contrarios effectus non poteſt parere. Et alle. c. maiores de bap.

¶ Titulus vt lite non conteſta. nō procedatur ad diffinitiuaꝫ ſniam vel teſtium receptōnem

¶ Ad hoc deus

Vbi agitur ꝺ crimine adulterij ad ſeparatōnem thori proceſſus lite non conteſ. habitus nullus eſt ipſo iure. Vel ſic. Si agitur de adulterio ad ſeparationem thori et ante litis conteſtationem reus eſt contumax excommunicari poteſt ſed teſtes recipi nō poſſunt nec cauſa diffiniri. h. d. Nota glo. que dicit ꝙ non habēti aduocatum dande ſunt inducie ad querēdū aduocatū. Itē nota caſus in qbꝰ viro denegaẗ vxoris reſtitutio. Nota etiam plura ſpecialia in matrimonijs. Et quando factū procuratoris noceat domino.

¶ Accedens

Vbi reſtitutio in integrum principaliter poſtulatur proceſſus contra cōtumacem habitus lite non cōteſtata nullus eſt ipſo iure. Et alij aliter ſūmant iſtam decre. et ſic dupliciter legitur. Vide doc. Nota glo. que allegat multas cauſas ſuſpitōis.

¶ Tue fraternitatis

Hic habes qualiter ſit añ litem cōteſtatam contra contumacē ꝑ iudicem ꝓcedendū. Vel ſic. Si lite nō cōteſ. reus eſt contumax ſi fieri poteſt mittiẗ actor ī poſſeſſionē cauſa cuſtodie. alias reus excōmunicaẗ. h. d. Nota gl. qualiter iudex ꝓcedere dꝫ ad miſſionē in poſſeſſionē ex p̄mo decreto Et dictū ē. ſ. ca. cōſultatōibus de offi. et po. iudi. dele. Et dicit glo. ꝙ non debet multum feſtinare. et debꝫ ſummatim negocium perſcrutari

¶ Accedēs ad ſe. ap.

In cauſa matrimoniali cōtra nō cōtumacē lite nō ꝯteſ. facta teſtium receptio nulla ē. Nota glo. ꝙ non om̄is amicicia repellit iudicē ſed maxima. Et ar. glo. an ne quilibet tenetur diligere proximū ſuum. Item dicit tex. qui in hoc ē notabilis ⁊ ſingularis ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nullus debet credere capitalib' ſuis inimicis. ⁊ ad hoc ſolꝫ iſtō. c. allegari

¶ Quoniam frequenter.

Iſta decre. principaliter diuiditur ĩ tres ꝑtes In prima ponit regulaꝫ ꝙ ſine litis conteſtatōne non ꝑt regulariter procedi ad receptiōem teſtium. Et ab ea excipit duos caſus ſcꝫ niſi timeretur de morte teſtium et diuturna abſentia In ſecūda parte in. § porro. ponit alios duos ſcilicet in electōne et in matrimonio carnali. In tertia ibi ſūt et alij. ponit alios duos caſus ſcilicet in inquiſitione et quando publicatō teſtium imminet facienda Et nota glo. q̄ ē notabilis et prolixa

## ¶ Titulus de iuramēto calūnie

¶ Inherentes

Clerici in cā eccleſie non cogūtur iurare de calumnia. ſed poſſunt hoc iuramentum alij delegare. Nota tex. q̄ dicit ꝙ grauiores cauſe debent ꝑ papam expediri Et ponit gl. quinqꝫ capitula que continentur ſub iuramento calumnie. Et ar. glo. qd̄ vni conceditur nulli eſt denegandum

¶ Tr̄as et infra

In ſpiritualibus cauſis non iuratur de calumnia. Nota glo. que determinat que cauſe dicūtur ſpūales ⁊ que dicuntur mixte ſcilicet cum agitur d̄ crimine ciuiliter.

¶ In pertractandis

In cauſis eccleſie non iuratur ꝑ quēcunqꝫ de calumnia. ſed per principales et q̄nqꝫ per procuratores cauſam ſcientes. Et dicit glo. ꝙ ſindicus collegij vel vniuerſitatis iurat in animā propriam.

¶ Imperatorum

In cauſis collegij non omnes d̄ collegio cogendi ſunt ad iurandū de calumnia Vel ſic In cauſis collegij nō coguntur clerici ĩ proprijs perſonis ſubire calumnie iuramentum.

¶ Ceterum q; nouis

Non obſtante terre contraria cōſuetudine in proprijs perſonis cogendi ſunt clerici iuramentū calumnie ſubire. et notat hic abb. ꝙ non valet conſuetudo ꝙ aduocati non iurent

¶ Cum cauſam

In cauſis eccleſiaſticis et vniuerſitatis per procuratorem poteſt preſtari calūnie iuramentum. Nota glo. que querit anne interrogatus in iudicio poteſt capere terminum deliberandi anteꝙ̄ reſpōdeat. quia tenetur reſpōdere per verbum credit vel non credit. et eſt ſatis notabilis gloſa. ⁊ ſolet allegari.

¶ Cum in cauſa

Si prelatus in cauſa eccleſie litiget preſtabit iuramentum de calumnia per ſeipſum Si vero per procuratorem preſtabit per illum. Nota textū qui ponit penam recuſantis hoc iurameneum

## ¶ Titulus de iuramento calumnie li. vi.

¶ Si de calumnia

Tria dicit primo ꝙ non eſt d̄ ſubſtĩtia iudicij ꝙ ſtatim poſt litis conteſ. iuratur de calumnia Secundo ꝙ nō annullatur proceſſus licꝫ tacite omittatur tale iuramentum. Tertio precipit ꝙ in ſpūalibus ſimul de veritate ⁊ calumnia iuretur

¶ In appellationis cauſa

In cauſa appellatõis iurari debet de calumnia et veritate dicenda. et hoc primo. Secundo dicit ꝙ procurator deputatus poſt iuramentum calumnie iurabit de calumnia Tertõ dicit ꝙ iudex quotienſcunqꝫ ſibi videt̃ exigit iuramentum malitie. etiam ſi ď calumnia iuratum ſit. quod eſt mẽti tenendum.

Nullam tibi iudex

Procurator habens ad hoc ſpeciale mandatum iurat ď calumnia. Nota glo. que dicit ꝙ olim ꝓcuratores indifferenter iurabant

Titulus de dilatõibus extra.

Dilecti filii

Appellari poteſt ſi ſine cauſa pm⁹ terminus nimis breuis et ꝑemptorius aſſignetur. Unde dicit glo. ꝙ ex cauſa bene poteſt fieri. Uide glo. que dicit ꝙ citatio debet continere tria edicta ꝛc. Item dicit glo. ꝙ iudex debet exprimere illã cauſam in citatõne.

Preterea adiecisti

Ubi ex tenore reſcṗti plene potuit reus inſtrui inducie ad deliberãdũ nõ ſũt vlteri⁹ ꝓcedẽde Et de ꝓceſſiõe dilationũ ob cãs diuerſas vi. g. q̃ bõ ẽ.

Litere tue

Si dicta libelli ſupflua declarant̃ inducie deliberatorie amplius nõ conceduntur. Nota glo. que dicit ꝙ emphiteota poteſt propria auctoritate expelli ſi per trienium ceſſauit ſoluere canonem ſuum Et ꝙ noua dilatõ ad deliberandum' non datur quãdo ſubſtãtia libelli non mutat̃ licet poſt etiam oblatõem corrigatur

Expoſuit nobis

Prima citatio reuocat̃ ſi ex alia cauſa ab eodẽ iudice quis citetur. ⁊ idõ nouas inducias obtinebit Nota gl. que dicit ꝙ exceptio que cõpetit reo competit fideiuſſori. Item dicit ꝙ ꝓteſtatio vtilis eſt ad cautelam. Item ꝙ officium ſuũ nemini debꝫ eſſe damnoſum. et non debet quis damnũ cõſequi ꝛc. et alle.

Titulus de feriis, et vacatõnibus extra.

Omnes dies

Quantũ ad diuĩ officiũ de veſpa in veſpam ⁊ ies inchoari debet et finiri Nota glo. que dicit ꝙ ꝓ pace omni die iurari poteſt cum ſit opus pietatis Item ꝙ pro obedientia ꝛc.

Quoniam

Tria poit iſta decretalis. Primo dicit ꝙ ſm qualitates diuerſarũ regionũ ⁊ ſm ꝙ feſta exigunt ſabbata prius incipiuntur et tardius finiuntur. Secũdo dicit ꝙ inter paſcha et penthecoſten nõ debet fieri generalis genuflexio. Tertio dicit ꝙ feſtum trinitatis diuerſimode celebratur et Romana eccleſia hoc feſtũ nõ celebrat

Licet tam veteris

In feſto aliquo ꝓpter ſubitã pluuiã pñt colligi meſſes. Et ſic nota ꝙ feſtiuis dieb⁹ intendere poſſumus rei ꝑiture. Nota glo. in fine que dicit ꝙ decime dande ſunt de piſcibus captis. quid tunc de feriis captis.

Capellanus

Hic habes in quibus tempoꝛib⁹ nuptiarum ſolẽnitates ab eccleſia ſuſpẽdant̃. Nota gl. que dicit ꝙ quolibet tempore poſſũt matrimonia ꝯtrahi.

Sed nuptiarum ſolennitates certis diebus prohibentur

Conqueſtus

Ferijs ob dei reuerentiaꝫ inductis renunciari non poteſt. ſecus ſi ob fauorem hominum ſunt inducte. Uide g. que docet quotuplices ſūt ferie ſolennes. et que dicūtur opa pietatis. Itē dicit ꝙ in operibus miſericordie dierum diſtrictio non eſt habenda

## Titulus de ordine cognitōnū.

Intelleximus

De exceptōe pemptoria pri⁹ cognoſcitur ſed ſup principali tm̄ pnuncia tur. Nota g. bene q̄ diſtinguit inter queſtiones emergentes et incidētes ⁊ dicit que ſit emergens ⁊ q̄ incidens. Et vt habeas breuiter incidens per imit emergens queſtio differt.

Cum dilectus filius

Exceptio ſpoliationis impedit petitoriam queſtionem. ſed in modū actionis propoſita ſpoliatio petitoriam precedentem nō impedit queſtionē. Nota glo. hic que querit inter cetera an exceptio ſpoliatōnis interrumpat preſcriptōem.

Tuam non credimus

Petēti hereditatē obſtat exceptō natiuitatis. et pmo dꝫ diſcuti q̄ſtio natiuitatis q̄ ſucceſſionis. Nota gl. que determinat qn̄ due ſunt q̄ſtiones prīcipales et ambe ciuiles qualiter ſit pcedendum. Item quando vna eſt ciuilis et alia criminalis.

Super ſpoliatione

Spoliator non p̄t ſpoliatum recōuenire niſi de alia ſpoliatōe Poteſt autem ſpoliationis exceptōe ſpoliatum repellere ab agendo. Nota glo. que dicit inter cetera. ꝙ recompēſatō nō p̄t opponi petenti reſtitutōem. Item ꝙ in momentanea poſſeſſione ceſſat reconuentio ⁊c.

## Titulus de plus petitionibus

Conſilium

Hic habes quot modis plus petit̄ ⁊ que ſit pena plus petētiū. modi autē plus petendi continentur his verſib⁹. Plus petitur cauſa plus tempore re quoqꝫ loco. Nota gl. que dicit in principio ſui ꝙ licitū eſt añ lit. cōteſ. penitere ſine pena alias non

## Titulus de cauſa poſſeſ. et proprietatis

Suſceptis

Cauſa ꝓprietatis et poſſeſſionis corā eodē iudice tractari dūt. ⁊ contra abſentem non contumacē nihil diffinire poſſumus Nota gl. que docet q̄re poſſeſſio dicitur momentanea. ⁊ allꝫ. ratōem caſus. qꝛ cauſe cōtinētia diuidi nō debꝫ. infra de ſequeſ. c. i. ⁊. l. nulli. C. de iudi.

Ad vltimum

Ubi petitorio ſimul ⁊ poſſeſſorio actum eſt. ſuſpenſo petitorio licitum eſt poſſeſſorium terminare. gl. alle. rationem qꝛ cum cā ſimpliciter ⁊ indiffinite committur vtraqꝫ cā tam petitoria q̄ poſſeſſoria videtur commiſſa. Uide glo. que alle.

Cum eccleſia ſutrina

Super iure incorporali poſſeſſorio ⁊ petitorio ſimꝉ agi poteſt Nota ex tex. Omnia illi venire que poſſunt includi in actione propoſita. Item nō ꝙ actore non probante ⁊c. Nota gl. huius capituli que eſt multum notabilis et dicit de ſeruitutibus et dicit

ꝙ ex quo quis vtitur iure alterius ex illo preſumitur in quaſi poſſeſſiõe il lius iuris et optime facit gl.ſup ver bo trium epozum

¶ Cum ſuper electione

Ubi electus agit de ſua electione po teſt petitorium ſimul et poſſeſſoriuz intentari. Nota in fi.c.ꝙ iudex debz tm̃ de re pronũciare de qua prius co gnouit. Et intellige cognouit ſcz pri cipaliter vt in glo. Nota glo.in prin cipio que dicit ꝙ confirmatio nihil iuris confert vbi electõ canonica nõ fuit.

¶ Paſtoralis officij

Qui iudicium proprietatis intenta uit poteſt ante cõcluſionem ad iudi cium poſſeſſionis recurrere.alias nõ niſi iudici hoc ex equitate videatur expedire ex perſpicuis indicijs que mouere poſſent animum iudicantis. Nota glo.que eſt notabilis et diſtin guit ꝙ triplex eſt iudicium poſſeſſo rium.

¶ Cum dilectus

Cum ſuper poſſeſſorio ꝛ petitorio ſi mul eſt actum vtrumqꝫ vna ſententia debet terminari. Uide doctores hic qui diuerſimode legũt iſtud capitlm

¶ Cum olim queſtio

Qui bis ſine aliqua reclamatiõe ele git per hoc quaſi poſſeſſionem eligẽ di adquirit. Uide textuz qui dicit ꝙ res inter alios acta ꝛc.

¶ In cauſa

Caſus eſt ſm Hoſti.qui notat h ꝙ ſolutio penſionis nec probat domi nium nec poſſeſſionem eius rei ratõ ne cuius ſoluitur. Uel ſic. Si rem petens ex vna cauſa ſuccumbat.non prohibetur ex alia petere.

¶ De cauſa poſſeſ.et proprie.in cle.

¶ Cauſa beneficiali

Cauſa beneficiali ad ſe.ap.legitime deuoluta poteſt tam appellans ꝙ ap pellatus ante concluſionem ſuſpẽde re petitorium et procedere ĩ poſſeſſo rio Nota glo.ſuper verbo deuoluta que dicit que ad hoc requiruntur ꝙ appellatõ dicatur legitime deuoluta Item dicit.qui ſentit comodũ debet etiam ſentire onus.

¶ Titulus de reſtitutõne ſpo.extra

¶ Licet iuſtum

De voluntate ſpoliati poteſt de pro prietate docere ſpoliator licz reſtitu tio petatur ab eo. Nota glo. in fine que dicit ꝙ male fidei poſſeſſor non petit fructus ſiue impenſas factas in re per ipm detenta et rapta violẽter et alle.

¶ Solicite cures

Petenti reſtitutionem non faciendo eſt renunciationis queſtio. Nota g. que dicit ꝙ ex hoc ꝙ quis ſpoliatus renunciat beneficio ſuo preſumitur ꝙ metu renunciauit. cõtra quaz pre ſumptõem non admittuntur teſtes ꝛ glo.arguit ꝓ et contra et alle.

¶ Accepta queſtione

Contra probationem petentis reſti tui opponitur exceptio abiurationis ſiue ſpontanee renunciatõnis.ſz non contra petitiones eius

¶ Audita querela

In interdicto de retinendo ſuccum bit actor ipſius abiuratiõe probata Uel ſic. Per ſecundas literas facien tes mentionem de primis non reuo cat proceſſus iuſtus per primas lite ras habitus ante preſentationẽ ſecũ darum literarum. et ſic non facit ad

titulum ſed ad caſum

¶ In literis et infra

In beneficalibus agenti poſſeſſorio
recuperande non obſtat exceptõ nõ
canonice inſtitutionis. Uel ſic ſm ali
um intellectum. Pendente poſſeſſo-
rio recuperande in beneficialibꝰ non
admittitur reconuentio ſuper ꝓprieta
te aut titulo. Uel aliter. petẽti reſtitu
tionem beneficij non poteſt queſtio
non canonice inſtitutionis referri

¶ Item cũ quis

Non obſtat exceptio criminis agen
ti vnde vi aut clam ꝛc.

¶ Conquerente

Spoliatus etiam a iudice ordine iu
ris pretermiſſo ante omnia reſtituat
Nota tex. qui dicit ꝙ non decꝫ epm
clericos ſue iuriſdictionis ſine mani-
feſta cauſa ⁊ rationabili ſuis benefi-
cijs ſpoliare. imo tenetur eis paterna
ꝓuiſione conſulere.

¶ Ex tranſmiſſa

Petens reſtitutõem vxoris hꝫ deſpõ
ſatõem probare et eam carnaliter co
gnouiſſe Nota glo. que dicit ꝙ duo
habet probare qui petit reſtitutõem
vxoris videlicet legitimam deſponſa
tionem et carnalem copulam Et eſt
ſimile in ſeruitutibus vbi quis debꝫ
probare duo ſcꝫ ſeruitutem conſtitu
tam fuiſſe et ſe vſum fuiſſe. ⁊ alle. glo.
concor. ꝛc. Item glo. dicit ꝙ habere
vxorem eſt poſſeſſio mirabilis. quia
poſſidens poſſidetur.

¶ Cum veniſſet

Si is q̃ per aliũ poſſidꝫ illo mortuo
poſſeſſionẽ ingreſſus expellitur reſti-
tutõem per interdictuꝫ petere poteſt
Uel ſic. Per receptõem annue penſio
nis adipiſcitur poſſeſſio rei date tali-
ter vt inde eiectꝰ reſtitui debeat Uid
glo. de penſione.

¶ Ex conqueſtione

Si altero coniugum matrimonium
accuſante alter petit reſtitui ante oĩa
reſtituetur. Uel ſic Qui a ſe coniugeꝫ
abijcit non poteſt ante reſtitutõnem
matrimonium accuſare Nota finem
tex. qui ſemper ponitur in cauſis ſpi-
ritualibus ꝛc.

¶ Grauis nos querela

Violentus poſſeſſor rem cum fructi-
bus etiam qui percipi potuiſſent re
ſtituere et damna reſarcire et de iniu
rijs ſatiſfacere ꝯpellitur. Uel ſic. Poſ-
ſeſſor violentus tenetur ad fructꝰ per
ceptos et ad eos qui percipi potue-
runt Nota glo. que dicit qui dicunt
fructus et determinat de violento ⁊
maleſidei poſſeſſore. et ſolet plerum-
qꝫ allegari.

¶ Olim cauſam que

Ei qui non poſſedit reſtitutio dene-
gatur. Uel ſic. Non competit reſtitu
tio ei qui ſub conditõe poſſedit ſi ea
nõ extante fuerit ſpoliatus. Nota g.
que dicit ꝙ nõ ſufficit probare ſe ſpo
liatum niſi quis probet ſe etiam tem-
pore ſpolij poſſediſſe

¶ Lrãs tuas

Si contra petentem reſtitutioneꝫ cõ
iugis opponitur conſanguinitas in
gradu prohibito et offeruntur pro-
batões parate recepto ab opponen
te iuramento de malicia denegatur
reſtitutio quo ad thorum et ſit quo
ad reliqua. Si vero probatões nõ
fiunt in promptu fiat plena reſtitutõ
niſi magna ſit viri ſeuitia. hoc dicit.

nõ eſt ex fide peccatum ẽ

¶ Ex parte M.

Petens reſtitutõem cõiugis habet ꝓ
bare legitimum coniugium factũ fo
re ex conſenſu. Nota glo. ſuper vbo
minoꝛ que enumerat certos caſus in
quibus minoꝛ dicitur eſſe maioꝛ.

¶ Cũ ad ſedem

Interdictum vnde vi non competit
cõtra illum qui nec ſpoliauit nec ſpo
liari mandauit nec ratũ habuit. No
ta glo. que docet quando et contra
quẽ ꝓpetat interdictũ vñ vi. Itẽ nõ
tex. in fine q̃ dicit ꝙ preſumendũ ẽ ꝓ
ſententia iudicis et videndus eſt mo
tus animi ſui ⁊c.

¶ Olim nobis

Uiolentus poſſeſſoꝛ qui nõ eſt ſoluẽ
do ad reſtitutõem fructuum nõ tene
tur. Uel ſic Spoliatus omnibus bo
nis etiam ciuiliter conueniri non po
teſt obſtante exceptione ſpoliatõnis
inopiam concludentis. Nota glo. q̃
dicit ꝙ qui nihil habȝ eius periculo
nihil eſt. et alle. l. Itaq; fullo. ff. ꝺ fur
tis. Et tex. qui dicit ꝙ inanis ẽ actio
queȝ excludit inopia debitoꝛis. l. naȝ
is. ff. de dol.

¶ Olim inter te

Per excommunicatõem diebus aliq̃
bus a nõ ſubditis obſeruatam in ob
ſeruantes nõ adquiritur iuris paro
chialis poſſeſſio. Nota glo. que que
rit anne poſſeſſionẽ perdat qui timo
re deuictus abſtinet.

¶ Sepe contingit

Spoliatus reſtitutõnem petit ab eo
qui ſcienter rem a ſpoliatoꝛe recepit.
Nota tex. qui dicit ꝙ non multũ in
terſit quo ad periculuȝ anime iniuſte
detinere ac inuadere alienum

¶ Piſanis

Si mandaẗ reſtitutõnem fieri et ſub
certo modo neceſſe eſt non ſolum in
facto ſed etiam ĩ modo parere. alias
non valet quod agitur. hoc dicit.

¶ Titulus de reſti. ſpo. li. vi.

¶ Frequens

In ciuilibus non admittitur ſpolia
tionis exceptio facta ab alio q̃ ab
actoꝛe. In criminalibuȝ admittitur
facta a tertio. dummodo ſit de tota
ſubſtantia. vel ꝺ maioꝛi parte ſpolia
tus. Et exceptio pꝛobari debet infra
xv. dies. alias fit condemnatio expẽ
ſarum. Excipiens de ſpoliatione fa
cta a tertio infra certuȝ tempus a iu
dice ſtatuendum debet reſtitutiõem
petere. alias exceptio nõ obſtat. Ulti
mo dicitur ꝙ agenti ſuper rebꝰ eccle
ſiaſticis non obſtat exceptio ſpolia
tõis pꝛiuatarũ rerũ. vel econtra. qđ
eſt tenendũ. Uide glo. de excuſatione
hoꝛũ verboꝝ dies ab hoc. Et nota
ꝙ dicit pꝛopterea voluntarios labo
res appetimus vt quieteȝ alijs pꝛepa
remus. Nota etiam ipm tex. q̃ dicit.
ꝙ nec nudi contendere nec inermes
inimicis opponere nos debemus

¶ Ad decimas

Eccleſia que petit reſtitutõem deci
marũ quas ſe dicit in parochia alte
rius poſſediſſe non auditur niſi pro
bet poſſeſſionẽ legitimã. Nota gl. q̃
dicit ꝙ laicus reſtitutõem decimarũ
petere non poteſt. vide eam

¶ Titulus de dolo et cõtu. extra

¶ Ad hec

Reus qui mittendum in poſſeſſionẽ
ad mandatum iudicis non admiſit

non mulctabitur ſm canonicaʒ equi
tatem ſi infra ānum cauerit ſtādo iu/
ri. Nota gl. que dicit ꝙ ſubtilitas iu
ris ſiue rigor ſm cano. non eſt ſeruā/
dus. et glo. alle. concor.

¶ Ex literis

Condemnatur reus ī expenſis quas
propter eius cōtumaciā vel exceptio
nem doloſam actor probauerit ſe fe/
ciſſe. Et ſic facit ad titulum. Uel ſic.
Per ſecundas literas nō facientes ex/
preſſam mentōem de primis ꝑme lrē
non reuocantur. Uel ſic. Propter cō
tumaciam rei res que petitur poteſt
ſequeſtrari Nota ꝙ dicit tex. malici
am et dolum nemini patrocinari de
berē. Nota g. que docet quibus mo
dis attenditur contumacia

¶ Cauſam que

Ob contumaciam actoris teſtes lite
non conteſ. recipi poſſunt. ac etiā nō
ſolum procedi ad miſſionem ī poſſeſ/
ſionem. ſed etiam ad receptionem te/
ſtium et ad diffinitiuam ſententiam.
Nec ob. c. quoniam frequenter. ś. vt
lit. non conteſ. cum cōcor. ſuis. qꝛ ibi
in reo abſente et cōtumace hic ī acto
re in quo maior ē contumacia vt no
tat glo. Nota gl. que dicit de citatōe
ad domum.

¶ Prout nobis

Si reus poſt litem conteſ. eſt contu/
max et liquet d cauſa fertur cōtra ip/
ſum diffinitiua ſententia. ſi nō liquet
actor in poſſeſſionem inducitur. hoc
dicit. Nota glo. q̄ dicit ꝙ contumax
eſt quicunqꝫ debet parere et non pa
ret Et quando inducie dāde ſunt ꝑ/
textu aduocati gl. alle. Et nota etiaʒ
eam bene in hoc ꝙ diſtinguit quali
ter procedatur contra abſentem con
uentum actione reali.

¶ Finem litibus

Reus qui fundata intentione acto/
ris exceptōnem peremptoriā obijcit
et accipit inducias et deficit in ꝓban
do punitur ī expenſis. quia doloſus
preſumitur. hoc dicit. Nota glo. ſuꝑ
verbo fundauerit que docet quibus
modis fundatur intentio agētis Itē
dicit glo. ꝙ neceſſarie expēſe ſunt ſol/
uende.

¶ Cū dilecti filii

Contumax damnatur in expenſis fa
ctis a tempore citationis emiſſe. hoc
dicit. Nota gl. que inter cetera dicit
ꝙ licet aliquis ſit iuſto impedimēto
detentus vt venire nō poſſit ꝙ tenea
tur mittere accuſatorem. Item dicit
ꝙ egritudo prorogat diem

¶ Cū olim. d.

Proceſſus factus contra formā man
dati eſt nullus Nota gl. que dicit ꝙ
eulogia id eſt lrē ſepe mala fide fiūt.
Item ꝙ nemini cito ē manus impo/
nenda. et alle. g. concor.

¶ Ueritatis eſt

Si agatur de crimine per modū de/
nunciatōnis contra reum cōtumacē
recipi poſſunt teſtes et ſententia diffi
nitiua ferri. Nota gl. circa principiū
ſui ꝙ propter ſolam contumaciā po
teſt quis ſuſpendi ab officio et bene/
ficio. et docet qualiter et quādo ſit ꝓ
cedendum contra abſentem Item ce
lebrans in excommunicatōne poteſt
deponi glo. in fi. allē.

¶ Cōtingit interdū

Actor iuxta decretum iudicis nō ad
miſſus ad poſſeſſionem vel expulſus
poſt annum verus efficitur poſſeſſor
Uide gloſam que enūmerat plura re
media in iure prodita contra illum



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄ non admittit aduerſariuꝫ poſt de-
cretum in poſſeſſionē et ꝙ trāſcurſus
anni conſtituit aliquē hereticū ⁊ fa-
cit perdere ſtipendium

¶ Venerabilis

Si reus nō invenitur ſufficit publi-
ce citatōem ad eccleſiam ſuam ꝑponi
Nota glo. q̄ docet qualiter debet ci-
tari q̄ perſonaliter nō inuenit̄. Item
dicit glo. ꝙ vocati eſt non contemne
re auctoritatem pretoris et alle.

¶ Titulus de dolo et contu.
li.vi.

¶ Actor qui

Actor cōtumax cōdemnat̄ in expen
ſis.nec citatur vlteri⁹ reus ad ſui pe-
titōem niſi caueat de veniendo.h.d.
Nota gl. que dicit ꝙ in quolibꝫ ter
mino ſiue pemptorio ſiue non.ſi ac-
tor non venit tenetur ſoluere expen
ſas reo venienti

¶ Eum qui

Iudex appellantem et recedentē cita
re vlterius non tenet̄.ſi vult in cauſa
procedere niſi forte appellatōi renū
ciet Nota glo.q̄ querit an cōtumax
in vno t̄mino debeat vocari ad aliū
Item querit an duo delegati ſine ter
tio pn̄t procedere ad executiōem ſen
tentie a duobus late.

¶ Titulus de dolo et contu.
in cle.

¶ Si ante

Appellans ante ſentētiam diffinitiuā
a iudice ⁊ recedens.etiaꝫ ſi eo citato
contra eum feratur diffinitiua ſenten
tia poteſt a dicta ſententia appellare
infra tempus debitū niſi eius prima
appellatio eſſꝫ friuola manifeſte. No
glo.q̄ declarat q̄ ſit manifeſta contu-
macia et que dicatur vera contuma
cia et ſolet ad hoc alle.

¶ Titulus de eo qui mit.
in poſ.ca.rei ſer.

¶ Conſtitutis

Actor miſſus i poſſeſſionē poſt ānū
efficitur verus poſſeſſor licet cautōꝫ
reus preſtare voluit. Nota glo.q̄ di-
cit ꝙ ſola voluntas non ſufficit ſine
effectu.et arguit glo.pro et contra ⁊
remittit. Item glo.dicit de cautione
preſtanda ꝙ illa preſtanda eſt q̄ pre-
ſtari poteſt.

¶ Cum ſicut

Si non ſtetit per reum quomin⁹ ca-
uerit infra annum actor per lapſum
anni non efficitur ver⁹ poſſeſſor. No
ta glo.que dicit ꝙ ſi per me nō ſtetit
quominus faciaꝫ qd̄ debeo mihi nō
eſt imputandum. et glo.alle.concor.
vide eam.

¶ Cum veniſſent

Si reus contra quē eſt facta miſſio
docet ſe contumacē non fuiſſe nō cō
demnatur in expenſis Nota glo.i ſi.
que dicit ꝙ neceſſarie ſunt expenſe q̄
impenſe ſi non fuiſſent res fuiſſet fa-
cta deterior aut etiam periſſet.

¶ Si aduerſarius

Si reus citatus ſe abſentat nec ꝓcu-
rator nec alius eū defendat mittitur
actor in poſſeſſionem rei petite cauſa
cuſtodie Nota gl.que dicit ꝙ quili-
bet tenetur dimittere procuratorem
qualitercunqꝫ ſit abſens.alias requi
ſitis amicis et facta denunciatiōe ad
domum ſi non defendatur procedit̄
contra eum

¶ Titulus de eo qui mit.in
poſ.cauſa rei ſer.li.vi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Eum qui
Ubi agit̃ d̃ beneficio eccleſiaſtico ob
cõtumaciã rei nõ fit miſſio in poſſeſ-
ſionẽ ſed ad ſñiam ſi liquet de cã. etiã
lite nõ ꝯteſ. procedit̃. Nota gl. in pͥn-
cipio ſui q̃ hic nõt duos caſus ſpãles
Regulariter eñ qñ agit̃ actõne reali
ꝓpter cõtumaciã rei fit miſſio in poſ
ſeſſionẽ cauſa rei ſeruãde. Secũdo re
gulariter nõ ꝓcedit̃ ad teſtium rece-
ptionẽ vel diffinitiuã ſñiam lite non
conteſ. Iſta duo regularia fallũt hic

¶ Titulus vt lite penden.
nihil innouetur

¶ A memoria
Ante cauſe cognitõem nemo ẽ a ſua
poſſeſſiõe ꝓuand⁹. Nota g. q̃ dicit ꝙ
ſapiẽtis eſt reuocare qd̃ praue fecit ⁊
ꝙ errorẽ ſuũ quilibet emendare tene
tur. et ſi papa reuocat qd̃ iniuſte fe-
cit multo forti⁹ et alij hoc facere dñt

¶ Laudabilem
Lite pen. ſuper coniugio nõ interdi-
citur coniugibus carnale cõmertiuꝫ
hoc dicit. Nota hic doc. ꝙ ille q̃ con
ſcius eſt impedimenti de quo agitur
non debet debitum exigere.

¶ Eccleſia ſancte marie
Summat̃ vtrũqꝫ capitulũ ſcꝫ hoc et
ſequens ſic ſimul. Qui rẽ litigioſam
alienauit ita ꝙ nõ p̃t rehabere tenet̃
equiualenteꝫ in locũ illi⁹ ſubſtituere
quã nõ poterat alienare Nõ g. q̃ di-
cit que ſit pẽa litigioſi ſeu vicioſi cõ-
tractus.

¶ Dilectus filius
Non obſtat priuilegium impetratũ
lite pen. de lite mentione non facta.
Nota glo. que dicit ꝙ lite pendente
priuilegium ſiue indulgẽtia ſuꝑ re li-
tigioſa veritate tacita impetrata nõ
tenent nec valent.

¶ Titulus vt li. pen. li. vi.

¶ Diſpendiũs
Si ex duobus electis litigantib⁹ alt̃
decedat renunciet vel a ꝓſequutõne
cauſe excludat̃ ſi lite pendente cũ reli
quo fuerit alia electio facta nõ tenet.

¶ Si hi contra
Si aliquis contra queꝫ de bñficio li
tigatur cedit vel decedit ſi alius lite
pendente cũ ſupſtite fuerit elect⁹ non
valet electõ. Si vero aliq̃ quoꝝ int̃-
ſit ad defenſionẽ litis velint admitti
in eo ſtatu ĩ quo erat cauſa admittã
tur Nota gl. q̃ ponit differẽtiã inter
collatõem ꝓñtatõem ⁊ electõem ⁊ re-
mittit. Et etiam nota eam in hoc ꝙ
dicit qñ res dicatur litigioſa

¶ Titulus vt lite pen. in cle.

¶ Si duobus
Iſta cle. determinat caſuꝫ dubiũ cir-
ca decretalem ſecundã de prebendis
li. vi. q̃ reſeruat collatõĩ papali bene-
ficia in curia vacantia an locum ha
beat cum duobus litigãtib⁹ in curia
ſuper beneficio ſibi collato alter mo
ritur vel vterqꝫ. et diſtinguit pͥncipa
liter duo membra. qꝛ aut vterqꝫ mo
ritur in curia vel alter.

¶ Cũ lite pen.
Lite pendente nihil eſt innouanduꝫ
Et quo ad hoc litẽ dicim⁹ pendere
poſtq̃ a iudice cõpetenti citatõ ema-
nauit et ad ꝑtem ꝑuenit.

¶ Titulus de ſequeſtratione

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſſeſſionum extra
¶ Ad hoc vnxit
Propter contumaciam rei res ab eo
dem petita non ſequeſtratur Uel ſic.
Non eſt in realibus contra cõtuma-
cem a principio ſequeſtratio faciẽda
Nota glo. que dicit ꝙ ĩ re ſequeſtra-
ta nullus eorum litigantium manet
poſſeſſor niſi dictum eſſet cuſtodie ſo
lum cauſa deponi vt in glo. Item di
cit de expenſis reſtituendis et de cau
tione preſtanda ꝛc
¶ Dilectus filius
Si miſſus in poſſeſſionẽ cã rei ſuan
de fruct⁹ diſſipat fruct⁹ diſſipati rein
tegrãtur et alij ſequeſtrãtur Nõ glo.
que ẽ multũ notabilis et ponit caſus
in quibus poſſet fieri ſequeſtratio
¶ Ab eo qui a ſententia
Si fruct⁹ poſſeſſionis ab eo qui ap-
pellauit a ſentẽtia diffinitiua diſſipẽ-
tur ab ipſo poſſunt lite pendente ra
tionabiliter ſequeſtrari. Uide glo. q̄
ponit ratõem et ẽ notabilis licet bre
uis ꝛc.
¶ Titulus de ſequeſtratõe poſſeſ
ſionum in cle.
¶ Ad compeſcendas
Si ſuper beneficõ ꝯtra ipſius poſſeſ
ſorem qui triennio non poſſedit ĩ pe
titorio vel poſſeſſorio vna diffinitia
fertur ĩ curia etiã ſi nulla dicatur ſen
tentia ipſius beneficij ſequeſtratio ꝑ
loci ordinarium fieri debet Et impe
diens vel ſequeſtratos fructus occu
pans excommunicatus eſt. et ſi talis
eſt vnus de litigantibus cadit a iure
ſuo et reſpicit non ſolum futura ſed
etiam pendentia per appellationem.
et eſt equiſſimum quod hec decreta-
lis determinat
¶ Titulus de confeſſis
¶ Cum monaſteriũ
Ei qui proprium crimen confitetur
non creditur contra eos quos dicit
fuiſſe crimis ſuggeſtores Uel ſic Ei⁹
ꝯfeſſio q̄ de crimine ꝓprio cõfitet̃ nõ
eſt contra ſocios admittenda
¶ Cum ſuper electõe
Punitur teſtis confeſſus de crimine
in cauſa communi qđ crimen cauſa
principalem cõtingit. Nota glo. que
arguit an quis debꝫ puniri ſine accu
ſatore et qualiter indirecte q̄s punit̃.
¶ Ex parte abbatis
Cõfeſſio ꝑ errorẽ facta nõ nocꝫ ſi añ
negociũ finitũ errore ꝓbato reuocet̃
h. d. Nota tex. q̄ dicit ꝙ negocio nõ-
dũ finito nemĩ nocet error facti Nõ
glo. q̄ enumerat que ad hoc reqrũt̃
vt confeſſio preiudicet

¶ Titulus de confeſſis li. vi
¶ Statuimus vt
Poſitões negatiuas que ꝓbari non
pñt niſi per confeſſionem aduerſarij
iudex ſuadente equitate et ſi viderit
expedire admittere poteſt Uide glo.
que docet practicam ponẽdi ⁊ reſpõ
dendi ad poſitiones ⁊ dicit de aduo
catis ꝛc.
¶ Si poſt preſtitum
Si reus iuſſus poſitionibus reſpon
dere recuſat. vel ſi contumaciter rece
dit habebuntur pro confeſſatis. Se
cus ſi priuſq̄ ſit iuſſus cõtumax fue
rit. ſed tunc ꝓceditur contra eũ tanq̄
contra contumacem. Nota gloſam
multum notabilem de poſitõibus et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De probatōibus in antiquis

reſponſiōibus quomodo et qualiter
debent fieri.et quando quis non cō
pellitur reſpondere poſitionibꝰ ⁊ po
nit certos caſus

¶ Titulus de probatōibꝰ extra.

¶ Ex epiſtole verbis

Reus actori ſua propria inſtrumen-
ta edere non tenetur. Nota tex.et g.
que faciunt ad hoc qñ quis tenetur
edere literas ſiue inſtrumẽta apd ipm
exiſtẽtia ſcʒ qñ ſunt cōmunia et quā-
do vnus vtit̃ in iudicio ꝓ ſe.dʒ etiaʒ
vti cōtra ſe.glo.alle.

¶ Sicut conſuetudo

Non valet conſuetudo vltra plenaʒ
ꝓbatōem exigens iuramentum. Nō
glo.que tangit que et qualis conſue-
tudo derogat iuri ſcripto. Iteʒ dicit
ꝙ hic iuramentum eſt ſuperfluum

¶ Ex literis tuis

In communi iudicio pariter probа
re debent actor et reus.⁊ ſi pariter ꝓ
bent reus abſoluitur. niſi actor fauo
rabiliorem habeat cauſaʒ. hoc dicit.
rōem reddit tex. qꝛ ꝓmptiora ſũt iu-
ra ad abſoluendũ q̃ ad condemnan
dũ. Nota glo.que dicit ꝙ in cauſa fi
nium regundorum quilibet eſt actor
et reus.et quid ſit faciendum quādo
teſtes ſunt pares.

¶ Propoſuiſti

In ꝓbatione virginitatis ꝓbatō ſe-
ptem mulierum viri aſſertioni ꝓfert̃.
ſecus ſi cognita fuiſſet ſed maleficiuʒ
aut frigiditas aut aliud impedimen
tũ ſupueniſſet Nota g.q̃ dicit ꝙ ocu
lus obſtetricum ſepe fallitur.et deter
minat etiam quando viro et quādo
mulieri iuramentũ eſt deferẽdum.

¶ Tertio loco

Indirecta probatō teſtium valet ꝓ
poſſeſſore contra publicuʒ inſtrumẽ
tum. Nota optimam glo.⁊ magiſtra
lem que inter cetera dicit ꝙ teſtis de
bet iurare et ꝙ ꝑs poteſt teſti remit-
tere hoc iuramentum. Item ꝙ teſtes
conſueuerunt fidẽ ſuaʒ variare ꝓpter
diuturnitateʒ temporis Itẽ ꝙ qñqʒ
res melius ꝓbat̃ ꝑ teſtes et qñqʒ me
lius per inſtrumẽta ſm ꝙ glo.ponit
rationes.

¶ Jurauit quidam

Ex quo conſtat ꝑ teſtes d̃ impedimẽ
to matrimonij cōtrahendi non eſt ꝓ
batio in cōtrariũ admittẽda Nota
glo.que tangit an in cauſa matrimo-
niali publicatis atteſtationibus alij
teſtes ſuper eiſdem articulis poſſunt
admitti.et arguit pro et contra.

¶ Poſt ceſſionem

Per lrãs ordinarij ꝓbatur quis ex-
communicatus Nota glo.huius ca
pituli que docet quando lrĩs et ſigil
lis et quorũ credendum ſit Item di
cit ꝙ viua vox potior eſt q̃ mortua.
Item in fine dicit ꝙ tẽpus inſpicien
dũ eſt in excommunicatōe et in alijs.

¶ In preſentia S.

Dubia probatio non leuat proban-
tem, Uel ſic Subſtitutio facta alicui
ſi deceſſerit ſine liberis expirat ꝑ in-
greſſum religionis.et ad hoc etiaʒ ſo
let allegari iſta decretalis Nota gl.
que dicit ꝙ nomine heredis ſoli filij
intelliguntur. Itẽ ꝙ rogatus alij re
ſtituere hereditatem non poteſt eam
alienare Item nota glo.que dicit ꝙ
verbum dubium eſt contra reum in-
terpretandum ⁊ qd̃ dictum teſtis du
bium contra producentem ẽ interp̃-
tandum.et ꝙ teſtis confuſe deponẽs
iterum ẽ officio iudicis examinādus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Licet cauſam
In interdicto vti poſſidetis qui iu-
ſtiorem probat titulum obtinere dꝫ.
Nota gl. que enumerat certos caſus
in quibus iudicis officiuꝫ poteſt ha
bere locuꝫ. Item ꝙ queſtio falſitatis
p̄t opponi poſt ſententiam Et quo-
modo hoc debeat intelligi Uide gl.
Item notat glo. ꝙ ſententia lata per
falſos teſtes et inſtrumenta bñ tenet
ſed eſt retractanda Item notat gl. ꝙ
tres poſſunt fieri teſtium reprobatō
nes et non vltra. Item ꝙ examinans
teſtes debet iudici ſignificare quāta
fides teſtibus ſit adhibenda Item g.
notat ꝙ ſi aliquis aſtrigat ſe ad duo
probanda quorum alterū per ſe ſuf-
ficeret ꝙ tunc non ſufficeret probare
vnum. Et propter hoc verbuꝫ aſtrin
xit quod eſt in textu fruatur illa cau-
tela quam habent aduocati. ⁊ ponūt
in libellis ſuis quando dicūt in fi. nō
aſtringens ſe ad omnia ⁊c. Iteꝫ notat
glo. quando quis tenetur oſtendere
titulum ſuum Item notat ꝙ in occu
patis et in inuaſis non currit preſcri
ptio ⁊ alle. Item notat g. de multipli
ci vi et remittit. Item dicit q̄d vis di
catur turbatiua. Item dicit ꝙ nō dꝫ
vtriqꝫ parti dare gladium. et claram
et non dubiam debet ferre ſententiā
et per ius debet declarare. Item no-
tat glo. in fine an ſententia ſit referen
da in procuratorem vel in dominuꝫ
⁊ alle. ⁊ remittit.

¶ Per tuas nobis
Si qui nominent aliquem filium et
ita communiter reputatur nō credit̄
poſtea alteri eorum cōtrariū iuranti
hoc dicit. Nota tex. qui dicit ꝙ q̄ſqꝫ
voce dilucide proteſtatus eſt. Et. c̄.
ſumptum eſt ex. l. generaliter. C. d nō
nu. pec. Et ex hoc notat glo. ꝙ dicto
primo teſtis ſtandum eſt et non ſecū
do eius contrario. et alle.

¶ Quoniam cōtra
Iudex debet habere notariuꝫ publi
cum penes ſe vel duos viros q̄ acta
iudicij conſcribant. alias ſi quid diſ-
ficultatis emerſerit per ſuperiorē pu
nietur. nec ei creditur ſuper proceſſu.
niſi in quantum conſtabit ꝑ acta vel
alia legitima documenta. hoc dicit.
Nota glo. que eſt notabilis

¶ Ad nrām
Si probari poteſt reū deliquiſſe eiꝰ
purgatio ꝙ non deliquerit recipien
da non eſt. Nota glo. que dicit qua-
les debent eſſe compurgatores. et ꝙ
alleganti incūbit ꝓbatio et alle.

¶ Cum cauſam
Fines dioceſium per libros ātiquos
adminicula teſtes et famam proban
tur. Nota glo. que dicit ꝙ fides an-
tiquorum librorū facit multū ꝓ veri
tate. et ſic nota hic pro antiq̄ ſcriptu
ra librorum antiquoruꝫ quia ꝓ illis
preſumitur et alle.

¶ Cauſam matrimonii
Poſſunt reprobari matrone ꝑ quas
virginitas puelle ꝓbat̄.

¶ Cum bone
Acta corā p̄mis iudicibꝰ habita fidē
faciūt coram ſecundis. Nota gl. que
dicit ꝙ acta iudicialia debent mane
re apud iudicem vel apud ſcriptoreꝫ
Item ꝙ iudex debet p̄mo dare ope-
ram ad ꝯponendū ptes. ⁊ alle. cōcor.

¶ Titulus de proba. in Cle.

¶ Literis
Uerba literarum apoſtolicaruꝫ qui-
bus papa proprium factum narrat

plene ꝓbāt ſi ſup illis grā vel intētio
pape fūdatᷓ. Uiđ g. hui⁹ capituli q̄ vi
detᷓ declarare qñ lrīs pape fides ē ad
hibēda ⁊ qñ nō Itē declarat ⁊ remit
tit an fides lrāꝝ ꝓuataꝝ ſit habēda.
et eſt notabilis in fine vbi diſtinguit
de facto pape ꝓprio et alieno.

¶ Titulus de teſtibus extra

¶ Placuit ſancto

Teſtes non debent precio conduci et
fideles et idonei ad teſtimonium de-
bent aſſumi. Item teſtis ieiun⁹ debet
deponere. Item nota glo. ꝙ teſtis ex
eo reputatur idoneus ex quo per ex-
ceptionem aliquā non repellitur.

¶ In nomine domini

Nulla ē teſtiū receptio cōtra nō cita
tū facta. Nō tex. q̄ dicit ꝙ aduerſari⁹
ſꝑ admonēd⁹ ē vt veniat et videat te
ſtes. Itē dicit tex. id qđ ꝯtra legē ac-
tū ē nō hꝫ firmitatē Nō g. q̄ poīt me
tra in qbꝫ pꝫ q̄ reqrunt in teſtib⁹ Cō
ditio ſex⁹ etas diſcretio fama. Et for
tuna fides in teſtibus iſta requires.

¶ Quoniam aliqua

Mulier teſtificatur contra clericū cū
đ crimine ciuiliter agitur. h. d. Nota
gl. que arguit ꝙ ſocij criminis qñqꝫ i
teſtimonium admittuntur. et quādo
hoc ſit faciendum et quādo fieri po
teſt glo. docet et remittit. Uide eam.

¶ In omni negocio

Qui denunciat ꝓ dictū ſuū et alteri⁹
probat ſe ꝑmo monuiſſe Uel ſic. vbi
agitᷓ ad correctōem đ pctō impedien
do ꝑncipalᷓ ꝑſona admittitᷓ ad teſtez.
Nota g. q̄ querit vtrum crimino ſi et
infames admittūtur ad denūciandū
Itē querit an illa auctoritas Si pec
cauerit in te ⁊c. extendatur ad quemli
bet. et glo. variat.

¶ Quotiens

Hec decretalᷓ docꝫ q̄les dnt eē teſtes
⁊ q̄liter iurare dnt q̄ ſup ꝯſanguinita
te deponūt. Uide glo. q̄ dicit ꝙ teſtis
nō dꝫ hrē odiū neqꝫ ſpālem amicitiā.
Itē dicit de auditu alieno. qꝛ eſt res
antiq̄ de ꝑncipio ꝯſanguinitatis de-
ponere.

¶ Inſuper

Prelat⁹ et clerici q̄ cām eccl'e non ꝓ-
curāt pñt teſtificari i cā eccl'e ſue Itē
dicit g. ꝙ nēo dꝫ hrē duplex officiūꝫ
ꝙ ſi ſūt ſindici vel ſolicitatores acto
res vel rei non ſunt idonei

¶ Ex parte ade

Scđm abbatē exceptō cōtra teſtes ē
p⁹ publicatōem dictoꝝ teſtiū ꝓponen
da Iſte ſummarius eſt falſus ſm Io.
an. et ergo alij ſic eam ſummant. pro-
batio exceptionis propoſite contra
teſtes differri poteſt vſqꝫ p⁹ publica-
tionem atteſtationū. Alij ſic ſummāt
exceptione propoſita contra teſtes ⁊
non admiſſa ſi ex hoc appellatᷓ in cau
ſa appellationis de hoc cognoſci nō de-
bet. Uel ſic. appellatio quo ad finem
exceptionis proſequende non iuſtifi
catur ſolo exceptiōis obiectu vel ob
latione probationis quo ad finē de
noluendi.

¶ Si qui teſtium

Iudex mittere dꝫ ad teſtes q̄ ad eum
comode venire nō pñt. Itez nota g.
que dicit ꝙ iudex etiam ad egregias
perſonas debet mittere ⁊ alle. Itē g.
ar. quare iudex debet mittere ad pau
peres cum pauperes poſſūt bene ire
Uide glo. que clare rñdet

¶ Sicut nobis

Corrupti et periuri ad teſtimonium
non debent admitti. Nota glo. que

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicit q̄ cū aliquis ponitur ꝺ aliquo facto imputantur ſibi om̄ia que ſecuta ſunt ex illo facto. Itē dicit q̄ vno ꝓhibito ꝛc. Item dicit qui occaſiōez damni dat dānū feciſſe videt̄. ⁊ quomodo hoc intelligit̄ vide glo.

Veniens ad nos

Socius criminis et mueris non teſtificat̄ etiam i crimine ſimonie. Nota glo. que dicit q̄ remittere eſt dare ⁊ vide eā q̄ dicit quando dicto vnius credendum eſt ꝛc. et dicit q̄ facit p̄ſumptōem

Cauſam que

Atteſtationes in vno iudicō recepte in eadem cā et inter eoſdem fidem faciūnt etiam coram alio iudice. h. d. Vel ſic. atteſtatōes coram primis iudicibus habite faciunt fidem coram ſecundis. Item nota q̄ atteſtationes coram arbitris recepte valent coraz alijs iudicibus.

Cum nuncius

Clerici poſſunt teſtificari in cauſa eccleſie ſue. Nota glo. que arguit ⁊ querit an clericus poſſet eſſe teſtis cōtra eccleſiam. et filius contra patrem. et coniunctus contra coniunctum

Super eo

Crimen non probatū quod tamē ꝓbari poſſet repellit teſtem etiā alias de illo crimine non condeꝛmatū. Vide glo. que dicit q̄ ſi accuſatione inſtituta contra teſtes conuicti vel confeſſi fuerint ſi adhuc in crimine perſeuerant repelluntur. ⁊ alle. glo. cōcor.

De cetero.

Laicus in criminali non teſtificatur contra clericum. accuſat tamen ſi ſuā vel ſuorum iniuriam proſequat̄. Vide glo. que alle. et remittit quādo laicus admittitur contra clericum

In cauſis

Poſſunt i cauſis fieri tres productōnes. quarta autem non. abſq̄ ſolennitate legali et ſuper dictis teſtiuz poſt publicatōem poteſt publice diſputari. Vide glo. que ponit rōem

Cum tu fili

Si fieri poteſt concordandi ſunt teſtes. id eſt. dictum eorum que videntur eſſe contraria. Nota glo. q̄ dicit q̄ teſtes ſi comode fieri poteſt cōcordandi ſunt ſicut euangeliſte etiā ſunt concordandi. Itē dicit glo. q̄ dubia ꝓbatio nō ꝓdeſt ei qui ꝓbauit. ſic ſupra de ꝓba. c. in p̄ntia g.

Fraternitatis

Scōm Io. an. In cā appellatōnis ſuper nouis capitulis tm̄. teſtes noui ⁊ veteres producantur Nota glo. que dicit ſuper verbo iuramentis q̄ ptes poſſunt teſtibus remittere iuramentum. Item dicit eadez qualiter teſtes debent iurare ⁊ in qua forma

Intimauit

Qui iurauit non dicere teſtimoniuz ſi atteſtationes publicate non ſunt teſtimonium dicere cōpellitur. Nota gloſaz que dicit q̄ eo ipſo q̄ quis nititur ſubtrahere probationes parti aduerſe preſumitur malam cauſaz fouere. et experiri debet in ſe iudicis auctoritatem

Cauſam que

Publicatio vel renunciatio productionis teſtium facta ſuper vno capitulo vel articulo non preiudicat volenti teſtes producere ſup alio. Nota q̄ lite pendente priuilegium ſeu indulgētia impetrata ſup re litigioſa

# De teſtibus in antiquis

ꝑiudiciū alterius partis non valet.
¶ Perſonas eccleſiarum
A teſtimonio repellūtur ſimili mor
bo laborantes. Nota glo. que dicit
ꝙ ille non poteſt alium corripere q̄ i
ſimile viciū corruit. nec etiam poteſt
alium accuſare necꝫ denunciare.
¶ Iudei ſiue
Chriſtianus cōtra iudeū in teſtē ad
mittit̄ Nota tex. qui dicit ꝙ oportet
iudeos chriſtianis eē ſubiectos. et de
bent iudei a chriſtianis pro humani
tate foueri
¶ Super eo
Teſtimoniū mr̄is ē ſuſpectū vbi filia
petit in virū aliquē ſibi maiorē. hoc
p̄mo. Scd̄o ꝙ ad mr̄is dictū impedi
tur cōtrahendū. ſꝫ nō impedit̄ iā con
tractū. Nota g. q̄ dicit ꝙ cā filij eſt cā
p̄ris Itē dicit g. ꝙ pater et filius cen
ſentur eadem perſona
¶ Licet vniuerſis
Iudeus nil poteſt probare minusq̄
ꝑ duos teſtes fideles et hoīſtos. No
ta in tex. In ore duorū vel triū viro
rū ſtat omne verbū Nota ꝙ iudeus
de iure nō admittit̄ cōtra xp̄ianū ad
teſtimoniū Nota gl. q̄ enumerat cer
tos caſus in quib⁹ requirūtur plures
q̄ duo aut tres teſtes ſcꝫ in teſtamen
to vbi requirūtur ſeptē teſtes. Item
notat gl. q̄ dicit ꝙ affirmatiua quīqꝫ
exponit̄ ꝑ negatiuā et e contrario ne
gatiua per affirmatiuam
¶ In literis
Nō ſūt idonei teſtes quos actor de
familia ſua ꝓduxit. Nota g. q̄ enume
rat oēs illos q̄ dicunt̄ fāiliares. Itē
g. dicit ꝙ teſtes admittēdi nō ſūt qui
bus ꝓducens poteſt imperare
¶ Cum veniſſet
Donec atteſtatōes nō fuerint publi
cate vel eis renunciatuꝫ produci pñt
teſtes. poſtea vero non ſuper eodem
articl'o ſed ſuper alio. hoc dicit quo
ad titulum ſm Ioh. an. Nota glo.
que diſputat an valeat proceſſus de
legati mortuo delegante
¶ Series tui
Publicatis atteſtationib⁹ poteſt fal
ſitas priorum teſtium comprobari.
Vel ſic. in cauſa matrimoniali publi
catis atteſtationibus ſuper eodē ca
pitulo poſſūt alij teſtes produci No
ta glo. que dicit ꝙ inſtrumētū poteſt
produci etiam poſt aperturam ⁊ pu
blicationem teſtiuꝫ Item ꝙ falſitas
probatur etiā poſt ſn̄iam ad xx. an.
¶ Preterea cum quis
Carnalis copula probatur per con
ueniens teſtimoniū per viſum Idem
per teſtium auditum quando admi
nicula et fama coadiuuant Vide gl.
notabilem qualiter probari debeat
carnalis copula
¶ Cum a nobis
Unius iudicis verbo non creditur.
ſcriptura eius etiam per teſtes repro
bari poteſt. hoc fallit in papa Nota
glo. que tractat quando iudices ſunt
admittendi in teſtes. et quando ſcri
ptura p̄t reprobari
¶ De teſtibus
Teſti qui ſuper exceptione tātum iu
rauit ſuper principali non creditur
actore tamen petente ſi lis eſt cōteſta
ta etiam ſuper pricipali iurare et de
ponere compellitur. Nota gloſam
que ponit tres caſus ī quibus teſtes
nondum publicatis atteſtationibus
nō recipiunt̄ ſuper eodem capitulo.
Primo ſi renūciatum ē Item ſi ſuffi
ciens productio facta eſt. Tertio ſi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

publicatō ſit facta ꝛ intellige hoc vt
in glo.

¶ Conſtitutus

Publicatō atteſtationū nō fit ad pe
titōez alicui⁹ tertij. Et ps apud quaz
depoſite ſūt depōnes ſiue atteſtatio-
nes nō pt vlteri⁹ ad teſtes ꝓcedē Nō
glo. q̄ dicit ꝙ teſtes recepti in vno iu
dicio nō faciūt fidē in alio. niſi inter
eaſdē pſonas Itē nota ꝙ res int̄ ali-
os acta alijs non nocet

¶ Preſentium

Publicatis atteſtatōibus nō opponi
tur in pſonas teſtiū Tres caſus exci-
pit. Primus ſi id fuerit añ publica-
tōem proteſtatus Secundus ꝙ poſt
publicatōem didicit quod obijcere
vult. Tertius eſt ꝙ iuramento firma
bit ꝙ ex malicia nihil obijcit

¶ In noſtra

Si teſtes a diuerſis producti depo-
nentes contraria ſunt equalis hone
ſtatis ſtatur numero maiori. alias p̄
ualere poterit paucoꝛuz auctoꝛitas.
Nota glo. que docet qualiter pꝛoce
dendum ſit cum teſtes ſunt plures et
diſcoꝛdant. Itē ſi ſunt pares et equa
liter pꝛobant Item querit q̄d facien
dū ſit ſi duo pꝛobāt ꝛ petant aliquā
in vxoꝛem et equaliter ꝓbant

¶ Tam ex literis

Ad ꝓbandū impedimenta electi lai-
ci et femine admittūtur Nota glo. q̄
notat ꝙ in cauſa criminali ciuiliter
mota licz actoꝛ habeat pꝛeſumptōez
pꝛo ſe non tamen defertur ei iuramē
tum. Item dicit gl. ꝙ laici et femine
admittūtur contra clericū hoc caſu.

¶ Cum olim

In liberali cauſa poſſunt teſtes ꝓdu
ci lite non ↄteſ. Nota glo. que in hoc
eſt notabilis et ſingularis ꝙ non ſo-
lum clericus alicuius eccleſie poteſt
ꝓſequi iniuriam eccleſie ſue illatam.
imo minoꝛ poteſt defendere eccleſiaz
ne trahatur in peioꝛem ſtatum

¶ Ex tenoꝛe

Publicatis atteſtatōib⁹ falſitas poꝛ
teſtium poteſt indirecte ꝓbari. No-
ta glo. que expꝛeſſe dicit ꝙ in hoc ca
pitulo eſt caſus vbi etiaz poſt publi
catōem teſtium etiam in eadem inſtā
tia iudicij ſuper nouo articulo teſtes
recipiuntur. et alle. concoꝛ Item glo.
dicit ꝙ vtriqꝫ hic tam viro q̄ mulie
ri mos gerendus eſt hoc caſu

¶ Significauerunt

Si ſine cauſa iuſta denegatur quar-
ta dilatio cū ſolēnitate legali petita
appellari poteſt. Nota glo. que ī hoc
ē notabils et ſingularis ꝙ iudex vo
lens refrenare multitudinem teſtium
pꝛoducendoꝛum poteſt etiaz denega
re ſecundam et tertiam dilationes

¶ Cum cauſam

Diligenter examinandi ſunt teſtes et
puniendi qui eos impediunt et ipſo
rum teſtium multitudo eſt per iudi-
cem repꝛobanda Nota ꝙ ſi teſtis ex
leui cauſa dicatur odioſus. admittit̄
tamen ut in glo. Item glo. dicit an te
ſtis teneatur reſpōdere ad interroga
toꝛia ſi queritur ab eo an ſit crimino
ſus adulter. et alle. glo. quib⁹ teſtis et
ad que teneatur reſpondere. Itez ꝙ
iudex debet interrogare de cauſa ſcīē
tie teſtis Item an teſtis ſemel ꝓduct⁹
poſſet iterato ꝓduci.

¶ Veniens

Ubi variatur modus agendi publi-
catis atteſtatōnibus ſuper eodem ca
pitulo teſtes producere licet. Nota

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſententia lata inter te et me non ē de mandanda executioni ſi ꝑ eā ius alterius leditur. Etſi exceptio oppoſita contra ſnīam ſtatim non probať. ſententia dꝫ exequi.

¶ Tuis q̄onibus.

Religioſ⁹ ad teſtificādū nō admittitur abſqꝫ iuramēto niſi a partib⁹ remittať. Nō glo. que detminat an iuramentum teſtis poſſet ſibi a pte remitti. Itē q̄d de iuramēto caluinnie Primū ꝙ ſic. ſcđm ꝙ nō. Rō diuerſitatis. ꝙ ꝑ calūniā de⁹ ſperniť ꝯ offenditur. reſpublica lediť. ecc̄ia ſcandaliſať. ſꝫ rē ſuā alteri dare nemo ꝓhibeť

¶ Dilecto filio

Delegat⁹ neceſſarius in teſteꝫ remouetur a iudicando ꝯ ali⁹ ſubrogatur Nota glo. que dicit ꝙ curare dꝫ magiſtratus vt ſalua ſit rerū probatio. Item dicit ꝙ ſi opus fuerit pretor teſtimonium dicere debꝫ. Item querit glo. quid de aduocato cui reuelaui ſecreta mea ⁊c.

¶ Significauit.

Ne probatiōis copia pereat citato aduerſario recipiūtur ꝯ publicantur teſtes quos reus inducit. Nota gl. q̄ ponit differentiam in hac publicatione teſtium ꝯ illa que fit in. c. quoniam frequenter

¶ Cum cauſam.

Poſt publicās atteſtationes nouuꝫ capitulum probari pt̄ etiaꝫ ꝑ teſtes antiquos. Nō g. notabilē ꝯ ſingularem q̄liter teſtes debent probare aliquem fuiſſe deceptuꝫ in aliquo contractu vltra dimidiam iuſti precij et qualiter dꝫ probari valor rei

¶ Albericus.

Requirūtur teſtes et publicantur q̄ interfuerunt ſnīe vbi d̄ ſcriptura ꝑ ſnīam non apparet. Nō gl. que dicit ꝙ tenet ſententia lata in cauſa matrimoniali licet lata non fuerit in ſcriptis. ſed hoc hodie eſt correctum in cle. ſepe. de verbo. ſigni.

¶ Cum in tua.

Licꝫ ꝑ plures teſtes in cā inq̄ſitiōis an̄ ꝯtractū matrimonij ꝯſāguinitas reprobetur. pōt tn̄ ꝯtracto m̄rimonio qđ poſtea accuſať per pauciores hmōi ꝯſanguinitas probari

¶ Conſtitutis.

Excōicari pn̄t q̇ partē impediūt in producēdis teſtib⁹. hoc pmo. Et iudex dꝫ denūtiare teſtib⁹ ꝙ non tenētur iuramēto aſtricti de tacenda veritate. cū iuramentū ſit illicitum. Et ſi conſāguinei rei impediūt teſtes actoris. puniť re⁹. ꝙ de eius volūtate hoc fieri preſumitur. hoc tertio. Nō tex. qui dicit ꝙ ille iniquaꝫ oſtendit ſe fouere cām q̇ defenſionis copiā ſbtrahit aduerſario ⁊c. ſic ſupra. eo. c. intimauit.

¶ Conſtitutis.

Qui teſtificata nō didicit nec renūciauit teſtibus producendis etiaꝫ ſuper antiquis capitulis teſtes ꝓducere poterit. Nota g. que querit. nunquid ijdeꝫ teſtes poſſunt ſepi⁹ īduci

¶ Licꝫ ex quadam

Iſtud. c. ponit. xij. articulos ſine q̄b⁹ ad probandum ꝯſanguinitatē in cā matrimoniali non valꝫ teſtimoniuꝫ de auditu. Nō tex. in fi. qui dicit ꝙ tolerabili⁹ eſt aliq̄s ꝯ ſtatuta hominum dimittere copulatos q̄ꝫ legitime coniunctos ſeparare. Itē ꝙ act⁹ legitimi ſunt infamib⁹ interdicti Nō g. que dicit ꝙ aliud eſt grauitas q̄ꝫ dignitas

¶ Per tuas nobis

g i

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Teſtes poſt publicationē ad petitionem pducentis interrogari nō debent.niſi qñ ſup omib⁹ articulis nō depoſuerunt. Nota glo.que dicit ꝙ poſt publicationē teſtes non ſūt amplius interrogandi.

¶ Licz dilect⁹.
Teſtes ſuper principali pductos reprobare licz et reprobatos iteruz reprobare.ꝛ vlterius non eſt locus reprobationi. Uide gl. que exponit et dat tibi intellectū quō et qualiter reprobationes fieri debent.

¶ Preſentata
Atteſtationes recepte p arbitros faciunt fidē in iudicio ſi teſtes mortui ſūt.ſi viuūt eſt in opinione illi⁹ contra quē pducti fuerunt.an velit atteſtationes recipere.an teſtes de nouo ꝓponere.h.d. Nota ꝙ teſtes recepti coram arbitro valent ī iudicio .quō hoc procedit vide glo.

¶ Nuper nobis.
Nō creditur teſti ꝗntūcūq3 religioſo qui ſine iuramento depoſuit. Nō g.ꝗ intelligit tex.ſi pars contra quā teſtes producūtur noluerit.ſec⁹ſi voluerit.quia tunc valz teſtimoniuz ꝛc. Itē g.notat aliquos caſus in quib⁹ ſtatur dicto vnius

¶ Uenerabili
Diligenter et ſigillatim ſūt teſtes examinandi. Nō g.que docz que requiruntur ad hoc ꝙ aliqđ dicatur miraculū. Itē dic ꝙ circa maiora mai⁹ vertitur periculū.et alle.concor.

¶ Cum clamor
Iterū examinād⁹ eſt teſtis ꝗ obſcure depoſuit. Nota g.que clare docet qualiter procedendū ſit cū teſtis obſcure deponit.item dicit ꝙ in ambigua oratione ſpectatur ſententia ei⁹ qui eam protulit.

¶ Teſtimonium
Scđm Io.an.pſeuerans in crimine etiaz in ciuili cā repellitur a teſtimonio .emendat⁹ vero non infamis admittitur in ciuili ꝛ in criminali ciuiliter mota. Fallit in periurio ꝗ ī criminali repellitur. Nō g.que dicit in pncipio ſui.ꝙ non eſt credendū illis contra alios qui criminibus implicantur.et ꝙdiu quis eſt in culpa teſtimonium ferre non poteſt.

¶ Ultra tertiam
Iſta decre.dicit ꝙ petens quartam dilationē eā non habebit niſi pmo iurauerit ꝙ nec p ſe nec per aliū teſtificata ſubtraxerit .nec pcūctat⁹ fuerit nec p dolū.nec aliquā artē ꝗrtaz dilationē popoſcerit.et ꝙ teſtes quos pducere nitit pri⁹ habē non potuit

¶ Non debet.
Accuſat⁹ criminalit non admittitur in teſtem ſup criminib⁹ pterꝙ in excepti. Nota g .que dicit ꝙ licz quis accuſetur tamen nondum reus eſt.ꝛ g.alle.concor.

## ¶ Ti.de teſtibus.lib.vi.

¶ Mediatores
Socius in crimine ſymonie in teſtē admittitur ſi ſit ſocius criminis tm̄ et agatur ciuiliter.alias non. Nō g. que dicit qñ ſoci⁹ criminis ꝛ muneris admittitur in teſtem. Item dicit in fine ꝙ excipiens non videtur confiteri.et alle. ad hoc concor.

¶ Preſentium.
Hec decretalis eſt practicata ꝛ optime ſcit per aduocatos.et ponit modum remiſſionis curie et dat modū

iurãdi ſup poſitionib⁹ et dicit ꝑ quẽ iurari debeat. et dat modũ reſpondẽ di. item dat modũ teſtes ꝓbatorios reprobandi. et reprobatorios iteruꝫ reprobandi. et gl. ẽ multũ notabilis in ſequẽ.

Rhomana

In cauſa appellationis aduocat⁹ vel ꝓcurator in ꝑma inſtãtia nõ dꝫ recipi in teſtẽ in ſcd̃a inſtantia. neqꝫ indiſtincte appellanti iuramentũ etiam ꝓ eo faciẽte ꝑſũptione deferendũ eſt. ꝓut in lr̃a niſi inſpectis ꝑſonis et circũſtantijs id faciendũ fuerit.

Ti. de teſtibus in cle.

Cum iudei.

Per teſtes xp̄ianos ꝯuinci pñt iudei et ſaraceni nõ obſtantibus ꝑuilegijs cõtrarijs regũ et ꝑncipũ qbus ſi vtãtur ſubtrahit illis xp̄ianorũ ꝯmertiũ Nõ gl. in fi. q̃ docet q̃liter iudei excõmunicantur.

Teſtibus.

Publicatis atteſtationibus teſtes ꝓduci nõ poſſunt etiam in cauſa appellationis ſuper eiſdẽ articulis vel directe cõtrarijs Vide glo. q̃ in hac materia eſt multũ magr̃alis et ſinglaris ad quã ſolet fieri remiſſio in materia publicationis teſtium

Ti. de teſtibus cogendis

Cauſam

Ordinarius põt ꝯpellere teſtes ad ferendũ teſtimoniũ coraꝫ delegato. nõ gl. q̃ dicit ꝙ veritatẽ occultare ẽ mortale pccm̃. itẽ nõt gl. ad q̃s ꝑſonas ꝓ ferẽdo teſtionio iudex debet mittere

Cum ſuper

Vocatus pro ferẽdo teſtimonio ad certũ diẽ ſi nõ ꝯparet põt ſuſpẽdi ab officio ⁊ beneficio Vide gl. que dicit hoc procedere niſi nc̃itas ſit impedimento. vide hic Ab. qui nõt quid faciendũ ſit de illo qui ſic citat̃ Venias tali die etſi nõ veneris venias tꝰi die an teneat̃ ſi ꝑmo nõ venit ad expẽſas

Super eo

Teſtis qui timore aduerſe partis ſe ſubtrahit teſtificari compellitur. nõ tertũ qui dicit ꝙ in notorijs non eſt opus ꝓbatione ſicut in cõfitente nõ ſunt neceſſarie partes iudicis.

Peruenit ad audi.

Compellitur teſtis detegere fraudẽ illius qui aduerſario copiã ꝓbationis ſubtrahit Nõ tex. qui dicit ꝙ nemo debet aduerſario inſtrumenta quorũ appellatõne teſtes cotinẽtur ſubtrahere

Peruenit ad

Sup iniuria illata clerico teſtes cõpellũtur Vel ſic. qui ſup reb⁹ ecc̃iaſticis teſtificare recuſãt ſũt ꝑ cenſuram eccleſiaſticam compellendi Nota gl. que dicit ꝙ iniuria crimẽ eſt. q̃a qui de iniuria cõdemnat̃ infamis efficit̃. quod eſt notandũ

Ceterũ ꝙ ſuper

Super cõſanguinitate ꝓbãda teſtes cogendi ſũt ꝑhibere teſtimoniũ veritati. nõ glo. q̃ dicit ꝙ eo ipſo ꝙ teſtis monitus non vult deponere ꝑſumit̃ contra eum vt ſtatim compellat̃. qd̃ eſt notandum

Preterea

Teſtis ſynodalis qui coram ordinario ſuper matrimonio depoſuit non



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

compellitur iurare ſup eodem corā
delegato. hoc pmo Scdo dicit ꝙ ꝓ
pter ſuperuenientē infamiā teſtis a fe
rendo teſtimonio repellitur Tertio
dicit ſi teſtis errauerit poteſt in con
tinenti dictum ſuum corrigere non
ex interuallo

¶ Super his
Cuꝫ de infamia vel vicio falſitatis
inquiritur cogendi ſunt teſtes Nō
gl. in ſine que dicit ꝙ teſtes etiā cri
minibus compelluntur

¶ Cum contra
Super crimine falſi teſtes cōpellun
tur ꝑhibere teſtimoniū veritati Ui
de glo. que diſputat pro et cōtra qn̄
teſtes in criminalibus cauſ ſiue in pe
cuniarijs admittūtur et qn̄ non.

¶ Dilectorū filiorum
Cogendi ſunt teſtes perhibere teſti
moniuꝫ veritati preter ꝙ̄ in crimini
bus Uel ſic Nō compellit teſtis in
cā criminali ꝑhibere teſtimoniū vbi
agitur ſolū ad repellēdū infamiam
accuſantis ⁊ vide g. vnicā et pulcrā
q̄ plene tractat de teſtiū compulſiōe

¶ Venerabilis.
Ad detegendā coniurationeꝫ cogū
tur ſocij etiā coniurati Nō g. q̄ loq̄
tur de clericis q̄ ꝯiurationes ſiue cō
ſpirationes faciūt ꝯtra ſuos epos ⁊
expedit ſe de iuramento illoruꝫ con
ſpiratorum

¶ Ti. de fide inſtrumentorū.

¶ Si ſcripturam.
Exm inſtrumenti nō ꝓbat abſq̄ ori
ginali. h. d. Nō gl. q̄ tractat q̄ ſcptu
ra dicat publica ſiue autētica atꝫ ꝑ
uata Itē q̄rit qd faciēdū ſi papa mā
dat alicui. ꝓcedas ſm formā ꝑmaꝝ
lrarū ⁊ ꝑme lr̄e non apparent

¶ Scripta vero.
Priuato inſtrumento non creditur
niſi publicū ſit et publicuꝫ dicitur ſi
manu publica eſt confectuꝫ vel ſigil
lo autentico ſigillarū cū ſubſcriptōe
teſtiū Nō g. que dicit ꝙ inſtrumēta
publica ꝑpetua firmitate nitūtur ad
damnū et ꝯmodū vtriuſq̄ partis

¶ Ex litteris
Reſcriptū aꝫ l cum deletū vel abra
ſum in loco non ſuſpecto nō dicitur
vicioſū Nō g. que dicit ꝙ copia in
ſtrumentorū edenda ſit qm̄ cōia ſūt
et ſi hoc non fieret pars cui denega
tur poſſet appellare

¶ Accepimus.
Redarguenti priuilegiū de falſo iu
dex facit exhiberi primo coram pau
cis ⁊ in loco ſecreto. ⁊ interim ſtabit
ſnie late per illud. hoc. d. Nō gl. que
dicit ꝙ pendente accuſatione cōtra
aliquem interim remanet in ſtatu ꝓ
ſtino

¶ Contingit
Inſtrumentū vel ꝑuilegiū quo quis
vtitur aduerſario coram iudice inte
gral legi debet. ſed ſolū illud capi
tulū de quo ꝯtēdit edi debꝫ. hoc. d.
Nota g. que diſputat qualiter in iu
dicio iura edenda ſunt.

¶ Inter dilectos.
Reꝰ abſoluit cū iura actoris ſūt ob
ſcura. vtputa cū ipiꝰ inſtrā vel ſcptu
ra. ſūt obfuſcata vel lr̄e vl ſcpture ſi
gilli ſūt delete. h. d. Nō pmo ex hoc
tex. ꝙ res inter alios acta nemini ꝑ
iudicat Iteꝫ ꝙ interꝓtatio faciēda
eſt vt res ſēꝑ magis valeat ꝙ̄ ꝑeat.
iteꝫ qd ex vna cauſa meū eſt ex alia
meū fieri nō poteſt. Item deſtructo
ꝓncipali et acceſſoriū Nota gloſam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

que in hoc eſt ſingularis .quia docꝫ
qualiter indictio inueniri debeat

¶ Quod ſuper

Non valēt lr̄e quas ſuꝑ abſolutiōe
voti cruce ſignatus obtinuit ꝑ veri
ſuppreſſionē vel falſi expſſionem .nō
g.que dicit ꝙ qn̄ ignota ſunt ſigilla
tunc eis non eſt ſtādū niſi ſint qnqꝫ
aut ampli⁹ Itē ſi quis non agnoſcit
ſuū ſigillū ideo non viciatur.ſed red
ditur ſuſpectum

¶ Paſtoralis

Si de extrauaganti dubitatur aut
eſt iuri conſona ⁊ iudicatur ſm illaꝫ
aut diſſona ⁊ non iudicat̄ ſm illam.
Nota ꝙ rōne reſcripti nō eſt recedē
dum a iure cōi.imo auferēdū eſt de
manibus tenētis

¶ Cum dilectus.

Poſt publicatas atteſtationes vſqꝫ
ad ꝯcluſionē in cauſa pn̄t inſtra ꝓ
duci.hoc p̄mo.Scd̄o dicit ꝙ cōſue
tudo loci facit ꝙ ſigil..... principis
facit fidem. Nō g.in fin̄.que dicit ꝙ
conſuetudo facit aliquod inſtrumē
tum eſſe autenticum qd̄ alias non ē
autenticum.

¶ Cum Johānes

Falſitas inſtrumēti vel id qd̄ deeſt
inſtrumento ꝑ teſtes ꝓbari p̄t . Nō
glo.ſuper verbo poſtq̄ a partibus.
ꝙ iudex poteſt interrogare partes
quandocunqꝫ ſibi viſum fuerit ⁊ etiā
teſtes poſt publicationē ſi teſtes ob
ſcure dixerint vt appareat veritas.

¶ Ex parte.

Defect⁹ lr̄e non viciat reſcriptuꝫ pa
pe. Nota glo.que dicit ꝙ ꝓpter defe
ctum littere vel ſillabe non viciatur
reſcriptuꝫ.ſic nec teſtamētū nec etiā
libertas minus debetur propter de
fectum ſillabe ⁊c.

¶ Perpetuus vicarius

Licite appellatur a iudice q̄ parti pe
tenti non facit edi cōia inſtrumēta.
Vide g.que eſt notabilis.que docet
qn̄ inſtrumēta ſunt edenda vel non
parti aduerſe ⁊ qn̄ dicuntur cōia et
quando dicuntur ꝓpria.

¶ Imputari ei

Imputari ei poteſt q̄ ꝯtrarias in iu
dicio ꝓtulit ſcripturas. Nota gl.q̄
docet quando ſcripture directe vel
indirecte ſunt contrarie Nota glo.q̄
querit an idem ſit in teſtibus cōtra
ria dicentibus. Item dicit g.ꝙ iura
ſubueniunt vigilantibus et non dor
mientibus.

¶ Si cautio.

Si in inſtrumento debiti cā exꝑma
tur ꝯdemnabitur debitor niſi ꝓbet
indebitum.ſi non exprimitur ncc̄e ē
vt creditor probꝫ debitū. Nō gl.q̄
dicit ꝙ confeſſio extraiudicialis cā
adiecta bene preiudicat.

¶ Cum .P.tabellio

Auctoritate ordinarij p̄t notari⁹ no
tas notarij mortui ī publicā formaꝫ
redigere. Nō glo.ꝙ notarius ip̄o vi
uente non poteſt alij cōmittere ſup
pletioneꝫ inſtrumenti ſed ip̄emet cō
plere debꝫ inſtrumentum

¶ Si inſtrumenta

Inſtrumentum exemplatuꝫ ꝑ tabel
lionem auctoritate ordinarij eandeꝫ
vim habꝫ cū originali.h.d. Nō g.q̄
dicit ꝙ etiam dicta teſtium ⁊ teſtes
ne probatio pereat etiam in publi
cam formam pn̄t redigi. et boni iu
dicis eſt curare vt ſalua ſit rerū ꝓ
batio

¶ Ti. de preſumptionibus



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Sicut noxius.
In delictis in dubio pſumitur dol⁹ Uel ſic.in culpa eſt qui nocꝫ amico fraudulenter licꝫ dicat ſe ludendo feciſſe. Nota g.que dicit ꝙ omnis ludus noxius eſt in culpa.et om̄e malefactum praue preſumitur actum ⁊ all'.concor.⁊ ſolꝫ allegari.

¶ Afferte mihi
Ex violenta pſumptiōe diffinitiua fertur ſn̄ia. Nō g.que dicit ꝙ ille audiendus non eſt qui ſoluꝫ nocere deſiderat ⁊ nemini prodeſſe ⁊ malicijs eius non eſt indulgendum. ff.de rei vendi.in fundo

¶ Ex ſtudijs ſuis
Intima per mores cognoſces exteriores. Nota g.notabilem ⁊ ſingularē in qua Salomon ponit tria difficilia.ſcꝫ viam colubri ſup ꝛc.vide eam

¶ Nullus dubitat.
Qui iudicium refugit apparet eū de iuſticia diffiſum .nota gloſaꝫ que dicit ꝙ tripliciter dicitur quis confiteri.ſcꝫ ore.euidentia rei .et contumacia.⁊ alle.g .et concor.

¶ Nonne benedicimus
Ubi duo alicui vnico contextu preponuntur ſi vnum negat alteruꝫ cōfiteri videtur. Uide hic gl.que diſputat an is qui tacet confiteri ſiue conſentire videatur. Et dicit gloſa.ꝙ ſi per prohibitionem meam poſſuꝫ ꝓhibere quod fit et taceo .tūc taciturnitas pro conſenſu habetur.

¶ Mandata celeſtia
Ex tranſacta vita bona alicuius p̄ſumitur de bona vita eiuſdeꝫ in poſterum.hoc eſt tantum dicere ꝙ de preteritis preſumitur ad futura. Nō tex.qui dicit ꝙ alter alterius debemus onera portare.

¶ Quoſdam.
Ex vicinitate preſumitur pro aliq̄ vel contra aliquem.et ideo ſcire preſumitur vnde non facile creditur ſibi ſi dicit contrarium. Nota gloſaꝫ que dicit ꝙ vbi quis īterrogatur an credat vel non .non eſt ei dandum tempus ad deliberandum qui ex p̄ſumptionibus informat ſuam credulitatem.et g.all'.ad hoc concor.

¶ Quanto et
Non poteſt latere aliquem in vicinio id quod ſcitur in remoto. Et intellige.non poteſt.id eſt nō preſumiẽ potuiſſe neſcire . Uide tamen gl.que dicit hoc caſu contra iſtam preſumptionem admitti probationem.⁊ dicit glo.de probabili et violenta preſumptione.

¶ Scribam eis.
Quandoqꝫ preſumitur ex preteritis circa pn̄s . et ex iſto paruo.c.ar.g.ꝙ inducie ſunt concedende etiam malicioſe petenti ad conuincendum ei⁹ maliciam ⁊ expedit ſe de diuerſis tēporum preſumptionibus

¶ Quia veriſimile.
Ubi aliquis vult probare id quod non eſt veriſimile non eſt eius probatio admittēda niſi aliud ſit qđ ei⁹ preſumptionem elidat . puta fama vel teſtium idoneitas. Uide gloſā ꝛc

¶ Illud quoqꝫ
Habitatio noiatio donatiōis ꝓpter nuptias aſſignatio et fama iſte preſumptiones ad vxorem ſufficiunt vēdicandam. Notat g.caſus in quib⁹ dominus fraudatur ſeruo.

# De iureiurando in anti.

¶ Litteris tue
Ex preſūptione violenta p̄t quo ad
thorū matrimoniū ſeparari. Nō gl.
que doc3 qualiter copula carnalis
debeat probari cū talis act⁹ nō pa
teat viſui. ergo ſufficit ibi violēta p̄-
ſumptio.

¶ Tertio loco.
Ad preſumptionē violentā ⁊ famaз
ſeparatur matrimoniuз de pn̄ti. Et
nota ex hoc. c. ꝙ ex confeſſione con
iugum ⁊ fama ꝓceditur ad diuorti-
um. et dicit g. ꝙ que nō proſūt ſingu
la multa collecta iuuāt.

¶ Litteras veſtras
Ad p̄ſumptionē vehementē nō fert
ſn̄ia Nota tex. qui ſolз ad hoc allega
ri. nemo vnq̄ꝫ carnem ſuaз odio ha
buit. Item ꝙ ꝓpter veritatem q̄s p̄t
ſe opponere fratri ſuo. amico ſuo. et
vxori ſue. et alle. concor.

¶ Cum in iuuentute
Cum in iuuentute ſua quis ſtat⁹ fu
it non preſumitur de in cōſtātia ſua
in ſenectute. Nō g. q̄ dicit iſtud q̄ñꝫ
fallere. vn̄ verſus. Stulticia ē que te
non ſinit eſſe ſenem

¶ Dudum archiē
Ad ſimplicia beneficia q̄libз p̄ſumi
tur idone⁹ niſi cōtrariū oſtendatur
Nō iſtam g. que diſputat quis dз ꝓ
bare alium inidoneum ⁊ an negati-
ua iſto modo probari debeat.

¶ Titu. de iureiurando extra
¶ Ex adminiſtrationis
Iuramenta a debitorib⁹ ſup̄ vſuris
ſoluendis creditoribus facta relaxā
da ſūt. quia ſine periculo animaruз
ſeruari non poſſūt. Notat gl. que q̄-
rit quid ſi iurauerit non repetere

¶ Peruenit ad nos
Iuramentum metu extortū eſt obli
gatoriuз dūmō ſine periculo anime
ſeruari poſſit. alias non. Itē aliq̄ di-
xerūt ꝙ iuramentū extortū metu in-
differenter ip̄o iure non tenet ſuper
quo vide hic g. et docto. ſcribentes
qui alſ.' concor.

¶ Peruenit ad
Ille nō dicitur deierare qui ex iuſta
cauſa deſerit iuramentum. Item ei
fides non eſt ſeruanda qui contra fi
dem verſatur. Nota gloſam que di
cit et arguit ꝙ etiam hoſti fides ſer
uanda eſt.

¶ Ego. N. ep̄us
Iſtud capitulum ponit formam q̄li
ter epiſcopi iurant ro. pon. et ſunt ſe
ptem capitula. Nota gloſam ſuper
verbo ſucceſſoribus que dicit quan
do quis debet iteruз ſucceſſori iura
re. Itē ꝙ ep̄s tenetur domino in pe
riculis occurrere

¶ Nullus ep̄us
Epiſcopus ſoluз clericos diſpenſati
onē rerū ecc̄iarū habētes iurare cō
pellere dз. Nō caſus alios in g. in q̄-
bus cleric⁹ compellitur iurare. ſcз ꝓ
pace. ꝓ fama. ꝓ fide. ꝓ obedientia. ꝓ
veritate. et pro cautela dilapidatio-
nis. et ponit verſus. Pax et fama fi
des reuerentia cautio damni. Defe
ctus veri ſibi poſcunt magna caueri

¶ Debitores ad
Non tenet promiſſio de ſoluendis
vſuris niſi quis iuret quia tunc ſer
uandū eſt iuramentum tamē poſt ſo
lutionem repetere poteſt Nō g. que
dicit ꝙ dolo quis petit q̇ᵈ ſtatiз re
ſtituere tenetur. In fine dicit ꝙ ſol
uens vſuras nō peccat ſed recipiēs



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad noſtram
Licite pͭ pignus teneri donec dedu
ctis expēſis ſors pͥncipalis ſoluta fu
erit. Vel ſic. Fruct⁹ in ſortē ſūt ꝯputā
di. Nō g. que dič ꝺ duplici cautione
et arguit de illo q̄ ſibiipͥ ius dicit ꝙ
debꝫ cadere a iure ſuo.

¶ Si vero
Diſpenſat ecc̄ia cū clerico q̄ coactus
eſt ſuū ius refutare. Nō g. que diſpu
tat an iuramentū metu extortū obli
gat. ⁊ alle. Itē dič verba impatoris
dicētis. l. j. C. ſi ad vend. Si negligē
ter ea que male vſurpanť omittim⁹.
exceſſus viam alijs apim⁹. in fine di
cit. ꝙ in alteri⁹ odiū q̄n̄qꝫ cuꝫ altero
eſt diſpenſandum. ⁊ alle. iij. q. v. accu
ſatoribus.

¶ Ex reſcripto
Iurare pn̄t monachi de ſui abbatis
licentia et etiaꝫ obſides dari. Nota
gloſam ſingularem que diſputat an
liber homo poſſꝫ dari in obſidem ⁊
an pater poſſet impignorare filios.
item an mulier poteſt fideiubere. itē
dicit de illo q̄ ꝓmiſit factū alterius

¶ Querelam. R.
Qui non ſoluit penſionem iuramen
to promiſſam periurus habetur et
ab eccleſia remouetur. et hoc verum
intellige ſi ſine neceſſitate deſinit ſol
uere. ⁊ ergo dicit glo. ꝙ neceſſitas ex
cuſat a periurio ⁊ iura ſubueniūt ne
ceſſitate impeditis. item dicit gl. qui
debituꝫ non ſoluit ad quod iuramē
to eſt aſtrictus beneficio ſuo priuať
et alle. c. ꝑuenit. de fideiuſſ.

¶ Tua nos
Temerarium iuramentū a benficio
queꝫ excludit. Nota g. que dicit ꝙ ſi
quis falſuꝫ iurat ignoranter credēs
verum eſſe qd̄ iurat nullum eſt pec
catum. ⁊ dicit gl. etiaꝫ de iuramento
quod indiſcrete fit

¶ Cum quidam.
Iuramento quod non inducit pec
catum mortale ſi alias ſit pͥcioſuꝫ
exemplo non ſua ſed ſuperioris po
teſtate pͭ quis contrauenire. Nota
tex. de illo qui iurauit non loqui pa
tri aut matri ⁊c. Et vide gloſam que
dicit ꝙ dignitas delinquētis aggra
uat peccatum. item ꝙ in quantitate
contemptus metitur deus quantita
tem reat⁹. item in preſenti quandoqꝫ
plus maiores. quandoqꝫ plus mino
res puniuntur. De hoc per legiſtas
l. pedibus. ff. de incen. rui. naufra. ⁊ l.
nemo. de ſūma trini. et fide catholi.
C. ſimiliter. l. preſbyteri. de epiſcopis
et cleri.

¶ Sicut ex litteris
Clericus clauſtruꝫ ſuū abiurare nō
debꝫ. Nota gl. et textū. qui innuunt
ꝙ pena vnius debet eſſe metus alte
rius. item dicit ꝙ clericus ſine licen
tia ſuperioris ſui non debꝫ eccleſiaꝫ
abiurare vel etiam ei renunciare.

¶ Veritatis amica
Vaſall⁹ qui iurat domino ſuo ⁊ ſuc
ceſſoribus ſuis non tenetur iterum
iurare mortuo domino. Nota glo
ſaꝫ que dicit de ſimplicitate quomo
do commendatur. et arguit contra
textuꝫ de liberto eccleſie qui tenetur
cuilibet ſucceſſori iurare. ⁊ dicit ꝙ
iuramentum perpetuum eſt quo ad
iurantem.

¶ Verum in ea
Abſoluit eccleſia a iuramento ꝓpter
metum amiſſionis vite vel rerum ex
torto. Nō hic Abb. qui dicit dūmō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

totaꝫ ſbam amittere vel maiorē par tem timeat perdere ꝛc. Item g. in fi. clare dicit ꝙ iuramentū metu extoꝛtum parū obligat gl. alle. concoꝛ.

¶ Veniens ad.

Si iurem ſtare mandato tuo nō potes me iniuſte grauare ⁊ graue mandatum mihi iniungere. Nota g. que dicit. ꝙ etiam inique ſententie arbitri ſtandum eſt. aſſignat tamen nihilominus rationem quare in caſu noſtro non ſtetur. quia ſcilꝫ ſunt arbitratoꝛes. item dicit g. ꝙ iuramentū non extenditur ad aliud de quo nō eſt cogitatum

¶ Breui ſciſcitatus

Appellatio ab executione iuramenti nō excſuat. Nota g. que querit anne quis tenetur iuuare eccleſiam nō requiſitus. et dicit de aduocato qui habet malam conſcientiam in cauſa clientuli ſui

¶ Quanto

Nemo per iuramētū ad illicita obligatur Nō g. que diſputat an papa poteſt indifferenter abſoluere a voto ⁊ a iuramento. nota gl. etiam que dicit que requirūtur in moneta ſcꝫ quātitas ponderis. materia. ⁊ publica foꝛma. item in fine dicit ꝙ ſciēter periurans eſt infamis. item dicit g. ꝙ pictoꝛes ⁊ poete nouas poſſunt inuenire foꝛmas

¶ Venientes ad ſe.

Per iuramentū ſubditoꝛū ius ſuperioꝛis ledi non pt. Nota gl. que dicit ꝙ licite iudicatur ſcḋm ꝯſuetudinem. quia conſuetudo preiudicat iuri. itē ꝙ in omni iuramēto excipitur ſuperioꝛis auctoꝛitas. itē dicit ꝙ beneficio appellationis extinguitur ꝓnunciatum. et ſic pen. appellatione executio fieri non dꝫ etſi fiat inuito poſſeſſoꝛe reſtitui dꝫ ad pſtinū ſtatuꝫ

¶ Ad noſtram

Officio iudicis ſubuenitur ei q̄ timore iuramenti non repetit vſuras Nō g. que q̄rit q̄d de illo qui iurauit aliquē non debere denūciare in peccato ſuo ꝛc. item ꝙ vltima volūtas large eſt interpꝛetanda. ⁊ alleg. glo. concoꝛdan̄.

¶ Ad noſtrā.

Juramenta generaliter facta reſtringenda ſunt vt conſonent canonicis inſtitutis. nō g. in pn. ſui q̄ diſputat. an oꝛdo iudiciari⁹ ſit ſeruandus in notoꝛijs. item notat ꝙ iuramenta ⁊ pꝛomiſſiones non extenduntur niſi ad ea de quibus cogitatum eſt. item dicit ꝙ nulle ſunt validioꝛes pꝛobationes q̄ꝫ per euidentiam facti. item dicit ꝙ verbuꝫ generale non eſt ſemper generaliter intelligendum. vt dicendo omnia bona damaſci. item de conſe. diſt. ij. in. c. reuera. vbi dicit de operibus totius mundi circa finem id eſt alicuius partis mundi

¶ Ea te credimus.

Juramētum ſine neceſſitate pꝛeſtitū a debito licito non excuſat. Nō tex. in pꝛincipio qui eſt notabilis ꝙ on⁹ nō remittitur ſed augetur. cum cui⁹ q̄ꝫ impꝛouide ſoluitur quod alij ex debito eſt pꝛeſtandum. item gloſa notat ⁊ arguit quando ſoluendo alteri debitoꝛ liberatur

¶ Quintauallis

Cum mādato alicui⁹ generalit̄ me ſuppono mihi contra deuꝫ et ſacros canones nihil p̄cipe pōt. Nō gloſaꝫ que ponit caſus ꝓpter quos pater pōt filios ſuos exheredare ⁊ ad hoc



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſolet allegari

¶ Tua nos

Coniuges non poſſunt ſe ab inuicē abiurare. Nota gloſam que dicit ꝙ temerarium eſt hoc iuramentum, ergo minime ſeruandum. Item dicit gloſa ꝙ ille non dicitur īfringere iuramentum qui illud in melius cōmutat. hoc. d.

¶ Quemadmodum

Qui iurat contrahere cum aliqua ſi poſtea nō ꝯtineat cū illa ꝯtrahere nō ꝯpellitur. rōnē aſſignat tex. quia turpius eijcitur ꝙ nō admittit̄ hoſpes Item iurans non accuſare vxorem de adulterio. ipam nihilominus accuſare poteſt. ratio quia patron⁹ eſt ſecularis. item nota gl. ſuper verbo oculos. que dicit ꝙ etiam quis; pōt hoc caſu contrauenire iuramento licet ſeruari poſſet ſine interitu ſalutis eterne. item dicit gl. ſuper verbo denunciare. ꝙ qñq3 vna via conceditr̄. qđ alia via prohibetur. et dicit etiaʒ ꝙ ꝑmiſſum eſt viro ſuam vxorem caſtigare.

¶ Etſi xpus

Monachi iuramentum preſtare pñt cā teſtimonij ꝓferendi in cauſis monaſterij ſui Nota g. que docet ꝑ que iurare poſſumus. item dicit tex. ꝙ in omni iuramēto licite debent eē tria veritas. iudiciū. et iuſtitia. item dic̄ g. ꝙ omnis controuerſie finis eſt iuramentum. item dicit tex. ꝙ vir multum iurans replebitur iniquitate et non diſcedet a domo eius plaga cōtra armigeros modernos ſequūtur que videmus. item nota g. que dicit de illicitis ꝛc.

¶ Sicut noſtris.

Temerariū iuramentū in ꝑiudiciuʒ eccleſie preſtituʒ ab electione aliquē non excludit. Nota gloſam que dicit ꝙ temerarie iurans non repellitur a teſtimonio ⁊ ꝙ exiſtens in peccato mortali poteſt accuſare. Item dicit ꝙ ſi quis conſentit vt canonic⁹ poteſt vt; epiſcopus reuocare. et ſic quis poteſt aliqua facere tanꝙ ali⁹

¶ Cum contingat

Conſenſus mulieris valʒ in alienatione rei dotalis vel dotationis propter nuptias aſſignate dummodo iuramentum exhibet ſuper ea Nota gloſam que ponit caſus notabiles ī quibus quis non tenetur ſeruare iuramentum. Iteʒ dicit ꝙ expedit mulieribus ſaluas habere dotes ꝛc.

¶ Sicut et

Frangenti fidem fides frangetur eidem. et eſt ſimilis caſus ſicut in capitulo peruenit. Nota g. que tangit đ bello iuſto ⁊ iniuſto. item ꝙ ablata in iuſto bello fiunt occupantis. et et alleg. ꝛc.

¶ Nimis de.

Principes non debent cogere prelatos ad preſtandum iuramenta fidelitatis niſi aliquod temporale obtineant clerici ab eis. Nota glo. que dicit ꝙ ſi clerici a laicis recipiunt tēporalia tenentur laicis iurare. Iteʒ dicit tex. ꝙ ſeruus aut ſtat aut cadit domino ſuo ꝛc.

¶ Petitio veſtra.

Si iuraui ꝙ contra te non eſſē nihilominus ero cōtra te pro cauſa mea ⁊ eccleſie mee ⁊ ſpiritualium amicorum meorum. Nota gl. que dicit ꝙ ꝓ parte tenet iuramentuʒ ⁊ ꝓ parte non. et ſic factum alicuius pro parte poteſt valere et pro parte non. Iteʒ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicit q declaratio iuramẽti pertinꝫ ad papam. Iteꝫ dicit q in generali ſermone perſona loquens intelligiṫ excepta

¶ Ex litteris

Si omittatur a principio iuramentũ de veritate nihilominꝰ in ꝓceſſu iudicij poſtea eſt pſtandũ .nõ g. que dicit q omne qḋ accipit de pignore deductis expenſis debꝫ cputari ĩ ſortẽ. Caſus eſt ad noſtrã.ſ.eo. Iteꝫ dicit q eque preiudicat confeſſio de credulitate ſicut de veritate.

¶ Intellecto

Qñ quis iurat in ſui ꝓmotiõe nõ alienare bona ecc̃ie ſi poſtea alienet ⁊ iuret non contrauenire alienatio non tenꝫ. Nõ glo. que dicit qualiter ep̃i iurent in ſua conſecratione. Iteꝫ glo. dicit q ſi vnum contrarioꝝ eſt bonum reliquũ eſt malum ⁊c̃. dicit tñ gloꝰ q vtrunq3 contrariorum qñq3 bonum eſt ſcꝫ nubere ⁊ non nubẽ et g. alle. iura

¶ Mulieri

Mulier iurans ſe cum viro p verba de preſenti contraxiſſe. viro hoc negante contrahere non prohibeṫ cuꝫ alio nec datur ei licentia. ſed ſue conſcientie eſt potius relinquendum

¶ Clericus

Iuramẽta de preterito exhibita ad futura non ſunt trahenda. Nota gl. hic notabilẽ que dicit q apud deũ non eſt differẽtia inter iuramẽtuꝫ et ſimplicẽ ꝓmiſſionẽ. Itẽ in iſto. c. tangit Abb. de illo qui reuelat ſecreta domini ſibi cõmiſſa.

¶ Iuramentum

Iuramentum a iudice parti delatũ recuſari non poteſt q̃uis iuramẽtũ qḋ in iudicio a parte parti deferaṫ recuſari poſſet licite et referri. etſi actor omnino in probatiõe defecerit. reꝰ dꝫ etſi nihil preſtiterit obtinere. et vide gl. que bene declarat ſpẽs iuramenti et etiam totam

## ¶ Ti. de iureiurando li. vi.

¶ Contingit

Prelati. canonici. rectores. ⁊ officiales locoꝝ q̃ iurant ſtatuta et cſuetudines loci vel ecc̃ie ſeruare ꝓtextu talis iuramenti non obligantur ad illicita impoſſibilia vel obuiantia eccleſiaſtice libertati. ſed nec ad ea dicitur intentio ſua referri.

¶ Licet mulieres

Per ecc̃iaſticũ iudicẽ ordinariuꝫ loci cpelliṫ iudex ſecularis ecc̃iaſtica cenſura ius canonicũ qḋ ad ꝓuiſionẽ aĩarum ſtatutũ eſt obſeruare. nõ glo. que dicit vnde iſta decretalis cepit originem. ⁊ dicit expreſſe q iuramentũ metu extortũ non tenet.

¶ Cum in poſitionibus.

Electus poſt ſacramentũ ponẽs vel reſpondens directe contraria niſi rõnabiliter excuſetur veluti piurꝰ a cõfirmatiõe repellitur. Idẽ ſi hoc fecerit eius ꝓcurator ipſo mandante vel ratum habente vel non reuocante

## ¶ Tit. de iureiurando in cle.

¶ Romani

Iſta decretalis declarat illa fore fidelitatis iuramenta que preſtat imperator eccleſie romane approbationis ſue tempore ſecundum formam capituli. Tibi domino et tempore

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coronationis ſm formā in pōtifica
li deſcriptā.et primo ponit exordiū
in q̄ dicit. Romanos ꝑncipes ꝑ tpa
romanis pontificibꝰ ſua capita ſub-
miſiſſe ⁊ ſe illis aſtrinxiſſe vinculo
iuramenti. Scđo ibi dudū.narrat aſ
ſertionem imꝑatoris.h.ſe negantis.
ro.pon.ꝑ fidelitatis iuramētū aſtri
ctum exꝑmens ꝙ dedit cām denega
tioni predicte. Tertio ibi Nos itaqꝫ
ꝓuidens contra futura pericula po
nit duo iuramēta q̄ pſtiterat ipe.h.
ec.ro.ꝓut in g.j.huiꝰ.c. Quarto ibi.
Ceterum. narrat talia etiā iuramen
ta pſtita ꝑ Albertū imediatum pde
ceſſorē ipius Henrici ⁊ alios reges
romanos.⁊ declarat illa fore fideli-
tatis iuramenta. Quinto ibi porro.
ponit formā iuramenti preſtiti per
ipm henricū in ingreſſu Italie. Nō
g.valde nōbilem ſuꝑ verbo reges.ꝙ
romanorum rex etiā in diſcordia ele
ctus habꝫ adminiſtrationem .qđ vi
detur ſonare abſurdum.⁊ allꝰ.gl.

## Titulꝰ.de exceptionibus

Deniqꝫ ꝙ.
Crimina que teſtibus obijciūtur añ
ſñiam ſūt probanda.ſcꝫ ſi ante ꝓba
ta non erant.hoc primo .Scđo dic
ꝙ ꝓpter crimina alias ꝓbata teſtes
repellūtur Tertio dicit ꝙ teſtes non
ſunt ꝓpter hmōi crimina puniendi.
ſed a teſtimonio tm̄ repellendi. Nō
g.q̄ inter cetera dicit ꝙ emendatꝰ de
crimine corā ſuo ſacerdote admittit
in teſtem in ciuili cā ⁊c.⁊ allꝰ. Itē ar-
guit gl.an teſtis requiſitus ſuper cri
mine teneatur reſpondere

A nobis ex
Reo excipiente de excōmunicatione
ꝯtra accuſatorē cōionis replicatio
non obſtat. Nō g.q̄ dicit ꝙ non dꝫ
qs aliȷ̄ obȷ̄cere qđ ipe noluit obſer-
uare. Itē dicit verba Augꝰ.ꝙ nōnul
los ſuſtinemꝰ qs inuite toleramꝰ Itē
in fi.dicit ꝙ eps nō dꝫ habere viles
homines in familia ſua.⁊ alle.

Cum eccleſiaſtice.
Qui habꝫ plura beneficia de plura
litate beneficiorū ꝯtra aliū excipere
nequit. Nō g.que inter cetera dicit
ꝙ expedit eccleſie habere plures di-
uites clericos vt eam poſſent meliꝰ
defenſare ⁊ imperium et fiſcus abū
dabit vtens ſubiectis locupletibus.
Item dicit in fine ꝙ quis renūciās
exceptioni contra vnū non videtur
ꝓpterea renunciare cōtra aliū.⁊ alle.

Paſtoralis
Poſt terminū ſignatū ad dilatorias
nullꝰ auditur niſi in tribꝰ caſibus h
ſignatis. Primus niſi illa exceptio
de nouo poſt terminum competat.
Secundꝰ eſt niſi hoc partes fuerint
proteſtate. Tertius niſi iurent ꝙ de
nouo ad notitiam eorūꝫ peruenerit
Nō g.que dicit .volens agere in pn
cipio litis debꝫ diligēter de excepti-
onibus dilatorijs cogitare⁊ debito
tempore proponere.quia iura ſubue
niunt vigilantibus ⁊c.

Cum inter
Excōicatꝰ excipere pt. Et rō dubitā
di fuit.quia cū in exceptione reꝰ effi
citur actor.⁊ ſic excōicatꝰ videt agē
quod facere non poteſt. Item dicit
ꝙ eo ipo reſcriptum videtur ſuſpe-
ctum qđ de ſcientia pape non ema
nauit ⁊ reſcriptum ſuſpectum nullaꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dat iuriſdictionem

¶ Cum venerabilis

Qui exceptionē opponit licꝫ eaꝫ nō
ꝓbet non ideo factū in moduꝫ exce
ptionis confeſſauit nec ꝓ ꝓbato ha
betur niſi alias probetꝰ. Nō ex tex. ꝙ
delictū ꝑſone nō dꝫ redūdare i dam
nū ecc̄ie. Itē nota gl. in ꝑncipio q̄ di
cit ꝙ inconſiderate loquens ſentiet
male. itē dicit qualiter debet fieri li
tis conteſti. item tangit glo. que ſunt
actiones bonefidei. item g. querit an
valeat ſententia per falſum inſtrumē
tum lata.

¶ Olim.

Appellari p̄t. ꝙ n̄ admittitꝰ exceptio
qn̄ citatur q̄s vltra duas dietas ⁊ ꝓ
babit excipiens eam

¶ Dilecti filij.

Excōicatꝰ et ꝑiurꝰ p̄t cām ecc̄ie ſue
defendere ⁊ pro ea contra agentem
in eius preiudicium excipere. Nota
g. in ꝑn. que dicit ꝙ quilibꝫ admitti
tur ad defenſionē ecc̄e ſue etˀ excōica
tus Item arguit glo. ꝙ quis non dꝫ
admitti ad probanduꝫ qꝺ probatū
non reuelat

¶ Apoſtolice ſedis

Suſpēſio ab officio ⁊ remotio a bn̄
ficio ab electione quē remouetꝰ. Nō
g. que dicit ꝙ mitiꝰ agitur ꝑ canonē
ꝙ ꝑ miniſterium iuris. Item dicit ꝺ
abſolutione ad cautelam

¶ Dilecte

Contra reum ſuā appellationem ꝓſe
quentem non poteſt proponi excōi-
cationis exceptio. Nota tex. qui vi-
detur innuere ꝙ non valet exceptio
excōmunicationis late in aliqueꝫ pꝰ
legitimam appellationem. et glo. eſt
notabilis ſuper illo.

¶ Significauerunt.

Actor originaliter excōicatꝰ ad ꝓſe
quendum ſuam appellationē non re
pellitur. Nota tex. qui dicit ꝙ om̄is
legitīa defenſio excōicato in iudicio
reſeruatur. Item dicit g. inter cetera
ꝙ quilibet damnatus poteſt appella
re. ⁊ alle. concor.

¶ Exceptionem.

Exceptio excōmunicationis in qua
libet parte litis poteſt opponi. Vide
g. huius. c. que eſt notabilis et magi
ſtra. et diſtinguit quotuplex eſt ex-
ceptio. ſcꝫ dilatoria et peremptoria.
Itē dicit ꝙ nulli licet ignorare qꝺ
publice factum eſt. Item ꝙ de occul
tis non cogimur diuinare Itē quos
pretor prohibet in totum prohibet
Item non tenemur ad obſeruatio-
nem excommunicationis niſi poſt
publicationem. et ad hoc glo. alleg.
iura ꝛc.

¶ Aduerſario.

Exceptio rei iudicate nō obſtat cuꝫ
pretextu noue poſſeſſionis actio in-
tentatur. Nō g. que in hoc eſt nota-
bilis ꝙ declarat q̄s dꝫ dolū ꝓbare.
cū dicitꝰ q̄s dolo deſiere poſſidē. itē
dicit g. ꝙ tria ad minꝰ ꝯcurrere de-
bent vt exceptio rei iudicate habeat
locū. Primo ꝙ ſit idem corpus ſiue
eadem ſit q̄ntitas et ideꝫ ius ſiue cā
petendi. et eadem conditio perſona
rū. et g. ad qꝺlibꝫ allꝰ. concor

¶ Venerabilem.

Excōmunicatus poteſt appellare ⁊
ſuper appellatione litteras impetra
re ⁊ appellationē proſequi. Nō glo.
que dicit ꝙ reus excōmunicatus ſi-
ue a iudicibus ſiue ab alijs tempore
impetrati reſcripti non prohibetur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

appellare nec ꝓſequi appellationem ſuā.et alle.concor..

¶ Ti.de exceptionibus.li.vi.

¶ Pia conſideratione

Sex ſūt dicta hui⁹ decre. Primo ponit arengā ⁊ ius antiquū et ↄſtōnis cām. Scdo dicit ꝙ re⁹ q̄ ↄtra actorē de excōicatione excipit vt ipm̄ repellat ab agendo.dꝫ ipius excōicatōis ſpēm ⁊ nomen excōicatoris exprimē et eā infra octo dies probare .alias iudex ꝓcedat in cā ⁊ reum in expenſis condemnabit. Tertio ſtatuit ꝙ ſi iterum obijciat̄ ⁊ ꝓbetur eadem vel alia excōicatio actor repellit̄ ſꝫ que acta ſunt valebūt. Quarto vltra duas vices hec exceptio non opponat̄ niſi cā expreſſa. Quito ſi opponatur poſt rē iudicatā impedit̄ executio.ſētentia tn̄ nihilomin⁹ valet. Sexto dicit ꝙ iudex publice excōicatum reo non opponente ex ſuo officio dꝫ ab agendo repellere. Nō g.notabileꝫ q̄ dicit ꝙ ꝓpter ſolam ↄtumaciaꝫ excōicatur quis ab homine.

¶ Cum quidam

Exceptio rei iudicate per ecc̄iaſticū iudicē admitti dꝫ in foro ſeculari et ecōuerſo. Nō g.que inter cetera ponit caſus in quib⁹ iudex eccleſiaſtic⁹ habꝫ cognoſcere

¶ Tit.de exceptionib⁹.in cle.

¶ Excōicationis

Exceptio excōmunicatiōis poteſt dilatorie in q̄libꝫ parte litis opponi termino peremptorio ꝑ iudicem aſſignato ad ꝓponendum exceptiōes declinatorias ⁊ dilatorias non obſtante ſeruata tn̄ ↄſtitutione fe.re. Inno. pape.iiij.edita ſuper hoc in concilio Lugdunēſ.Ꝙ.que eſt eo.li.vi. et incipit.pia..

¶ Titu.de preſcriptionib.extra

¶ Placuit.

Hoc.c.in p̄mo ponit vnum caſum in quo currit preſcriptio infra trienniū contra ecc̄iam. Itē ponit duos caſus in quib⁹ non currit p̄ſcriptio ſed dormitat. Nō g.q̄ dicit de illo q̄ negligit eccleſiam ſuam ad ſex menſes et ꝙ vacante eccleſia ei nō currit preſcriptio.et alle.g.

¶ Nihil prodeſt.

In re inuaſa non currit preſcriptio. Uel ſic. proteſtatio p̄ncipis interrūpit p̄ſcriptionē Ab. Nō.g.que arguit ꝙ ſcandalū eſt deſiſtere a iure ſuo Itē aplus ne aliquē ſcandaliſaret ꝓprijs manibus ſibi victuꝫ querebat. Itē dicit ꝙ victu ⁊ veſtitu contenti debemus eſſe. Itē ꝙ taciturnitas p̄lati non preiudicat eccleſie ⁊ q̄liter hoc intelligatur vide g.

¶ Sanctorum.

Ecc̄ia per.xxx.annos p̄ſcribit ↄtra laicū. Nota g.que declarat quid ſit quiete ⁊ ſincere poſſidere.quiete eīn ſecludit interruptionē. ſincere vero ſecludit malam ſidem.et preſumitur bona fides niſi probetur contrariū ⁊ allegans malam fidē tenetur eā ꝓbare.et g.ad hoc alle.concor.

¶ De quarta

Preſcribit cleric⁹ contra ep̄m.lx.annorū ſpacia q̄rtam decimarum. Nō glo. que dicit ꝙ hodie iure ↄmuni ſola.xl.annorum preſcriptio currit contra eccleſiam nulla diſtinctione

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

facta inter eccias et monaſteriū. itez
dicit q succedens in locū alteri⁹ iu
ſtam habet ignorantie cauſam

¶ Vigilanti

Cum mala fide non currit pſcriptio
Nota tex. multū in hac materia no-
tabilē q nulla antiqua dierum poſ
ſeſſio iuuat malefidei poſſeſſorez. nō
gl. que etiam dicit q conditor legis
vel canonis pt mihi dare rez alienā
et tutus ero. ꝛ all'.

¶ Ad aures

Una eccleſia in parochia alteri⁹ ſpa
tio. xl. annorum pſcribit Nō tex. qui
dicit q quadragenalis preſcriptio
omnē prorſus actionem ſecludit. itez
nō g. que dicit q titulus ſit neceſſari
us. Itē arguit q ſm canones actio
ſit ponenda licz contrarium ſit ve-
rum.

¶ Cauſam que

Laici decimas poſſidere ſeu preſcri
bere non poſſunt Nota g. que i hoc
eſt notabilis. q in preſcriptione exi
gitur ciuilis poſſeſſio ſcilicz q perſo
na ſit talis in quam poſſz cadere hu
iuſmodi poſſeſſio. item q preſcripti
onem allegare non poteſt niſi ille q
poſſidet.

¶ Illud autem

Ubi a diuerſis ponitur preſcriptio
ꝛ interruptio, vterqz pbare tenetur.
nota glo. que dicit q interruptio fit
plurib⁹ modis, naturalit. ſcz ꝛ ciuili
ter. naturalit fit duob⁹ modis. item
ciuiliter fit multis modis. et primo
per libellum principi oblatum

¶ Quia iudicante

Limites pdiorū pſcribi pnt ſi. xl. an
nis poſſideantur. nota gl. que notat
q iudex poteſt iudicare ſm qd nouit
et non ſm allegata. et declarat quō
fines diuidendi ſiue preſcribendi ſūt

¶ Ex tranſmiſſa

De iure cōi ad eccliaz matricē ptinet
pceptio decimarū ptra qd hoſtilita
tis tpe pſcriptio nulla currit. nota
g. que dicit in qb⁹ pſiſtit ius funeran
di. itez q tēpore hoſtilitatis preſcri
ptio non currit.

¶ Accedentes ad

In procurationib⁹ debitis nuncijs
dñi pape nō currit preſcriptio. nota
text. qui dicit q id qd omnibus im
minet ab omnibus comportetur. itē
dicit g. vbi onus ibi emolimentum.
item dicit g. q in procuratione que
debetur rōne viſitationis nō currit
preſcriptio

¶ Cum non liceat.

Aduerſus obedientiam non currit
pſcrptio. nota g. ſatis notabilez que
dicit q eo ipo q eccleſia pſtituta eſt
in dio. alicuius dicitur ſibi ſubiecta.
item tene gl. menti que enumerat ca
ſus in quibus non currit preſcriptio
Primus eſt inobedientia. item in p-
curatione

¶ Ad audientiam.

Contra vaſallum Ro. eccie nō cur
rit preſcriptio niſi cētenaria. nota gl.
que dicit q liber antiqu⁹ cenſualis
facit fidem. item q preſumit p aliq
pter iuramentū p eum preſtitū. itez
plus creditur tabellioni q teſti qui
dicit ſe ita non depoſuiſſe pnt tabel
lio ſcripſit. item quandoqz idem ho
mo facit aliquid vt homo. qnqz ali
quid vt rex

¶ Cum nobis

In pſcriptione centenaria q currit
ptra Ro. eccliam non pputat tempo
ra hoſtilitatis atqz ſciſmatū. nota g.
que dicit q nemo debet eſſe ſine

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

capite Itē notat gl. ꝙ ꝑ inſtrumēta
non probatur poſſeſſio. Itē dicit g.
in fine ꝙ ſufficit ꝙ ita placuit legi.
Item probatur per hoc qđ quis a
maioribus audiuit.

¶ Auditis

Iura ep̄alia pertinentia ad ep̄m p̄t
abbas preſcribere. Nō gl. ꝙ abbas
p̄t om̄ia iura p̄ſcribere q̄ p̄t poſſidē.
Itē ꝙ ab. p̄t p̄ſcribē ꝯgnitōez cāruz
matrimonialiū. Itē dicit glo. id qđ
meū eſt ex vna cauſa non pōt meum
eſſe ex alia. Itē dicit g. qui aurez ho
minis tetigit totum hominē tetigiſ
ſe videtur. de pe. di. j. vulgaris.

¶ Cum ex officij.

Contra ꝓcurationē q̄ rōne viſitati
onis debeť nō currit p̄ſcriptio. Nō
tex. ſatis nōbilē q̄ dicit ꝙ ſm ap̄lum
non eſt magnū qui ſp̄ūalia ſeminat
ꝙ metat carnalia. Itē dicit ꝙ nemo
cogitur ſuis ſtipendijs militare Itez
dicit gl. ꝙ q̄ꝺiu quis habz iter. tam
diu debet habere et hauſtum. itez di
cit gloſa ꝙ contra correctionem nō
licet ſuffragia querē. ꝛ alle. ꝯcor.

¶ Si diligenti

Non preſcribit qui poſſidz noīe ali
eno. ſz is cui⁹ noīe poſſidetur. Nō te
xtū qui dicit. ꝙ ille poſſidet cui⁹ no-
mine poſſidetur. itez ꝙ ſola centena
ria preſcriptio currit contra Ro. ec.
itē ꝙ illa difficulter probari poteſt.
Nō g. ꝛ tene eā menti quia declarat
qn̄ i p̄ſcriptione ſufficit bona fides.
item qn̄ req̄ritur titulus. Et quid
ſit bona fides. ꝛ quid ſit titulus. itez
dicit ꝙ incorꝑalia q̄ſi poſſidentur.

¶ Cum olim

Priuilegio per arbitriū derogatur.
ſed ſi poſt arbitriū impetretur non
valet niſi de ip̄o fecerit mentionem.
ſed his non valētibus ꝓbata p̄ſcri
ptione in ep̄alib⁹ ep̄o derogetur.

¶ Veniens.

Qui preſcriptione cōpleta ꝑuilegiū
impetrat ꝛ vtitur illo preſcriptioni
renunciat. ſi preſcriptio non erat cō
pleta malā fidem hz. ꝛ ideo non pre-
ſcribit. Vel ſic. Si preſcribens rei p̄-
ſcripte contrariuz impetret amittit
preſcriptionem

¶ Quoniam omne

Sine bona fide nulla currit preſcri-
ptio. Nō tex. qui dicit. Qđ omne qđ
non fit ex fide pcc̄m eſt. et expone ex
fide. id eſt ex̄ conſcientia. Nota gl. q̄
declarat materiam preſcriptionis q̄
ad ius ciuile et quo ad ius canoni-
cuz. item mouet queſtionez de prela
to qui habz leſam conſcientiaz de re
bus eccleſie

## ¶ Ti. de preſcriptionib⁹. li. vi.

¶ Ep̄m qui

In preſcriptionib⁹ ſufficit bona fi
des vbi ius ꝯmune vel preſumptio
non eſt contra preſcribentem. alias
dz alligari titul⁹ ꝛ probari niſi ſit p̄
ſcriptio cuius contrarij non ſit me-
moria. Nō g. q̄ inter cetera videť tā
gē de veſtib⁹ ꝛ auro ꝛc. qb⁹ liceat por
tare. et de diuerſitate p̄ſcriptionis

¶ Si qui

Priuatus ip̄o iure vel per ſententiā
bonis que tenet a Ro. vel alijs eccle
ſijs minori illa ſpacio. c. annorum cō
tra romanaz. vel. xl. contra alias nō
preſcribit. Filij autem hereticoruz q̄
catholici putabātur bona paterna
cōtra Ro. et alias eccleſias p̄ſcribūt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xl.an.et idem in extraneis

¶Titulus de re iudi.extra.

Sententia

Sententia ꝯtra leges vel canones lata licet ab ea nō appelletur.tamē nō poteſt iuri ſubſiſtere neq3 valere. Nota gl.q̄ tāgit an valeat ſnīa lata ī pſona falſi ꝓcuratoris.⁊ qn̄ ſnīa ab initio ē nulla ⁊ qn̄ eſt aliqua.

¶Iurgantium

Litigantium cōtrauerſias celeri ſententia terminari conuenit equitati et rigori Nota gl.que determinat qualiter et quando iudex debet feſtinare cū ſnīa ſua et qn̄ non

¶Non poteſt

Sine concordi ſacerdotum ſentētia ⁊ niſi ex iuſtis cauſis non poteſt quis a ſacerdotali gradu amoueri. Nota glo.que diſputat an et quando iudices omnes in ſententijs ferēdis debent concordare.et arguit ꝓ ⁊ cōtra

¶Ea que iuxta

Sententia iuſta ſm canones lata ꝑ papam debet confirmari atq3 roborari Et hoc intellige verum ſm glo. ſi fuerit poſtulatum.alias ſecus.et dicit glo.quid operetur talis roboratio.

¶De cetero

Si obijciatur quid falſi contra ſnīam in executōe ſententie ſupſedere d3 executor a toto negocio.et queſtiones ad ſe.ap.remittere. Nota gl.que dic de falſitate ſententie. Et arguit an et qn̄ executor poſſet cognoſcere ⁊ quādo ſupſedere

¶Cum aliquib⁹

Quādo alicui adiudicatur poſſeſſio non ſufficit ei dari pignora niſi pri⁹ corporali gaudeat poſſeſſiōe. Nota glo.que dicit ꝙ pignus aliter non reſtituitur niſi ventum fuerit in poſſeſſionem.et alle.ad hoc concor.

¶Lator preſentium

Qui procurauit in cauſa matrimoīali malam ferri ſententia3 diuorcij ipſe poteſt poſtea contrauenire. Nota ex glo.ꝙ in cauſis in quibus vertit̄ periculum anime poteſt aliquis veire cōtra factum ſuum.et reuocatur ſententia quam ferri procurauit. ⁊ ſi conſtiterit eccleſiam fuiſſe deceptā reuocatur ſnīa ⁊c. Itē dicit gl.ꝙ cōtra matrimoniū nō currit pſcriptio. Item ſnīa lata contra matrimoniū non tranſit in rem iudicatam

¶Cum cauſa

Propter laicorū conſuetudinē non ē ſententia contra eccleſiā ꝓferēda. Nota glo.que dicit ꝙ cū quis non ꝓſequtur ap.infra terminū ſibi a iudice pſixum extunc iudex procedere poteſt. Item vide glo.que diſputat an ⁊ qn̄ cōſuetudo ꝓiudicat legi.

¶Inter ceteras

Quando cauſa aliqua committitur app.re.et ſententia fertur iniqua eam euacuari oportet remedio app. Nec ei debet ſtari ſi iniquitatem cōtineat manifeſtā. Nota glo. que diſtinguit qn̄ ſententia lata eſt contra ius canonicū vel leges vel ius partis

¶Tenor lr̄arum

Non eſt neceſſe a ſententia cōtra abſentem lata appellare quando abſens non fuit per contumaciam Nota g. q̄ diſputat de infirmo. an debeat ad iudicium venire. Item dicit gloſa ꝙ nihil refert an quis verbo vel facto declaret voluntatem ſuam et dicit ꝙ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

preſumitur ꝑ mrimonio ꝑ imiſſionem anuli interueniente conſenſu tacito ꝛc. Itez glo. diſputat de abſentia ptis in platōe ſnie

Conſanguinei

Non eſt propter nudum dictuz vniꝰ coniugis a ſententia lata ī cauſa matrimoniali recedendum. Nota glo. q̄ dicit ꝙ propter confeſſionem cōiugum non ſeparantur.

Cum olim

Contra pronunciationem pape facta bñficij collatio tanq̄ ſurrepticia non valet. Nota glo. que dicit ꝙ iudex mutans interlocutorias preſumitur circumuentus. Item ꝙ licitum ē cuilibet vigilare pro comodo ſuo. licet in hoc alteri preiudicetur

Cum inter

Statur ſententie late contra ius partis prolate ex quo ab ea infra decem dies non fuit appellatum. Nota gl. q̄ dicit ꝙ poſt. x. dies ſententia tranſit ī rem iudicatam ꝛc. Item ꝙ res iudicata pro veritate accipitur. Item dicit tex. ꝙ veritas geſtorum preferēda ē ſermonibus atq̄ verbis

Cauſam que

Sufficit ad confirmatōnem ſentētie ꝙ nihil iniquum contineat ſi contra eam aliud nō probetur. Nota ꝙ iudex cui commiſſa eſt cauſa inquiſitōnis pmo poteſt inquirere de fama licet hoc non committatur Item multa faciunt in hoc capitulo ꝑ ſentētia pmo qꝛ nihil iniquuz cōtinebat Itez de cōmuni ptium conſenſu fuit cauſa admiſſa Itē requiſitꝰ fuit iudex ad ꝓnunciandū ab vtraq̄ pte. de iſtis vide glo. huius capituli Et iterum nota ꝙ iudex non debz animū eius alli gare ad vnam ſpēm ꝓbationis.

Quod ad conſultationem

Sententia ſiue fuerit interlocutoria ſiue diffinitiua in rem tranſit iudicatam ſi ab ea infra decem dies nō fuerit legitime appellatuz Nota tex. qui dicit ꝙ tempus executōnis ſentētie. ſ. quadrimeſtre pt a ſedente in medio progari et etiā artari Uide glo. que declarat quibus modis et qualiter iudex id ē executor excedit modū

Sicut nobis

Iudex non teneť cām q̄ ſuum animū mouet in ſnia exprimere. Nota gl. q̄ in hoc eſt notabilis et ſingularis. qꝛ docet qñ teſtis debz dicere cām dicti ſui et quando non. Item dicit ꝙ teſtis debet de cā ſcientie ſue interrogari Item tangit pulchre an iudex in ſnia ſua debeat cām exprimere et qd mouet eū in ſententia proferenda. et arguit pro et cōtra

Cum ſuper

Differtur ſententie executō ſi ius tertie perſone leditur ex ea. Nota ex fine textus ꝙ res inter alios acta nemini preiudicat. qd ē caſus rō. ſimile infra eo. c. q̄uis. Et nota g. que dicit ꝙ ſnia quandoq̄ tenet quo ad vnaz perſonam et non quo ad aliā. ſic etiā vltima voluntas defuncti tenet quo ad filios. et non quo ad extraneos. Item dicit gl. ꝙ per ſniam parti non fit magnum preiudicium. ſed per executionem

Cum bertoldus

Retractatur ſententia in abſentez lata ſi probatur eius abſentie iuſta cā Nota ꝙ opinio non debet preiudicare veritati Nota gloſam que dicit ꝙ ea que aduerſus abſentes non per

# De re iudicata in antiquis

contumaciam ſtatuuntur non tenēt.
Item notat quādo quis poteſt pur-
gare morain in iudicijs. Item dicit
gloſa ꝙ non dicitur iudicatū vbi iu-
ſte detentus preſens eſſe non potuit.
Item tangit glo. an ius patronatus
tranſit cum vniuerſitate et in obliga
tione pignorum.

¶ In cauſis

Sententia ſummi pontificis ad con
ſequentiam eſt trahenda. Et nota g.
que dicit ꝙ alij inferiores ſimiliter iu
dicare debent. ⁊ dicit glo. predicta fo
re vera in ſententia diffinitiua ſecus
interlocutoria. et arguit ꝓ et contra
et intelligit de interlocutoria in cor-
pore iuris clauſa.

¶ Inter monaſteriū

Tenet ſententia diffinitiua contra p̄-
mam ſi de prima non fuit exceptum.
nec a ſecūda ſnīa appellatū. Nota tex.
qui dicit ꝙ pretextu nouorum inſtru
mentorum lites ſopite non debēt in
ſtaurari. Dicit etiam ꝙ dilatorie op-
poni debent ante litis ingreſſuȝ. No
ta glo. que tangit qn̄ cauſe ſuſpitiōis
contra iudicem ſunt proponēde. Itē
declarat quando ſententia tenet con
tra rem prius iudicatam

¶ Suborta inter

Tenet ſententia contra priuilegia la
ta ſi non fuerint exhibita Nota glo.
que dicit ꝙ cōfeſſio ꝓcuratoris dn̄o
preiudicat. et alle. Item notat glo. ꝙ
inſtrumentum eoipſo intelligitur re
probatum. qđ cum iudici oſtenditur
contrariū iudicat̄. ſic et teſtes etiā re-
probātur eoipſo ꝙ iudex contrariuȝ
iudicat. c. cum dilect⁹. ẜ. đ ordi. ꝯgni.

¶ Cum. i. et. a.

Cum multa negocia per eandē lr̄ām
committūtur poteſt vno ſuſpenſo in
altero ferri ſnīa per delegatū. Nota
glo. que dicit ꝙ ille qui malo zelo ad
teſtimoniū mouet̄ admitti non debȝ
Item dicit glo. ꝙ conſpiratores nul-
lo modo recipiendi ſunt.
Item dicit glo. et eſt notanda ꝙ non
ſufficit probare cōſpiratōem vel con
iurationem vel falſitateȝ teſtis vel in
ſtrumenti niſi probetur iudicem ſecu
tum fuiſſe predicta

¶ Cum. a. et. b.

Actio iniuriarum condemnatum in
famat Nota gl. que dicit ꝙ actio in-
iuriaruȝ infamat ſiue ciuiliter ſiue cri
minaliter agatur Item dicit ſi vis vi
tare infamiam conſtitue ꝓcuratoreȝ
et euades infamiam. licet feratur ſen-
tentia contra te. et alle. glo.

¶ Ad probandū

Sententia lata per illuȝ qui publice
fuit excommunicat⁹ nō valet. Nota
glo. que videt̄ ſentire ꝙ quicqđ facit
iudex excommunicat⁹ donec nō con
ſtiterit de ſua excommunicatōe valȝ
⁊ glo. all'. ⁊ hoc cū cōmuni hoīm opi
nione liber et abſolutus habeat̄. Itē
dicit glo. ꝙ hoc caſu vtile per inuti-
le viciatur. et alle.

¶ Quāuis regulariter

Si actio vel defenſio primo loco p-
tineat ad aliquem et ipſe ſcienter pa-
tiatur ſequentem experiri đ re illa in-
telligitur iuri ſuo renūciare Vide gl.
que declarat iſta per exemplum. vbi
dicit verbi grā. et c̄. vide etiam glo. q̄
declarat qn̄ res inter alios acta alijs
preiudicat ⁊ quando non. et ad hoc
ſolet allegari iſtud capitulū

¶ Duob⁹ iudicibus

Si duo iudices ordinarij diuerſas



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tulerũt ſnĩas tenet ſnĩa ꝓ reo non ꝓ actore niſi in cã fauorabili puta mri monio libertate dote ſeu teſtamento Si vo fuerit delegati vtraqꝫ ſnĩa pẽ det ex arbitrio delegãtis ſi ꝓceſſerũt ex cõpromiſſo neutrũ dꝫ hrẽ vigorẽ

Titulus de re iudi.li.vi.

Cum eterni

Iudex qui cõtra iuſticiã ⁊ cõtra con ſcientiã aliquid in iudicio ĩ grauamẽ partis fecerit ꝑ grãꝫ aut ꝑ ſordes cõ demnãdus eſt parti leſe in eſtimatõꝫ litis.et per annum eſt ſuſpenſus. ⁊ ꝑ petuo ſi medio tempore ſe ingerat di uinis niſi papa cũ ipſo diſpenſet. Et vide glo.in verbo condemnãdꝰ qua liter punitur de iure ciuili

Ad apoſtolice

Papa poteſt impatorem deponere ab imperio propter ſuam rebellionẽ ⁊ ſibi fauentes excõmunicare. Et va ſallos ſuos a iuramento ſibi ſuper fi delitate preſtito abſoluere. Ac etiam electoribus aliũ eligendi licentiã da re. Nota glo.in principio ſui que vi detur tãgere de ꝑtãte pape et cõcilij.

Abbate ſane

Qui petit rem in iudicio certa cauſa expreſſa ſi illã cãm nõ ꝓbat ſuccũbit licꝫ aliã ꝓbet maxie poſtmodũ emer gentẽ Nõ g.q̃ dicit inter cetera ꝙ re ges q̃ ſpũalia ſũt poſſidẽ nõ pñt. nec poſſũt illa donare Itẽ dicit ꝙ dona tõem neceſſario cõcomitat̃ tempꝰ ⁊c. Et vide pulchrã et nõbilẽ gl.de libel lo alternatiuo vtꝝ recipiat̃.vide etiã cã vbi dicit ꝙ in cõtractu tempꝰ ⁊ lo cus inſeri debent ꝑ notariũ.

Cum ab vno

Si ex pluribus iudicibꝰ vel arbitris vnꝰ alijs pñtibus ⁊ mãdantibꝰ ꝑ ver ba pluralis numeri ferat ſnĩam tenet ſnĩa.electio ãt ꝓnũciãda ẽ ꝑ verbum ſingularis numeri Nota glo.que di cit ſufficit ita fuiſſe ſcriptum.

Et ſi ſententia

Sententia diffinitiua debet in ſcptis a iudice ꝓferri. poteſt tñ epũs ꝓpter ſue dignitatis prerogatiuam ꝑ aliũ ſententiam recitare Item iudex debꝫ ſententiando ſedere non ſtare. Nota gl.que enumerat ſiue recitat cauſas ĩ quibus non eſt opus ſentẽtiaꝫ recita re in ſcriptis

Titulus de re iudi.in cle.

Ut calumniis

Qui tres ſententias rei cõtrarias in quauis cã reportauit nõ agit d̃ earũ nullitate nec excipit de eaꝝ executõe nõ facta.⁊ reſpicit etiã pendẽtia. Nõ g.q̃ dicit ꝙ ſi etiã victor nõ petat exe cutõem.ꝑ modũ tñ exceptõis repel lere poterit volentẽ agẽ de nulllitate

Paſtoralis

Sentẽtia lata ꝯtra illũ q̃ ſe defẽſare nõ potuit ⁊ in loco nõ tuto notorie ⁊ in abſentẽ nõ citatũ legitime ac in auditũ ipo iure ẽ nulla. Nota ter. q̃ dicit ꝙ nullus dꝫ ſe in manibꝰ hoſtiũ ſuoꝝ exponere Itẽ dicit ꝙ defenſio ẽ iuris naturalis ⁊c. Nota glo.q̃ di cit de triplici corona imperiali.

Titulus de appellatõibus

Dilecti filii

Collatio beneficij facta poſt appel

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# De appellatõibus in antiquis

legitimam nõ tenet. Nota glo. q̄ tangit de fama ⁊ qñ fama ſufficit ⁊ quãdo non. Item tangit etiã ꝙ q̇s ꝑdit ius ſuũ ꝓpter negligentiam

¶ Inter cetera

Non valet appellatõ generalis Nota glo. que diſputat ꝙ id qd̄ nõ valꝫ in genere valet in ſpecie Iteꝫ dicit ꝙ a futuro grauamine non eſt appellãdum niſi a grauamine comminato.

¶ Ad nr̄am

A correctione regulari non appellaẗ Nota ꝙ appellatõ nõ eſt inuenta vt ſit vinculũ iniq̇tatis Itẽ dicit ꝙ vtẽdũ eſt aliquo ad illum vſum ad queꝫ eſt inuentũ ſiue inſtitutũ ⁊c. Item notat glo. ꝙ a correctõne non eſt appellandũ ⁊c. niſi mod⁹ excedaẗ. ⁊ hoc gloſa determinat et alle.

¶ Perſonas eccleſiarũ

Quis poteſt ſue appellatõni terminũ cõſtituere ſiue ſtatuere ꝯpetentẽ alioquin a iudice ſtatueẗ ſiue a iure. Nõ glo. que dicit de diuerſis terminis q̄ ꝓſiguntur in appellationibus ⁊ quẽ terminum ꝑtes poſſunt preuenire et quem non poſſunt preuenire.

¶ Cum ſit romana

Appellans infra annum teneẗ ꝓſequi appellatõem ſuaꝫ niſi iudex a quo receſſus tempus fuerit moderatus. ⁊ ſi infra id tempus non ꝓſequiẗ tenebit ſnĩa. Item dicit ꝙ maleficus notori⁹ non auditur appellãs Itẽ dicit differentiam inter appellatõem et prouocationem

¶ Ad hec

Poteſt quis coraꝫ appellato iudice conueniri niſi velit ipſum tãꝙ ſuſpectum recuſare Nota glo. que videtur dicere ratõem quare iudex a quo eſt appellatum eſt appellanti ſuſpectus. Iteꝫ dicit glo. quid faciendum ſit qñ iudex a quo eſt appellatuꝫ allegatur ſuſpectus.

¶ Si duobus

Qui appellat ad papã tenetur coraꝫ ſuo ordinario ad quem ſuus aduerſarius appellauit cõparere ſi citeẗ ab eo. alias poſſit excõmunicari ab eo. Nota glo. que dicit ꝙ quis vocatus a pretore debet comparere ⁊ priuilegiũ ſi quod habet allegare ⁊c.

¶ Ex ratione

Propter impotentiã datur bienniuꝫ imo triennium ad appellatõnis cãm finiendam Nota gl. q̄ declarat multiplicem impotentiam. et dicit ꝙ id quod per me non ſtat mihi imputari non debet

¶ Meminimus

Nuncij miſſio excuſat ante citatõem vt non teneatur qui miſit nunciũ coram delegato iudice comparere Nota gl. que querit quid ſi perſonaliter iuit ad curiam ⁊c. Item dicit gloſa ꝙ plus eſt facto q̄ꝫ verbo appellare

¶ Super eo

Si ſuper aliqua exceptõne fuerit appellatum ⁊ ſine illa pricipalis terminari non poſſit ſuperſedetur in negocio principali. Et ſi pars aduerſa de falſi ſuggeſtione in appellatõnem ꝓrũpit propterea non eſt ſententia diffinitiua differenda. Nota gloſam q̄ ponit caſum in quo quis cogitur litigare corã iudice ſuſpecto.

¶ De appellatõibus

Defertur appellationibus in cauſis minimis interiectis Nota gl. que declarat que cauſa diciẗ minima Item dicit ꝙ in appellatõib⁹ non attendiẗ



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quātitas cauſe ſed quātitas grauami
nis Itē dicit ꝙ ꝓ mīma re non daꝛ
actō ꝺ dolo ſꝫ bn̄ actō furti ꝙ actō ꝛc

¶ Super eo

Appellatur ſm canones ante ⁊ poſt
ſententiam. ſm leges vero non appel
latur ante ſententiam niſi in certis ca
ſibus. Itē in cauſis eccleſiaſticis vbi
tollitur remedium appellationis ibi
tollitur etiam recuſatio Item vbi cā
infra certum tempus decidenda cō-
mittitur currit tempus a receptione
literarum

¶ Peruenit ad

In exceſſu notorio non admittitur
appellatio Nota glo. que dicit ꝙ ne
mo poteſt compelli ad ꝓſequendum
appellationem Item dicit glo. ꝙ vbi
iniuria eſt manifeſta ꝑino debet fieri
ſatiſfactio anteq̄ detur abſolutio.

¶ Cōſuluit

Quādo a notorio exceſſu appellatur
non eſt appellatio admittenda No-
ta tex. et glo. qui loquuntur de noto
rio ⁊ dicit ꝙ tribus modis aliq̄d di
citur notoriū Item dicit tex. ꝙ iudex
cauere debet ne iudicet illud fore no
torium qd̄ tn̄ non eſt notorium

¶ Suggeſtum

In illuſionem ſedis ap. nullus debet
appellare Nota glo. in ꝑn. ſui q̄ dicit
ꝙ p̄t appellare aliquis in abſentia iu
dicis Item dicit gloſa id quod inuē
tum eſt propter concordiam non de
bet vergere ad noxam

¶ Ad preſentiam

Poſt appellatōem lata ſententia ex-
communicationis non tenet. Nota
gl. que dicit ꝙ ſepe petitur abſolutio
ad cautelam licet excōmunicatō ꝺ iu
re non teneat. Itē dicit g. de excom-
municatōe facti et abſolutōe facti.

¶ Cū teneamur

Appellans ſuper vna re ſi ꝑ aduerſa
rium grauetꝛ ſuper alia re vel per ter-
tium poteſt ad iudicē recurrere ap-
pellatum. Nota gl. ꝙ ille q̄ appellat
in vno articulo non videtur declina
re iudicem in alio.

¶ Cōſuluit

Non valet appellatio generalis ab
omnibus cauſis. ſecus ſi appelletur a
grauamine et omnibus grauamini-
bus vnius cauſe. Et vide hic hoſti. q̄
concordat iſtud capitulū cuꝫ capitu
lo. ij. §. eodem

¶ Cum parati

Pretextu appellationis inſufficiētis
nemo debet excuſare quin reſpōdeat
Nota glo. que inter cetera notabiliꝛ
dicit ꝙ ſimplici nuncio credenduꝫ ē
etiam in alterius preiudicium. et alꝛ.
Item dicit glo. ꝙ nemo ꝓhibetꝛ plu
ribus defenſionibus vti.

¶ Ad hoc

Cum excommunicatꝰ abſoluitꝛ ⁊ an̄
ꝑceptū ſub debito iuramēti adimple
re ꝓmittit ſi grauatꝛ non obſtante iu
ramento appellare poteſt. Nota gl.
que dicit ꝙ ex iuſta cā q̄s poteſt deſe
rere iuramentū ſuum. et alle. concor.

¶ Queſtioni

Iurans ante abſolutionem ſtare mā
datis eccleſie ſi poſt mandatum ſaltē
in notorijs obedire contēnit non au
ditur appellans. ſed reducendus eſt
in p̄ſtinam excōmunicationis ſniam
Item glo. dicit quomodo iſtud capi
tulum differt a precedenti.

¶ Preterea

Qui ad ap. ſedem appellat et de poſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

grauia crimīa notorie committit nō obſtante appellatōe poteſt coram iudice a quo cōueniri atq; puniri Nota glo. que dicit ꝙ in enormibus criminibus appellatio non defendit. et alle. glo. concor.

Conſtitutis

Qui nō detulit appellatōi ꝑ aduerſarium prius facte de ſua poſteriore appellatōe nō poteſt excipere ꝯtra illū Nota gl. q̄ dicit ꝙ fruſtra auxiliū legis inuocat q̄ in legem committit

Propoſuit nobis

Appellans ab ordinario in vna cauſa in alijs coraz eo cogitur reſpondere. poteſt tamen recuſare eum niſi cuz de manifeſto ꝛ graui crimine conuenitur Nota glo. que dicit ꝙ hoc verbum debet importat neceſſitatem

Qua fronte

Abſoluetur excommunicatus cautō ne preſtita licet aduerſarius vel excōmunicator ne abſoluat̄ appellet. Nota glo. in prin. que dicit peccaſti quieſce Item dicit ꝙ citius homo propt̄ peccata ſua moritur ne peccatū ipſiꝰ augeatur. ſic ꝛ tolluntur boni ne malicia mutet intellectū illoꝝ. Item dicit de cautōe.

Reprehenſibilis

Prelati ſuſpendere vel excommunicare non debent niſi monitione premiſſa Nec ſubditi et precipue regulares contra diſciplinam appellare nō pn̄t. appellāti ſtatuitur terminꝰ infra quē ſi nō ꝓſequitur appellatōem ꝓſequēti condemnabitur ī expēſis. Nota gl. que tangit caſus in quibus q̄s abſq; monitione incidit in canonem ſiue ſuſpenſionem ipō facto

Ad hoc

Iudex ordinarius a quo appellatur poteſt partes compellere ꝙ appellationem ꝓſequantur vel coram eo pareant iuri. Et ſi recuſatur poteſt cōpellere ptes ad eligendū arbitros

Peruenit ad nos

Si canonicus ad reſidentiam monitus appellat ſtatuitur ſibi terminꝰ ad appellatōem ꝓſequendam ꝛ interim bn̄ficiū ꝑ vicariū deſeruit̄ de ipſiꝰ prouentibꝰ ſuſtentandū. Nota g. que tāgit de reſidētia clericoꝝ

Conſuluit

Non valet appellatio pro iudeis interpoſita ne dimittāt mancipia chriſtiana. Nota glo. que dicit ꝙ hmōi appellationibus non eſt deferenduz que ſūt contra canonicas ſanctiones

Ad hec ſicut

Qui ante citatōem vel noticiam lrāꝝ miſit nuncium ad papam appellare poteſt ne delegatus procedat. ſecus ſi poſt Vide glo. que dicit ꝙ hodie iſta non procedunt propter capitulum Ut debitus

De priore

Qui non detulit appellatōni interiecte ad papam cum literis ſui ordinarij mittitur ad curiam Vel ſic. ob correctōnem non moderatam poterit licite appellari

Quia nos

Regulares qui amouentur a dignitatibus ſuis propter infamiam non appellant. Nota gloſam que docet qualiter pores et abbates regulariū debent contra infamatos ꝓcedere

Ad aures

Caſus eſt. ſ. eo. perſonas. Vel ſic Appellanti ſtatuitur terminꝰ infra quem ſi non ꝓſequit̄ iudex etiaz delegatus



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pꝛocedit

¶ Ad audientiam

Qui ſe et ſua apoſtolice ꝓtectōni ſub mittit. licꝫ app. verbum non exꝑmat intelligitur appellaſſe. Nota glo. in pn. ſui que dicit ꝙ ſimplicitati parcē dum eſt. Item docet quando quis ꝑ appellationem a iuriſdictione ordia rij eximitur et quando non

¶ Accepta

Non debet cā remitti ad illum iudi cem a quo eſt appellatum niſi ꝑtes conſentiant et maxime appellās ⁊ de bet hoc caſu appellās appellato cō demnari ī expenſis

¶ Poſtremo

Delegatus impetratus app. re. accu ſari poteſt ſi ſit conſanguineus impe trantis vel eius in illa cauſa fuit ad uocatus. Nota glo. notabilem de iu dice qui eſt ſuſpectus ⁊ ad vnā partē affectionatus vel conſanguineus ⁊c. Item ꝙ aduocatus non debꝫ eſſe iu dex vel aſſeſſoꝛ in cauſa ī qua fuit ad uocatus

¶ Ad hec

Sententia interdicti non ſuſpēditur ꝑ appellationem ſequentem. Nota glo. que dicit ꝙ excommunicatio et interdictum equiparātur. Item que rit anne pendēte relaxatione interdi cti poſſꝫ ab interdicto appellari Itē ꝙ in interdicta eccleſia ꝑt celebꝛari. ⁊ an hoc verum ſit vide glo.

¶ Cū in eccleſia

Iudex app. remittit ad ꝑorem iudi cem ſi non conſtat ſibi a grauamine vel iniuſta ſententia appellatuꝫ No ta glo. que dicit qñ cauſa eſt exꝑmen da in app. et quādo nō. Item notat ꝙ iudex app. conſeruās ꝑorem ſñiaꝫ nō debet eam executioni mādare

¶ Directe nobis

Si appellans quia non fuit proſecu tus app. ſuam in termīo redit ad ꝑo rem iudicem ⁊ ex alio grauamine ite rum appellat debet audiri appellans Nota glo. que tangit quotiēs ſit ap pellandum Item vide textuꝫ qui di cit ꝙ cā mrūnonialis ē fauorabilis.

¶ Preterea

Sententia excommunicatōnis ſuſpē ſionis vel interdicti lata ſub conditōe ſuſpenditur ſi ante conditōem ab ea fuerit appellatum. Nota glo. que dicē qđ ſit ſatiſfacere. Nota gl. que dicit de ſñia lata ſub conditōne

¶ Secūdo requiris

Si per reſcriptum plures committā tur articuli connexi et in vno tantuꝫ illoꝛum appellatio inhibetur in alijs intelligitur etiam ꝓhiberi. Secūdo dicit ꝙ ſuſpitionis cā ꝓponenda eſt coram iudice qui recuſatur ⁊ coꝛam arbitris ꝓbāda. Nota tex. q̄ dicit ꝙ verba deſeruiunt intentioni. Itē di cit in fi. ꝙ iuriſratio id dictat qđ ſuſ pecti ⁊ inimici iudices eſſe nō debēt Vide glo. que alle. plures concoꝛ.

¶ An ſit deferendū

Qui nō defert appellatōni aduerſarij nec dꝫ ſue deferri ⁊ ſic intelligit̄ ď ap pellatōe extraiudiciali Nō gl. q̄ dic qđ ſit fieri in cōtinenti et qđ ex inter uallo Item ꝙ fruſtra auxilium ⁊c

¶ Nouit ille

Merus executoꝛ non recuſat̄ nec ab ipō appellat̄ niſi modū excedat. Nō glo. que dicit ꝙ ille q̄ rem ꝓducit in lucem potius rem declarat ꝙ̄ aliqđ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

noui faciat

¶ Sepe contingit'

Si appellatio admittitˀ a iudice ⁊ approbatur a parte terminꝰ ad eam ꝓſequendā ſtatutꝰ ab hoīe habet vires pemptorij nec p̄t ꝓueniri Nō glo. in p̄n. q̄ tangit qñ negligētia ſiue dolus ꝓcuratoris nocet dn̄o

¶ Cōſtitutus

Si appellātes in negocio electionis infra tempus legitimuꝫ app. interpoſitam nō fuerint proſecuti nihilominus iudex ex officio ſuo de impedimentis appellatōnis cognoſcit Nota hic ꝙ electio ꝑtim per ſcrutinium ⁊ ꝑtim per viam compromiſſi p̄t fieri. Nota glo. q̄ dicit ꝙ omnes ſūt vocandi ad electionē q̄ habent intereſſe Nota ꝙ vna electōe pendente nō debet alia fieri

¶ Conſtitutis

Minus ſufficiens cā in appellatione expreſſa cōfirmatōem electōnis impedire non poteſt. Nota g. que dicit ꝙ ille qui eſt ſanctior et doctior eſt eligendus Item ꝙ modica ſcientia toleratur in prelato. Item loquitur de potentia electi

¶ Ex parte tua

Appellari poteſt ſi partibus locꝰ nō tutus aſſignatur. etiam ſi cā cōmiſſa fuit app. remota Nota g. q̄ dicꝫ ꝙ nō ſolum ꝑtes verumetiam aduocati ⁊ teſtes erunt ſine ꝑiculo.

¶ Significauit

Si q̄s ſuꝑ eadem re ad diuerſos trahitur iudices poteſt licite appellare Nota gl. q̄ docet qualiter capituluꝫ debet conſtituere procuratorem Itē docet qualiter procedendum ſit cuꝫ capitulū intēdit agere ꝯtra ſuū ep̄m ⁊ q̄liter tūc dꝫ fieri ꝯſtitutō ꝓcuratoris. Ex fi. tex. glo. ſumit ar. ꝙ q̄ plura narrat ī libello quoꝝ vnū ꝑ ſe ſufficeret ſatis ē illud ꝓbare. vi. q̄liter ꝯcordat. c. ex ꝑte ſupra d' reſcꝑ. vbi d' hoc.

¶ Significantibus

Cū agitˀ rei vēdicatōe ſi declaratō ſiue ſpecificatō rei petite denegatˀ licite appellari p̄t Et aliq̄ dicunt iſtā decretalē ſuꝑfluam ꝓpter illā ſupra de li. ob. ſignificantibus

¶ Ex inſinuatōe

Iudex a quo appellatˀ terminū prefigere nequit infra quē iudex ad quē appellatˀ appellatōem debeat terminare Nota tex. multū notabileꝫ q̄ dicit ꝙ lis q̄ in ꝯſiſtorio p̄ncipis ſperatˀ inferri abſq̄ damno more intacta ꝑmanet donec ipſā faciat introduci ⁊ a ꝓceribus iuxta morē dirimi.

¶ Bone memorie

A grauamine imminenti poteſt licite appellari. Nota hic ex iſto capitulo ꝙ hic admittitur appellatō a grauamine nondū illato. ſ. comminato ⁊ futuro. et hoc verum in appellatōne extraiudiciali Item nota glo. q̄ dicit qualiter ꝓcedendū ē cōtra illū q̄ nō ſpoliauit ſꝫ mandauit

¶ Dilecti filii

Cum eſt queſtio inter ſubditum et p̄latum ſola nūciꝫ miſſio ad ſuꝑiorē vi app. obtinet. Nō tex. q̄ dicit ꝙ plus ē facto appellare q̄ꝫ v̄bo. et ſic dicꝫ g. ꝙ facto etiā q̄s renūciat iuri ſuo ⁊ factis mentimur. et factis cōſentit q̄s ⁊c

¶ Paſtoralis

Per clauſulam app. remota remouetur oīs appellatio in iure nō exp̄ſſa

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Nota tex.in fi.qui dicit ꝙ excommu
nicatio ſemꝑ ſecū trahit ſuā executio
nem Nota glo.que tāgit qualiter ꝓ
cedendum ſit qn̄ quis poſt app.excō
municat̄.et an teneat talis excōicatō.

**Solicitudinē**

Qui appellauit ad papam ap.renū
ciat ſi ꝓ ea cā ꝓpē quā appellauit ad
archiepm iuit Uel ſic Omiſſo medio
ad ſe.ap.appellari poſſʒ Nota tex.in
fi.q̇ dicit ꝙ allegās ꝯtraria nō eſt au
diendus.et g.alle.ꝯcor.

**Dilectis filiis**

Per appellatōem pncipale ⁊ acceſſo
riū ad ap.ſe.trāſferunt̄ Nō g.q̄ dic̄ ꝙ
ille q̇ facit qđ ad ipm nō ꝑtinet etiaʒ
ſi bonū ſit ei imputat̄. Itē tāgit g.in
pn.q̄liter ſine excōicatione pſbr capi
pt. Itē tāgit de interdicto et excōmu
nicatōe Itē dicit de illo q̇ turbat di
uinū officiuʒ ꝙ ſine excōicatōe de ec
cleſia eijci pt.et alle Itē appellat eps
ꝓ ꝑplo et dn̄s ꝓ ſubdito ſuo in pe.in
ti.de appella.§.i.in fi.

**Ut noſtrum**

Poſtq̄ papa aliqđ negociū ad ſe re
uocauit inferior iudex in eo ꝓcedēs
poſtea nihil agit Nota gl.que dicit
ꝙ plus eſt negociuʒ ꝑ ſupiorem ad ſe
reuocare q̄ ad eū appellare

**Oblate nobis**

Cū termin⁹ appellatōis ꝓſeq̄nde pſi
git̄ neutra ꝑtiū illū poterit ꝑuenire.
alias ſtati appellās poterit lrās im
petrare ⁊ etiā appellat⁹ cū tn̄ nimiuʒ
nō ꝑcurrat Nota gl.q̄ dicit ꝙ nemo
dʒ ꝑuenire diligentiā alteri⁹ captioſe
et alle.xvi.q.iij.ca.placuit

**Per tuas**

Cum poſt litem conteſ.appellat̄ iu
dex appellatōnis altera ꝑtium ſe per
contumaciā abſentante poteſt cauſa
diffinire. Nota gloſam que limitat
illud quod cōſueuit dici actore non
ꝓbante.

**Ut debitus**

Appellans ante ſententiam diffiniti
uam debēt exprimere cauſam.que ꝓ
bata inueniatur rationabilis nec eſt
probabilis exceptio ꝯ nuncio miſſo
vel literis impetratis que preſentate
non ſunt Et ſi cauſa rationabilis nō
inueniatur factum ad inferiorem cū
condēnatōe expenſarū appellātis re
mittatur Nota gl.que tāgit qđ opa
tur illa clauſula app.re.et vide eaʒ ꝑ
omnia qꝛ notabilis eſt

**Cum ceſſante**

Iudex poteſt ſuam interlocutoriam
mutare. non obſtante ꝙ ab eo fuerit
appellatum Nota prin.textus ꝙ ceſ
ſante cauſa ceſſat effectus. Item no
ta glo.que dicit ꝙ ſi iudex commina
toria v̄ba dicit parti ꝙ pars ex hoc
poſſet appellare niſi iudex de hoc ſa
tiſfaciat.

**Cum ſpeciali**

Iſtud.c.docet qualiter ꝓcedendum
ſit qn̄ iudex ordinari⁹ vel delegat⁹ al
legat̄ ſuſpectus.et q̇s dʒ cognoſcē de
cā ſuſpitōis. ⁊ q̇s dʒ arbitris ꝑfigere
terminū. ⁊ qđ ſit faciendū ſi infra ter
minū nō ꝓnunciauerit. Itē dicit ꝙ i
notorijs nō admittit̄ appellatō. Itē
docet quomodo ꝓcedendū ſit qn̄ ex
ceſſus eſt dubius et ab eo appellatur
Nota in tex.ꝙ appellatio nō ē inuē
ta ad defenſionē iniq̇tatis ſic.s.eo.c.
ad nrām

**Cum cauſam**

Appellari poteſt ſi delegatus pro
ceſſum approbet delegatorum a ſuis

ſubdelegatis datorum. Nota tex.in
ſi.qui dicit ꝙ ſolus delegat⁹ a prin-
cipe cām alij poteſt delegare. Nota
glo.que docet quando quis errorez
ſuum p̄t corrigere.

¶ Dilecto filio

Non ſufficit appellanti ꝙ legitimaz
7 veram exceptōem oppoſuit 7 appel
lauit niſi doceat ſe propter illam ꝓ-
poſitam 7 non admiſſam appellaſſe.
Nota glo.que dicit ꝙ ſententia lata
ꝯtra ius litigatoris bene tenet a qua
non eſt appellatum. licet non teneat
contra ius conſtitutōis

¶ Nicolao

Qui minus ſufficientem procurato-
rem mittit ad appellationem proſe-
quēdaz parti ꝓſequenti condēnatur
in expenſis. Nota glo. in prin.ſui ꝙ
appellans appellationi ſue terminū
poteſt ſtatuere ad proſequendū

¶ Sua nobis

Ab eadez ſententia ter appellare nō
licet Nota glo.que exponit illam di
ctionem iterum.7 dicit ꝙ illa vox ite
rū duas res ſignat. Item glo.expoīt
quomodo hoc debet intelligi quod
dicitur.tertio appellare non licet

¶ Dilecti filii

A delegato epī ſpeciali non p̄t appel
lari ad archiepiſcopū. Uel ſic Non
valet appellatio ſi gradatim non ap
pelletur. Nota glo.que docet qualit̄
ſit appellandū 7 quando omiſſo me
dio poteſt appellari.et quid opetur
conſuetudo in appellationibus inter
ponendis

¶ Ex parte M

Mater que fuit tutrix conuolans ad
ſecundas nuptias poteſt appellare ſi
conueniatur nomine pupillorū. No
ta glo.que diſputat an mater poteſt
eſſe tutrix filiorum ſuorū. Item qui-
bus tutoribus mater preferē.

¶ Intimaſti

Appellari poteſt ſi ignorantibus ꝑ-
tibus iudex referat negociū ſupiori.
Nota glo. in fine que dicit ꝙ iudex
volens referre negocium ad ſupiorē
debet ꝑtibus prius dare exemplum
relationis.

¶ Significante

Ubi ante litis'conteſ.circa id de quo
lis eſt aliquid innouat delegatus vl'
diem preuenit locus eſt appellatōni
Nota gl. que dicit ꝙ pendente dila-
tione iudicis officium debet cōquie-
ſcere.et alle.

¶ Interpoſita

Non ſufficit appellanti ꝙ ex cā ap-
pellauit probabili et ſi docuerit eam
eſſe veraz niſi offerens ſe hoc proba-
turum non fuiſſet admiſſus Itē tan
git iſtud capitulum quō ꝓcedenduz
eſt quādo appellatio interpoſita nō
recipitur a parte neqꝫ a iudice. Itez
docet quid faciendum ſit cum appel-
lans petit cauſaz remitti ad priorem
iudicem Itē qd faciendū ſit cū pars
aduerſa contumaciter ſe abſentat.

¶ Inquiſitioni

Si clauſula ꝑ quam tollit̄ app.reme
dium ponitur in medio literarum ſi
ſunt plura negocia ſe minime contin
gentia p̄emiſſa tm̄ complectitur niſi
forte in fine lrāꝝ p̄dicta clauſula ite-
retur.Si āt eſſet connexa ſecus vt.ſ.
eo.c.ſecūdo reqris

¶ Una ſententia

Una ſententia pluribus condemna-
tis ſi vnus ſolus ad app. beneficium
conuolauit illi⁹ victoria iure cōmūi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ceteris ſuffragatur ſi cōi iure iuuetur
Jdemq; negociū eademq; cauſa de-
fenſionis exiſtat.

Si iuſtus metus

Qui nō audz appellare dz hoc corā
iudice a quo ꝓteſtari ⁊ ſi eū comode
hrē nō poterit faciat hoc corā hone
ſtis pſonis ⁊ ꝑ appellāte habeť. Uide
g. q̄ dicit de metu ⁊ dicit ꝙ hoc caſu
currit ei tps q̄ agere nō pt. niſi hoc ꝑ
teſteť. et all'. c. paſtoral' ð offi. orð. i fi.

## Titulus de app. li. vi.

Cordi nobis

Appellans ad papam in iudicio vel
extra appellare debet i ſcriptis ⁊ cau
ſam exprimere et apoſtolos petere ſi
vult et ſi petit appellatus pricipales
per ſe vel procuratores inſtructos ſu
per principali accedere debēt ad pa-
pam. Jn appellationibus a diffiniti
uis interpoſitis nil inutatur demum
appellanti et appellato conſtitutōez
non ſeruantibus imponiť pena. No
ta glo. que arguit ꝓ et cōtra. et que-
rit an iſta decretalis etiaz habeat lo
cum in ordinario.

Legitima

Judex qui recuſatur ſtatuere poteſt
arbitris ꝯpetentē terminū ad finien-
dā cām recuſatōnis quo elapſo ſi fini
ta non fuerit in principali procedit.
Et dicit glo. ꝙ ſi ꝯpetentē terminuz
nō aſſignauerit locus eſt appellatōi.

Romana

De officiali epi nō ad epm ſed ad ar
chiepm appellať hoc pmo. Secūdo
dicit ꝙ de ſubdito epi nō ad archie
piſcopū ℥ ad epm appellať. niſi aliđ
eēt de ꝯſuetudine. Tertio dicit ꝙ ar-
chieps cām appellatōnis ad ipm in-
terpoſite nō dz cōmittere vel ptes ci
tare niſi i appellatōe ꝓbabilis cauſa
ſit expſſa. Quarto dicit ꝙ ſi negetur
ꝑ appellatōem negociuz deuolutum
nō inhibebit archieps iudicē princi
palis cauſe ꝓcedere niſi pus ð deuo
lutōe ꝯſtiterit. Quīto dicit ꝙ ſi dr ex
iniuſta cā appellatū inhibē nō pt ni-
ſi pus recepta appellatōe vt ꝓbabili
incipiat cognoſcere de veritate cauſe
Sexto dicit ꝙ licet dicať appellatuz
a diffinitiua i caſu ꝓhibito a iure ex
quo de hoc cognoſcere cepit pt inhi
bē ne ſnia executōi demādeť. Septio
dicit ꝙ archieps in tertiā pſonā poſt
inhibitōem ſuā in cā ad ipm ꝑ app.
delata aliqd innouantē iuriſdictōnē
exercere nō pt. Octauo ꝙ archiepūs
appellantē in alijs a iuriſdictōne epi
nō pt eximere. Nono dicit ꝙ ab epi
ſcopis in cauſis in qbus tpalem hnt
iuriſdictōem de iure debet ad archie
piſcopū appellari niſi ſpāle ius aliud
inducat. Decimo dicit ꝙ cenſurā ec-
cleſiaſticā in appellantē ꝓlatā ꝑ epm
archieps reuocare nō pt niſi ptibus
vocatis et de cā legitime cognoſcat.
Undecimo et vltimo dicit ꝙ ex quo
archieps ꝓnunciat male appellatuz
ante ſententiam ſtatim debz cauſam
ad epiſcopum aut ſuffraganeum ſuū
a quo fuit appellatū remittere. No-
ta glo. que inter cetera dicit q̄ cōcur
rere debēt ꝙ appellatio non habeat
locum ꝓpter notorium factū. f. ꝙ quis
ſit confeſſus teſtibus conuictus ⁊ ar-
gumentis ſuperatus. Jtem notat gl.
qn̄ citat' nō dz cōparere et qn̄ ſic ⁊c.

# De appellatõibus in vi. et cle.

Et nota in principio huius capituli officialē epī eſſe ordinariū ⁊ in gl.

¶ Ut ſuper

Si iudex reqſitus nō tradit apoſtolos ⁊ poſtea ꝓcedit in cā nō valet ꝓceſſus niſi appellatõi renūciatū fuiſ;. Nō gl. q̄ dicit ꝙ in apl'is dꝫ exprimi cā delationis vel repulſionis

¶ Cū appellatõibus

Iudex appellationis inique appellantem ante ſententiam remittere debet ad iudicem principalem et in expenſis condemnare. ⁊ hoc ſi principalis iudex non detulerat appellationi. ſed ſi detulerit non fiet remiſſio de neceſſitate In appellationibus interpoſitis antiqua iura ſeruantur. h. d.

¶ Ab eo qui

Si appellans infra. xxx. dies inſtāter non petit apoſtolos appellationi renunciat ſi iudex modo debito reqſitus illos non tradat ſed poſtea ꝓcedat non valet eius ꝓceſſus

¶ Non ſolum

Innouata p iudicē poſt diffinitiuā ſnīam a qua appellatū exiſtit reuocatur ſtatim p iudicē appellatõis etiā ſi ante appellatõem fuerit innouata. Attentata vero poſt appellationem añ diffinitiuā ſnīam nō reuocātur niſi primo de veritate cōſtiterit niſi pꝰ inhibitõem debito modo factā attētata fuiſſent Nota glo. q̄ dicit de triplici attētatõe a iudice a tertio a reo

¶ Concertationi

Qui appellat extra iudiciū infra. x. dies ex quo ſciuit grauamen appellare debet poſtea per remedium iuris cõis audietur ſed non p appellatõis remediū qđ eſt notandū

¶ Appellatio

Appellatio iudici porrecta licet coram eo non fuerit lecta ex hoc impugnari non poteſt. Nota glo. que dicit hoc indiſtincte ſeruandū fore ꝙ quando appellat̄ a iudice ſiue fit ī iudicio ſiue extra debet fieri coram iudice ſi haberi poteſt

¶ Si a iudice

Si iudex a quo ē appellatū a grauamine ⁊ ad audiendū reuocatõem vel ad docendū ð huiuſmodi grauamīe te citauerit cum iudex deſinit tuꝰ eſſe ꝯparere non teneris niſi ſolū ad hoc citatꝰ fueris ad audiendū reuocatõꝫ Et ſi tūc nō cõparueris libere in cā ꝓcedere poterit

¶ A collatione

A collatõe bñficij tibi facta per epiſcopum et capitulum ſi eps interfuit vt eps ad ipm epm appellare nō potes. potes tamē ad eū appellare ſi interfuit vt canonicus ꝛc.

¶ Licet ab

Per appellatõem interpoſitā a diffinitiua r̄uocari poteſt interlocutoria ꝑncipali negocio preiudicans alias non. Uide glo. que ponit exemplum in dilatorijs vel in condēnatõibꝰ expenſarum ſuper eo ꝙ in exceptõe ſuccubuit vel propter aliā cām ſimilem

## Titulus de appellatõibꝰ ī cle.

¶ Si a iudicibus

Si a pluribus iudicibus fuerit appellandum et eorum copia ſimul haberi non poteſt coram maiori parte ē appellandū ⁊ apoſtolij peti debēt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ tantum valebit ac ſi coraȝ om̃ibus appellatuȝ fuiſſet Et appellato termi nus prefixus ⁊ dilatõ legitime ſũt fa cienda.

¶ Quamuis rigor

Sufficit apoſtolos peti vno cõtextu ſepius et inſtanter ad quos recipien dos ſi iudex certum terminũ ſtatuat appellãs illos nõ petẽs ĩ termino ap pellationi renunciat. Idem ſi iudex ſtatuerit terminuȝ iuris incertum in fra quem appellans illos debite non petiunt vel oblatos recipe rẽnuit ꝛc. Nota in textu ꝙ equitas iuris rigo ri preferetur. Nota glo. que declarat qualiter faciendũ ſit cum aliquid mã datur fieri ſub termino aliquo.

¶ Sicut appellatõem

Appellans appellationem ſuam ex traiudicialem infra annum proſequi ⁊ finire tenet̃. qđ ſi iuſto impedimen to ceſſante non fecerit appellatio de ſertã cenſeri debebit

¶ Quãdiu

Appellationis proſecutio per cõpro miſſum vel alias de conſenſu ptium ſuſpenſa impedit terminum ad proſe quendum appellatõem a iure vel ab homine ſtatutuȝ. ⁊ iudex nõ poteſt p cedere niſi viderit ex dilatione peri culum imminere ꝛc.

¶ Appellanti

Non licet appellanti a grauamĩe p ſequi appellationem ſuaȝ niſi ex cau ſis in appellatõne expreſſis nec ex no uis productis aut de nouo proban dis proceſſus pmi iudicis impugna ri vel iuſtificari poteſt. Nota gloſaȝ que docet vbi veritas probanda ſit hoc eſt coram quo iudice.

¶ Sl appellatõem

Appellationem per negligentiã ap pellantis deſertam etiam ſi appellãs aut appellatus etiam proſequantur nõ ideo minus ſententia cenſetur in rem tranſiuiſſe iudicatam Vide glo. que ponit vnam queſtionem

¶ Cum a repulſione

Nõ audit appellãs ſecũdo a repulſi one exceptõis pemptorie poſt ſniam diffinitiuã niſi ꝓponat ex eo ꝙ pri⁹ re pulſa fuit q2 ꝓponebatur inepte.

## ¶ Titul⁹ de clericis peregrinis

¶ Conquerente

Qui pegrinatur ad curiã manet ſub apoſtolica ꝓtectõe ſecurus cum reb⁹ ſuis Nota glo. que dicit ꝙ qñ turba tur poſſeſſio abſentis tunc ſeru⁹ ami cus proximus colon⁹ in abſentia do mini poſſunt petere vt poſſeſſio reſti tuatur Et vid hic ab. q in dictis ſuis dicit quis hoc caſu ſit ſub protectiõe apoſtolica ꝛc

## ¶ Titulus de confirma. vtili vel inutili

¶ Si quis

Si ſuper aliq̃ re ex certa ſcia pape fa cta eſt ꝯfirmatio inferior iudex de re ꝯfirmata cognoſcere non poteſt niſi forte res litigioſa eſſet tpe cõfirmatõ nis vel eẽt notoriũ confirmatõeȝ im petratã p fraudem

¶ De confirmatõibus

De confirmatõne ap. non eſt aliqua tenus iudicanduȝ. niſi hoc procedat de mãdato ſedis apoſtolice vel certũ ſit p falſi ſuggeſtionẽ confirmatõem

fore obtentam.h.d.

Bone memorie

Lrē appellantis de ſnīa retractāda ſr ritant ꝯfirmatoēm ſnie ab appellato tacito de appellatoē obtente niſi in li teris appellātis de lrīs cōfirmatoris fiat mentio generalis Uide glo.que notat quando lrē reuocātur.

Cū dilecte

Jnuocatō ꝑuilegiorū confirmatoēz non facit. Nota glo.que dicit ꝙ ſimi lis equitatis ratō ſimilia iura ſuade re videtur. Jtez dicit ꝙ mulier ⁊ mo nachus pn̄t eſſe ꝓcuratores

Ad nrām

Adminiſtratoēs nō ꝯfirmātur cano nicis regularibus et idez in quolibꝫ regulari. Nota glo.q̄ dicit ꝙ fauore religionis multa fiunt. Jtem ſumma eſt rō que ꝓ religione facit.

Porrecta nobis

Confirmatio facta regularibus ſup poteſtatibꝰ et adminiſtrationibꝰ. vt eos quoad vixerint teneant non va let niſi illa expreſſe et ex certa ſciētia dn̄i pape ꝓcedat

Examinata

Cōfirmatō nihil facit vbi res cōfir mata nō tenet Nota g.q̄ dicit ꝙ ſen tentia lata cōtra ius ſcriptū nō tenet ſed bene ſnīa lata cōtra ius ligatoris Jtē dicit quid opatur ꝯfirmatio.

Venerabilis

Confirmatio facta cū clauſula ſi ē ꝓ uide lata ⁊c.ex certa ſciā intelligit̄ fie ri ſi ponatur in papali lrā ſeries rei cōfirmate. Nota gl.q̄ querit an hoc caſu etiam inſtrumentū dꝫ cōpoſitio nis exhiberi apud iudicē Et g.dicit ꝙ non qꝛ eo ipo ꝙ ꝯpoſitio eſt ꝑ pa pam confirmata videtur per papaꝫ inſtrumentum publicatum

Sua nobis

Si legatus eccleſiam alteri contulit per hoc non preiudicatur dioc.etiaꝫ ſi illa collatio in forma communi a papa fuerit confirmata. Nota gl.ſa tis notabilem que dicit ꝙ ſi vnicui qꝫ iura ſua illeſa nō ſeruanī.qd aliud ē ꝙ̄ vt ordo eccleſiaſticus ꝯfundatur xi.q.i.capitulo peruenit.

Jtem dicit papa nec honorē meū de puto in quo fratres meos honorem ſuū ꝑdere ꝯgnoſco.xcix.di.i.c. Ecce

Expliciūt caſus ſecūdi libri

Incipiunt caſus ſummarii li brorum decreta.ſexti et cle. tertii libri

Ut laici

Laici non debēt ſtare ne qꝫ ſedere iuxta altare qn̄ ſacra miſteria celebranī. Et ad orandum ⁊ ad cō municandum pateant laicis ſancta ſanctorū Uide glo.que ſup iſto vide tur ſe fundare in conſuetudine

Clerici arma

Clerici portātes arma et vſurarij ex communicentur Nota gl.que dicit ꝙ ex iuſta cā clericus poteſt licite ar ma portare vt ſcꝫ ſi ꝑ loca ꝑiculoſa ſit tranſiturꝰ tūc propter terrorez la tronum arma portare poteſt licet ꝑ cutere non debeat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# Liber tertius

Ut quiſqꝫ preſbyter

Preſbyter qui regit plebem dꝫ ſecuꝫ
habere vnum clericum qui ſecum cā
tet et epiſtolam et lectionem legat et
qui poſſit ſcolas tenere ⁊ parochia-
nos in ſymbolo docere

Si quis ex clericis

Si quis clericus comaꝫ relaxauerit
anathema ſit Item ex capitulo ſeq̄n
ti caſus eſt. Clerici neqꝫ comaꝫ nutri
ant neqꝫ barbam protendant. Nota
glo. q̄ dicit ꝙ habitus ſemel ſuſcept⁹
non debet dimitti niſi ex iuſta cauſa.
⁊ glo. ponit verſus Tutius vt peterē
laici ſub imagine romam Fas fuit
vt ſinerem luxuriare comam

Clericus ſi tonſura

Clericus tōſurat⁹ poteſt ducere vxo
rē ⁊ coronam deferre nec poteſt vxo
rem ſuam in vita ſua dimittere. No-
ta glo. que hic arguit ꝙ cleric⁹ vxo-
ratus poteſt deferre coronam ⁊c.

Clericis

Clerici qui comam nutriunt etiā in-
uiti a ſuis archidiaconis tondeātur.
Nota glo. ꝙ quis inuitus cogēdus
ēſt ad bonum ⁊ precipue ad id qđ iā
ſuſcepit. et arguit glo. qn̄ bn̄ficiū trāſ
fertur in inuitum.

Monaſteria

Clericus ſine cā frequētās ſanctimo-
nialium monaſteria ꝑ epm̄ arceri dꝫ
vt deſiſtat. qđ ſi non fecerit a bn̄ficio
eccleſiaſtico reddatur immunis. De
ſi laici hoc fecerint excommunicatōi
ſubdantur. Nota gl. que dicit ꝙ illđ
dicitur frequenter fieri qđ fit duab⁹
vicibus. et alle.

Quoniam

Iuxta reddituum quantitatē et etiā
expenſarum ſunt clerici in certo nūe-
ro in eccleſia inſtituendi. Item dicit
ꝙ regulares ad communem vitā ſunt
cogendi Nota glo. que dicit ꝙ in fa
cultatibus eſtimandis habenda ē rō
expenſarum

Cum ab omni

Delegatus pape preter expenſas vi-
ctualiū nihil dꝫ a litigantib⁹ recipe
re niſi nomine aſſeſſorum Nota hic
glo. ſuꝑ verbo abſtinere que tangit
an liceat alicui redimere ius ſuum. et
alle. Item gl. determinat quando iu
dex poteſt aliquid recipere et qn̄ nō.

Deus qui eccleſiam

Solennitas habitus religiōis ex cā
poteſt a dn̄o papa remitti Nota gl.
que dicit ꝙ hoīes diuerſarū ꝓfeſſio-
nū non debent eſſe ī vno monaſterio
Item quilibet debet ſe conformare
moribus eorum cum quibus viuit.
Item ꝙ canonicus regularis p̄t fieri
epſ in eccleſia ſeculari.

Cum decorem

Ludi laicoruꝫ p̄textu conſuetudinis
non debent fieri in eccleſijs Nota ꝙ
larue dicuntur deformitates hoim.
quando ſcꝫ per admiſſionem alicui⁹
coloris facies hominis deformatur.
et hoc ſm ab. Nota glo. que tangit
q̄ ludi in eccl'a admittuntur

Ut clericorum

Iſta decretalis punit clericos incon
tinenter viuentes. ⁊ etiam prelatos q̄
propter pecuniarum penam ſuſtinēt
clericos in fornicatione viuētes ſimi
li pena. Nota textum ꝙ facilitas ve-
nie non debꝫ tribuere incendium de
linquēdi. Item nota textum qui di-
cit quos timor dei a malis non reuo
cat. Item notat hic ab. ex fine textus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ plus peccat vxoratus adulterans ꝙ̃ ſacerdos in fornicationē incidens

A crapula

Clerici ſe ingurgitare non debēt neqꝫ inebriari.etſi ꝯtrafecerint puniuntur Nota hic tex.qui notabiliter dicit ꝙ ebrietas mentis inducit exiliū ⁊ libidinis prouocat incentiuū. iteꝫ vide gl.q̄ ponit metrum Oratij .Fecūdi calices quē non fecere diſertū. Inſurgunt rixe tūc paup cornua ſumit.itē dicit vn̄ dicitur ebrietas.

Clerici officia

Hic tredecim ponūtur.c.ad que ſeruanda clerici de conſilio aſtringuntur.Inno.dicit ꝙ iſtud.c.loquatur de honeſtate ⁊ ſm Abb. ſic ſumatur A negotijs proprijs ludis veſtibus ac ornatu min⁹ honeſto ꝑcipit clericos abſtinere ⁊ habitu honeſto vti. cui⁹ varietatē ī plurib⁹ exprimit ⁊ atteſtatur.h.d.nō g.que tangit an ꝑditum in alea poſſꝫ repeti.iteꝫ dicit g. ꝙ medium ſpectandū eſt.item g.multum tangit de veſtib⁹

Ex lr̄is pontini

Clericus negotians poſt admonitionē epi perdit in ſuis poſſeſſionib⁹ priuilegiū clericorū. Nō gl.q̄ dic̄ ꝙ fruſtra auxiliū legis ⁊c̄. Itē ꝙ bona clericorū gaudent ꝑuilegio ſi clerici alias ſe negotiation̄.nō īmiſcuerint.

## Ti.de vita et honeſt.clericor. li.vi.

Clerici

Cleric⁹ ioculator ſcḋo vel tertio monitus non deſiſtens ipo iure ꝑdit ꝑuilegium clericale. Nota gl.que dic̄ qui dicūtur ioculatores.qui goliardi.⁊ qui dicuntur buffones.et oēs tales clerici exiſtentes perdūt priuilegium ſuū.Et g.dicit rōnē :quia vilitas vite non patitur eos ꝑuilegio gaudere.item g.arguit ꝙ annus eſt breue temp⁹.

## Ti.de vi.et hone.cleri.i cle.

Dioceſanis

Iſta clementina punit clericos coniugatos ⁊ alios ꝑſonaliter ⁊ publice carnificum ⁊ tabernariorū officium exercentes qui ꝑ dioceſanos nominatim ⁊ tertio moniti illud officium non dimittunt vel illud dimiſſū reaſſumūt.et excitat etiam dioc.contra alios clericos qui ſeculares act⁹ exercent.Et nota g.que interpretat̄ terminos.

Quoniam.

Iſta clementina premiſſo exordio ꝑmo punit clericos beneficiatos vtētes publice virgata vel partita veſte.ſcḋo punit diaconos ⁊ ſbdia .tertio oēs clericos tonſurā publice cū tali veſte portantes.Quarto habentes dignitates perſonatuū beneficiū curatū ⁊ ſacerdotes ⁊ religioſos publice portantes talē veſtē vel infulā Quinto punit omnes ꝑdictos vtentes tabardo notabiliter breui integre foderato.Sexto certas caligas clericis interdicit.Nō g. que nobiliter dicit de tonſura ſiue corona clericali ⁊ ipius deſignationem

## Ti.de cohabi.cle.et mu.extra.

Inhibendum

Suſpecte muliēs cū cleric. habitare

non debent etiã ſi alias a canonib⁹
ſint conceſſe. Nõ g. que dicit ille mu
lieres habitare pñt cum clericis cuꝫ
quib⁹ naturale fed⁹ non pmittit ali
qđ ſeui. id eſt mali ſuſpicari

¶ Si quiſꝗ.

Sacerdos de fornicatione ſuſpect⁹
ſi poſt trinã monitionem cũ fornica
ria ſua vel cũ quacunqꝫ alia muliere
ſuſpecta fabulari aut conuerſari re
pert⁹ fuerit excõicationi ſubdat. Ut
ſic ſm Panor. Excõicatur clericus
quia ſuſpectarũ mulieruꝫ colloquio
non deſiſtit vel coruꝫ conſortio. Nõ
g. que dicit ꝙ nomine ſuperioris in
feriores intelligũtur.

¶ Clericos.

Clerici ſuſpecti de piurio ꝯcubinas
abiurare non debent Nõ g. que hic
dicit illud non eſt alicui iniũgenduꝫ
p iuramentũ qđ veriſimile ſit ꝙ nõ
debeat ſeruare. Itẽ ꝙ pena vni⁹ dꝫ
eſſe metus alterius

¶ Sicut ad extirpandas

Subdiacon⁹ a ſe nõ remouẽs ſuam
fornicariã poſt monitionẽ ſuſpendi
tur etſi durante ſuſpenſione eaꝫ deti
nere pſumpſerit a bñficio ppetuo re
mouebit. Nõ gl. q̃ dicit de ſuſpẽſiõe

¶ Super eo

Excõicat⁹ non exprimẽs cãm ſue ex
cõicationis pro abſoluto non habe
tur licꝫ lr̃as abſolutionis oſtendat.
de iſto vide g. ⁊ alle.

¶ Si aũt clerici

Si clerici fornicarij poſt trinaꝫ mo
nitionẽ ſe non corrigãt recte pñt ab
epõ ſpoliari bñficio. Nõ hic gl. ſup
verbo ſpoliare. quia vbi non adijcit̃
tempus. intelligitur perpetuo.

¶ Ueſtra duxit.

A clericis et pſbyteris ꝗ̃ꝗ̃ fornica
rijs ꝗ̃ diu ab eccĩa tolerãtur nec hñt
opis euidẽtiã licite diuina myſteria
audiantur ⁊ alia recipianť eccĩaſtica
ſacramẽta. A notorijs vero abſtinẽ
dum eſt non ꝓpter ſacri defectuꝫ. ſed
ad ipoꝛuꝫ fornicatorum emendatio
nem. h. d. Nõ g. que diſtinguit inter
triplex notoriuꝫ. ſcꝫ facti. iuris. ⁊ ſuſ
pitionis

¶ Tua nos.

Per dicta teſtium nõ iuratorũ forni
catio non ꝓbatur. Nõ gl. q̃ dicit ꝙ
pſumitur de vita alicui⁹ ex dictis eo
rum cum quibus conuerſatur. et pre
ſumitur probata fornicatio ex eo ꝙ
quis ſuſpectam hꝫ in domo

¶ A nobis tua

Epus non dꝫ pmittere mulierculas
cum clericis habitare niſi tales fue
rint cum quib⁹ naturale fedus nihil
pmittit criminis ſuſpicari. Nõ gl. q̃
arguit hic de capitulo pmo.

¶ Queſitum

Propter fornicationẽ nõ notoriam
non reſpuũtur officia clericorũ. Nõ
tex. multũ notabilẽ qui dicit aliquẽ
eſſe ſuſpenſum propter mortale pec
catum quo ad ſe et non quo ad ali
os. Et dicit glo. ꝙ licꝫ aliquis ſit cri
minoſus non dꝫ in officijs euitari ꝗ̃
diu ab eccĩa toleratur.

## ¶ Tit. de clericis coniugatis.

¶ Si qui.

Clericus infra ſubdiac. ordinem exi
ſtẽs ſi vxorẽ legitimã duxerit ⁊ bñfi
ciatus fuerit ꝯpellendus ẽ vt vxoreꝫ
teneat et beneficiũ dimittat. Uide g.
que dicit ꝙ quis ipſo facto perdit ꝓ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De clericis coniugatis i anti. et vi.

uilegium ſuũ ꝛc.

¶ Sane

Clericus coniugatus ad eccłaſtica bñficia aut ad ſacros ordines aut adminiſtratiões eccłaſticas non admittitur niſi ꝑpetuã voueat caſtitatem ⁊ cũ vnica contraxerit virgine. Nõ g. que tangit an corrũpens vxorẽ ſuã anteꝗ̃ eã ducat poſſet ꝓmoueri ad ordines

¶ Quod a te

Clerici infra ſubd. conſtituti ſi vxores duxerint ⁊ eccłiaſtica bñficia dimiſerint pñt bona ꝑ ipſos ad eccłiaʒ deuoluta repetere ⁊ eccła dʒ illa ſine contradictione reſtituere. Et de iſto vide g. ſup verbo redire. Nõ ꝙ immũdicia quo ad vxorẽ dicitur caſtitas. de quo vide hic gl.

¶ Sane ſacerdotes.

Epus pt diſpenſare cũ clerico ꝗ̃ matrimoniũ contraxit cũ virgine. ⁊ intellige idem cũ ſac. rdote ꝗ̃ contraxit de quo g. diſputat ⁊ iura pro et contra allegat.

¶ Diuerſis falla.

Clerici in minoribus conſtituti qui ducunt vxores ſua ſi ꝗ̃ hñt beneficia dimittere debent. Nõ tex. qui dicit ꝙ cythara male concordat cuʒ pſalterio. Item dicit text. ꝙ vir cogitat qũo placẽ debeat vxori ſue. Nõ g. ꝗ̃ tãgit ꝙ cõiter ꝯſueuit dici. Pluribꝰ itẽtus minor eſt ad ſingula ſenſꝰ. itẽ qui ad vtrũlibʒ feſtinat neutrum ꝛc. Itẽ g. nõt ⁊ arguit qñ licʒ alicui venire contra factũ ſuũ ꝓpriũ.

¶ Cum olim

Qui alias eligibilis eſt nõ impedit̃ a ꝓmotione ex eo ꝙ ex legitimo matrimonio per patrẽ ſuũ in minoribꝰ conſtitutũ ꝯtracto ⁊ poſtea in ſacerdotio apud grecos ꝯtinuato natus comprobatur. Nõ g. que dicit hoc caſu multa de conſuetudine.

¶ Joannes nobis

Clericus coniugatꝰ non bñficiatus nõ cogitur deferre tonſurã clericalẽ ꝑ ipm dimiſſam. quia predictaʒ ſine ſcandalo graui ⁊ malo exẽplo retinẽ non poſſʒ Nõ g. que arguit ꝓ ⁊ contra. an ⁊ qñ clericus ꝑdit ꝑuilegium ſuũ portando coronã vel non. ⁊ qñ habʒ ſpem redeundi ad eccłiam ⁊ qñ non. et alle.

¶ Cum decorem.

Caſus ſm Panor. vxorati non admittuntur ad eccłiaſticas dignitates item propter ſcandalum repellit̃ ꝗs a beneficio

¶ Ex parte tua.

Coniugatis a taleis ⁊ collectis non excuſatur nec res ſue gaudent ꝑuilegio clericali. vide g. et nota eaʒ.

¶ Ut conſultationi.

Clericus effectꝰ miles põt renũciare ꝑuilegio clericali. Nõ g. que arguit et dicit ꝙ ꝓpẽ etatẽ ꝗs nõ dʒ tonſurari. Itẽ dicit hic Ab. ꝙ id qđ hic dicitur de milite dici pt etiam de quolibet alio non beneficiato.

## ¶ Ti. de cleri. coniuga. lib. vi.

¶ Clerici

Si clericus coniugatꝰ ferat habitũ ⁊ tonſuram clericali priuilegio gaudet alias non. vide g. ꝗ̃ dicit ſi eſſent bygami omni priuilegio clericali eſſent denudati nec poſſunt etiaʒ portare tonſuram. vt. ſ. eodem libro. de bygamis in. c. altricationis.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## Titu. de clericis non reſidenti
## bus extra.

Non liceat

Non licet epõ de ſua ciuitate tranſi
re ad aliã cum nullus epus inuent⁹
ſit qui de maiori ciuitate trãſiret ad
minorem. Nõ hic dubia interpreta
ri in peiorem partem.

Ex geſtis

Preſbr deſerẽs eccĩam ſuã ad qnquẽ
nium ⁊ monitus non rediens a ſua
dignitate deponit. Nõ ꝙ qntũcũqꝫ
vagabũdus diſcurrat ab eccĩa ſine
monitione preuia puari non dꝫ.

Quia nonnulli

Talis dꝫ dari eccĩe qui ipſam pt re⸗
gere per ſeipm. alias perdet ipſam et
conferens largiendi poteſtate priua
tur. Nota quibus modis dicitur di
gnitas. Item nota glo. que dicit ꝙ
hoc ius cõmune eſt ꝙ quis debeat
cohabitare ſiue deſeruire eccleſie in
qua intitulatus eſt. et allegl. ad hoc
iura.

Relatum eſt.

Non reſidere in eccĩa impedit pmo
uendũ ⁊ deijcit iam pmotũ. Nõ gl.
que dicit ꝙ cleric⁹ ſine licentia ſui p
lati abeſſe non dꝫ etiã ex iuſta cã ſi⸗
ue ſtudiorũ. vt hic patꝫ ſiue alijs ex
cauſis puta peregrinationis

Fraternitati

Epus non dꝫ clericum alterius dio
ceſis ſine litteris pmẽdatitijs recipe
niſi ſup hoc habuerit apoſtolice ſe⸗
dis mandatũ. Nota g. q̃ docꝫ q̃ ſunt
littere cõmendatitie ſiue dimiſſorie.

Conquerente

Qui habet ſufficiens beneficiũ vel
qui non vult eccleſie deſeruire bene⸗
ficium non poteſt ab eccleſia vendi
care. Nota ꝙ in hoc verbo ſufficien
tia plura ſunt conſideranda. ſcilicet
nobilitas et ſcientia. quia tales per⸗
ſone maioribus redditibus ſunt ho
norande

De cetero

Qui eſt in ſeruitio epi pro pñte re⸗
putatur quo ad perceptionẽ benefi
cij ⁊ eccĩe ſeruire intelligitur. idem di
cit g. de illo qui eſt in ſeruitio pape
Item tangit glo. de ſtudentibus in
theologia

Ex parte.

Prelatus ad decem annos deſerens
ſuam eccleſiam ſi monitus non vult
in ea reſidere ipſa poteſt puari. Idem
de quocũqꝫ ſimplici. Nõ glo. que di
cit ꝙ etiã vagabundus citari debꝫ
ſi inueniri non poteſt in eccleſia quã
deſeruit

Qualiter

Archieps propria temeritate vltra
quadrienniũ ſuam deſerens eccĩam
per capitulum vocatus ſi infra men
ſem non redierit capitulum auctori⸗
tate pape alium poteſt eligere. No⸗
ta gloſam que ponit vnum notabile
ꝙ tempus receptionis litterarũ in
ſpiciendum eſt.

Inter quattuor.

Clerici qui ſine iuſta cã eccĩas deſe⸗
runt ſine conſenſu epi ſi congruo tẽ
pore expectati nõ redierint illis poſ
ſunt priuari. Nõ glo. que dicit ꝙ cle
ricus etiam abſens ex iuſta cauſa de
bet petere a ſuo epiſcopo licentiam
et hmõi clerici qui ſic deſerunt ſuas
eccĩas deſertores appellantur

Ex tue deuotionis

Traditur hic forma ſm quã debeat
abſens clericos ad eccleſiam reuoca

ri ſi nō inueniat vt in ꝑncipio. quia dʒ tribus edictis ad ecc̄iam ſuā cita ri.etſi īueniatur dʒ ꝓcedi ꝯtra eū vt in.§.contra eos .et dicit gl.ꝙ iſta de cretalis loquitur tm̄ in prelatis ad miniſtrationē habentibus. Itē g.ar guit ꝙ qui deponit reſtituere quan doqꝫ non poteſt. ⁊ alle. concor.qꝺ ē notabile

¶ Tue fraternitatis

Bonū ſtudiū in caſtellis ⁊ villis nō ꝓſumitur eſſe ⁊ ideo nulle reſidētie comparatur. Nō g. que dicit ꝙ ī re gijs ciuitatibꝰ ⁊ non in caſtellis ſiue in villis ſunt iura ſtudenda.

¶ Ex parte tua

Fingitur in ecc̄ia reſidere qui iura ꝓſequitur ſue dignitatis. Nota glo. q̄ dicit ꝙ q̄s q̄nqꝫ fingitur qui nō ē Itē quādoqꝫ dicitur preſens q̄ mor tuꝰ eſt. Itē qui ē in ꝓuincia pro pre ſenti reputatur. Item quandoqꝫ fin gitur monachus qui non eſt

¶ Cum dilectus.

Statutum factū ꝯtra non reſidētes non ligat abſentes exiſtentes famili ares pape quia illi cenſentur obſeq̄ ales ⁊ ſe exhibent vniuerſis. Nō gl. que dicit ꝙ propterea eorum condi tio deterior eſſe non dʒ.imo tūc gau dent priuilegio

¶ Ad audientiam

Qui infirmus eſt ⁊ etiā ille qui ē in ep̄i ſeruitio reſidere in ecc̄ia fingitur et tex.ſubiūgit rōnem. Nota glo.q̄ dicit ꝙ afflicto non eſt addenda af flictio. Itez ꝙ famuli infirmi nobis ſeruire intelliguntur.

¶ Cum ad hoc

Licentiati ab ecc̄ia etiā a Ro.po.vt non teneātur reſidere in ecc̄ia ad re ſidendum ꝑ prelatos cōpelluntur ſi nō ſūt ſufficiētes in ecc̄ijs ſeruitores Nō g.que dicit ꝙ ſucceſſor p̄t reuo care illud qꝺ predeceſſor ſtatuit in preiudicium eccleſie.⁊ alr̄. Item glo. exponit illum terminum aſſiſios.et dicit ꝙ aſſiſij dicuntur illi qui non ſunt canonici qui ſeruire debēt eccle ſie.nec vocantur ad omnes tractatꝰ cum canonicis.et dicuntur aſſiſij q̄ſi aſſidui.

¶ Clericos.

Beneficiati ſine licentia ep̄i ad alte rius ep̄i dioceſim recedentes ſi mo niti non redierint nec aliquod rōna bile pretenderint beneficijs ſuis ſunt priuandi. Nota gloſaʒ.que dicit ꝙ clericus ſiue ſit abſens ſine licentia ſui prelati ſiue non prius monēdus eſt vt redeat priuſq̄ priuetur benefi cio ſuo. Itē g.diſtinguit inter illum qui ecc̄iam ſuā dimiſit et eam habet pro derelicta vel non.aut qui illam recepit ecc̄iam.et determinat ꝙ q̄ ec cleſiam hʒ pro derelicta puta ꝙ ma trimonium contraxit aut ioculator factus exiſtit non ſit vocandus. Si autem nō habuerit pro derelicta vo candus eſt.

## ¶ Ti.de clericis non reſid.li.vi.

¶ Conſuetudinem

Diſtributiones quotidiane ſolū pre ſentibus qui interſunt diuinis dari debent ꝯſuetudine non obſtāte et q̄ aliter eas receperint non faciunt il las ſuas. Et idem de diſtributiōibꝰ que dantur pro anniuerſarijs defū ctorum. Nō g.que querit ⁊ arguit an vadens ad choruʒ principaliter propter preſentiam vel denarium

cōmittat ſymoniā et ar.

## ¶ Ti. de prebendis et dignitatibus extra.

¶ Ut nullus

Hereditaria ſucceſſio in ecc̄ia ſiue i bonis ecc̄iaſticis locuz non hz. Nō g. que tangit in qbꝰ bonis cleric' in teſtamento ſiue ſine teſtamento diſponere p̄t

¶ Non liceat

Non licz ep̄o clericos ordinare niſi habeant alimoniā id eſt bn̄ficia qd̄ ſi fecerit clericis ſic ꝓmotis ꝓuidē tenetur. Nō g. que dicit ꝙ noīe clericorū omnes in maiorib' ⁊ minoribꝰ ordinibꝰ exiſtentes continentur. et alle. ad hoc

¶ Ratio nulla.

Illud qd̄ ꝓ cōi vtilitate datum eſſe cognoſcitur proprijs cuiuſꝙ̄ vſibꝰ applicari nulla ratio ꝑmittit. Nō g. que predicta exponit dicens illud quod eſt ecc̄ie nullus debz ſibi proprium reputare

¶ Epiſcopus ſi

Ep̄us non dz aliquez ſine titulo ꝓmouere ad ordines. qd̄ ſi fecerit dz ſibi ꝓuidere. Nota g. huiꝰ. c. que dicit de clerico ꝓmoto ſuꝑ patrimonio ſuo ꝙ talis cenſetur in ꝑſona et rebus ꝓuilegiatus priuilegio clericali. quis de foro ecc̄ie factus eſt licz eccleſiam non habeat.

¶ Quia in tantum.

Clerici non debēt habere plures eccleſias etſi habuerint ep̄us hoc emēdare dz. Nota gl. que notabiliter q̄rit quid ſi quis habz plura bn̄ficia per diſpenſationez nunquid vocabitur ad capitulum vtriuſꝙ. Item dicit g. vbicunꝙ res eſt agitur rei vendicatione

¶ Cum teneatur.

Non tenetur quis per litteras apoſtolicas alicui habenti beneficiū ꝓuidere ſi in ipis litteris de beneficio quod habz nullā fecerit mentionez. Nō g. que videtur dicere ꝙ cautius ſit facere mentionē etiā q̄ntuncunꝙ exiguū ſit beneficiū ⁊ all'. Item g. dicit. ꝙ propter ſcandaluz quandoꝙ receditur a iure.

¶ Referente

Habēti duas eccleſias ep̄s p̄t ei dimitere vnaz quā voluerit eligē. Nō glo. que dicit de appellatiōe omiſſo medio. Item dicit ꝙ archidiacon' poteſt excommunicare. item dicit ꝙ habenti dare eſt perdere.

¶ Maioribus

Non debent bn̄ficia maiora ſecari nec minora ꝑmutari. Uel ſic ſm Panormit. Prebende ⁊ dignitates nō debent diuidi nec etiam permutari. hoc dicit. Nō g. que dicit ꝙ idez iuris eſt in paruis et in magnis. ⁊ ita iudicabis paruū ſicut magnū. Item g. dicit quando prebenda poteſt diuidi et quando permutationes procedere debent

¶ Relatum eſt

Canonico ſine prebenda recepto tenetur recipiens q̄cito poterit ꝓuidere. Nō tex. q dicit ꝙ non eſt congruuz vt prebenda careat qui in canonicum noſcitur eſſe receptus Nō g. que tangit qn̄ promiſſio fieri p̄ot in bn̄ficialibus

¶ Auaricie.

Certos clericoruz vel incertos reddit' nō p̄nt regulares ꝑ ſe in ſuis ec

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cleſijs minorare. No glo. que tangit qn̄ epus p̄t diuidere ſiue minuē red ditus vnius ecc̄ie ꝛ partem alteri cō ferre idē tangit de monaſterijs epo ſubiectis

Significatum.

Vacante prebenda p̄t capitulū ſibi onus imponere honeſtū ad qd̄ p̄bē darius teneatur. h. d. No g. que tan git an et qn̄ pactū poteſt i ſpūalib' interuenire. nota tex. qui videtur ad mittere quotidie ſacerdotē poſſe ce lebrare ac etiam tales operas poſſe locare. quia ſuis expenſis non cogit̄ hoc facere. itē ꝙ poteſt recipere pe cuniam vt celebret.

De monachis.

Hic traditur qualiter epi debēt po nere vicarios in eccleſijs quas per ſe non regunt. Et prouidere ꝙ mo nachi non grauent vicarios ꝙ hoſ pitalitatem ſeruare non poſſint. ꝛ lo quitur de ecc̄ijs que ſpectant ad mo nachos quo ad temporalia. Uel ſic ſm̄ Ab. Ad preſentationem religio ſorū in eorum eccleſijs nullus debet inſtitui per epiſcopum niſi prius ei congrua portio reddituum aſſignet̄ hoc dicit.

Ad hec.

Omni rōni eſt contrariū vt vn' cle ricus in vna vel diuerſis ecc̄ijs plu res dignitates vel pſonatus obtine at cuꝫ ſingula officia in ecc̄ijs aſſidu itatem exigant perſonarum

Preterea.

Hiis etiā in diuerſis ecc̄ijs duas di gnitates p̄t per archiepm̄ ſuū cōpel li vt de vna qua maluerit altera di miſſa ſit contentus. Nota g. q̄ argu it ꝙ canonicus regularis poteſt fie ri archidiaconus. ꝛ alle. c. qd̄ dei ti

morem. de ſta. mona.

Cum non ignores

Ab electione prelati quē mihi elegi vel quē ad ecc̄iam mihi ſubiectā ele gi ſm̄ Ber. reſilire poſſū ſi nolit i ec cleſia ad quam electus fuerat reſidē. Uide gloſam.

Cum ſm̄.

Ordinatis p epm̄ ad ſacros ſine ti tulo tenet̄ epus ꝓuidere donec titu lū habuerint. No tex. qui in ſe ē mul tū notabilis. dicit em̄ in pn̄ qui alta ri ſeruit. itē ad quem ſpectat onus ꝛ emolumentū No glo. que tangit qn̄ ſucceſſor obligatur et qn̄ non

Inter cetera.

Qui confert alicui prebendam quā ſibi ꝯferre non poterat tenetur q̄ci to in eadem eccleſia ſibi de alia cum vacauerit prouidere. Nota gloſam ſuper verbo de iure ꝙ ſi epiſcopus conceſſiſſet mihi beneficium quod mihi concedere non potuit tenetur mihi aliquod conſimile. item dicit ꝙ nos beneficijs adiuuari conuenit non decipi. itē ꝙ in neceſſitatib' ne mo liberalis eſt ꝛ g. all'. concor.

Cum iam dudum

Qui multa opponit electo quorum quodlibet per ſe ſufficit alterum tm̄ probare tenetur. Nota gloſam que dicit ꝙ auaricia a promotiōe repel lit. Item dicit textus de patientia ſcilicet ꝙ multa per patientiam to lerantur que ſi deducta forent in iu dicium non deberent exigente iuſti cia tolerari.

Dilectus filius

Recepto in canonicum q̄cito ſe fa cultas obtulerit debet̄ prebenda et interim quotidianas diſtributiōes habebit. No g. que dicit ꝙ donatio

ſine ſententia in parte tenet et in par
te non. Itē nō g. que ponit formam
ꝑmiſſionis ſiue electionis ad prebē-
dam vacaturam

¶ Tue fraternitatis

Duo non debent recipi ad vnā pre
bendaȝ. Nō g. que dicit ꝙ electio fa
cta ad importunū clamorē non valȝ
⁊ alle. glo. c. oſius. de elect. ⁊. c. Mira
mur. lxi. di.

¶ Niſi eſſent.

Si duo electi ad vnā prebendam ſi-
ue dignitateȝ compromittunt in iu
dicem poteſt iudex electionem vni⁹
confirmare ⁊ alteri ad vitaȝ pro bo
no pacis ⁊ concordie certos fructus
atqȝ pecunias aſſignare. Nō gl. que
dicit ꝙ ex q̄ntitate ꝑſone ꝓ̄ſumitur
factū licitū vel illicitū. Itē ꝙ quis ſi
mul pt̄ eſſe iudex ⁊ arbiter

¶ Pro illorum

Priuilegiati ſuper certo numero ca
nonicorū ſi aliquē vltra numerū re-
ceperint contra impetrantē a papa
de numero opponere non pn̄t. Nō
g. que dicit ꝙ qui ſemel facit contra
ꝑuilegium ſuū ſibi preiudicat in illo
⁊ alle. concor.

¶ Tuis queſtionibus

Clerici pn̄t ad titulum ſui patrimo
nij ordinari. Nō g. que facit qōnem
ꝙ ſi patrimoniū clerici periret igne
vel alluuione. ⁊ g. determinat ꝙ eṗs
debeat ei prouidere in beneficio ec-
cleſiaſtico. quia cum iſti ad ſeculum
redire non poſſunt redūdaret in ob
probrium ordinis clericalis. Iteȝ ꝙ
clericus debȝ ſuſtentari de patrimo
nio ⁊ alias epiſcopus ipſum ꝓmo-
uere non debȝ. quod ſi fecerit tenet̄
ei ad ſupplementum. ſupra. e. c. ij. ⁊. c.

cum ſm̄ apoſtolum.

¶ Accedens

Cleric⁹ abſens ꝑ alium vel ali⁹ ma
gis ꝓ ip̄o poterit de ecc̄ia inueſtiri
Vel ſic ſm̄ Ab. Poteſt quis inueſti
ri de bn̄ficio ꝓ abſente

¶ Dilecto filio

Inſtitutus in aliq̄ ecc̄ia a legato cō
tra ius non pōt bn̄ficium obtinere.
Nō tex. in fi. qui dicit ꝙ res inter a-
lios acta ꝛc. Vide glo. que dicit ꝙ oſ
culum eſt ſignum conſenſus.

¶ Vacante quadam

Vacante vna prebenda due de ea fi
eri pn̄t ſi duobus eius facultates ſuf
ficiant. Nō tex. ⁊ glo. que declarant
qn̄ de vna prebēda poſſūt fieri due
Item quādo quis poteſt venire cō
tra factum ſuum

¶ Dilectus

Si papa mādat ei ad quem ſpectat
collatio ꝙ bn̄ficium conferat alicui
collatio ꝑ eum alteri facta tenet ip̄e
tn̄ ex tranſgreſſione punitur. Nō g.
que declarat an tempus impetrati
onis vel receptionis lr̄arum inſpici
endum ſit ⁊ querit.

¶ De multa

Perſonatū vel bn̄ficium curatū ha
bens ſi ſcd̄m tale recipiat vacat pri
mū ip̄o iure. et ſi ſcd̄m retinere cōten
derit eo ꝑuabitur. hoc p̄mo. Scd̄o
dicit. Si is ad queȝ ſpectet collatio
prioris bn̄ficij illud infra ſex menſes
non contulerit pena duplici de q̄ in
littera punitur. Tertio dicit. Cū ſub
limib⁹ ꝑſonis ⁊ lr̄atis circa plurali
tatem bn̄ficiorū papa diſpenſat cuȝ
rō poſtulat

¶ Graue nimis.

Eccl̄iaſtica bn̄ficia conferenda ſunt

dignis ⁊ clericis idoneis ⁊ honeſtis nec cõferentes reſpicere debent affectionem carnalem. etſi ſecus fecer int puniuntur vt in tex.

Extirpande

Rector eccie non obſtante co nſuetudine epi vel patroni de redditib⁹ eccleſie dʒ ſufficientẽ portionẽ habere ⁊ priuatus eſt parochiali eccleſia rector non reſidens in ea niſi ſit annexa dignitati vel prebende quo caſu debʒ ibi habere perpetuum vicariũ in fine prohibʒ prouẽtus eccleſie in fraudem dare

In lateraneñ.

Regulares eccias vel decimas a laicis ſine dioceſanorũ conſenſu recipe non debent. excõmunicatos vel interdictos ad diuina admittere non debẽt i eccijs q̃ ad tpalia ſubiectis eis inſtituere vel deſtituere non debent ſed preſentabunt dioceſanis ad eas viros idoneos

Licʒ vobis

Qui percipit p̄bendam in abſentia diſtributiones quotidianas nõ habebit. Nõ g. que optime diſtinguit de prebẽdis ⁊ quotidianis diſtributionibus. item dicit vbi domin⁹ largus eſt ꝛc. item dicit ꝙ bñficiuʒ pncipis potius dʒ ampliari.

Expoſuiſti

Poteſt epus prebendas parochialib⁹ eccijs augmentare Nota g. que tangit ꝙ vtilitas ⁊ neceſſitas prout frequenter inducunt diſpenſationeʒ Item ex neceſſitate quis poteſt habere duas eccleſias

Dilectus filius

Licʒ eccia ex donatione laici bñficium conferat tenet illius bñficij impetratio de hoc mentione non habita. Vel ſic. ſiue ſit clericus ſiue laicus qui iura ſpũalia habʒ ſemp de eis pape reſpondere tenetur

Sup inordinata.

Qui volunt ⁊ pñt ſeruire in eccijs debẽt idonei ad bñficia reputari. Nõ g. que dicit quando quis dicitur puer quando ſcʒ eſt infra ſeptimũ annũ et quando eſt vltra ⁊ doli capax poteſt ſeruire eccie.

Cum cauſaʒ

Pro vna p̄benda reintegranda alia diuidi non debʒ. Nõ gl. que dicit ꝙ prebenda diuidi non debʒ ſed integra conferri. Item dicit ꝙ ſecatio p̄bendarum tolerari poteſt quouſqʒ integretur

Venerabilis

Legatus de latẽ p̄t conferre prebendas ad collationem ſũmi pontificis deuolutas. Nõ tex. qui dicit ꝙ non ſanguine ſed vite meritis bñficia ſũt ꝯferenda. Itẽ dicit g. ꝙ dñs i aplos elegit nobiles ⁊ ignobiles.

Cum oliʒ

Cui datur ptãs conferendi ſimplex bñficiũ dignitatẽ ꝯferre non poteſt. Nõ g. que dicit ꝙ eadẽ rõ q̄ mouet delegantẽ dʒ mouere etiaʒ delegatũ ⁊ aliᷓ ad hoc iura ꝛc.

## Ti. de pre. et dignita. lib. vi.

Suſcepti.

Ad pñtationẽ religioſorũ etiã exemptorũ non debent in eccijs ipoꝝ rectores inſtitui niſi pmo tm̃ eiſdeʒ aſſignetur vnde incũbentia onera ſubire poſſint et cõgrue ſuſtentari. nec

valz contraria ꝯſuetudo. Nō glo.in
fine que dicit ꝺ̄ conſuetudine que ē
contra ſalutem anime

¶ Licz eccĩarum.

Beneficia vacantia in curia ali⁹ q̄ꝫ
papa conferre nō poteſt. quod ſi fe
cerit irrita eſt collatio Nō g⁹que dic̄
ꝙ illa que ſpēali nota ſunt digna ni
ſi ſpēaliter exprimantur neglecta in-
telliguntur

¶ Statutum

Si papa beneficia vacātia in curia
non conferat infra menſem a die va
cationis illi ad quos collatio perti
nebat poterunt illa conferre. Nō g.
que dicit ꝙ ille qui neſcit p̄tatē expe
riendi ſeu excipiendi non habet.itē
papa poteſt rei ſue conditionem im
ponere quam vult.

¶ Quamuis

In bñficijs vel impetratiōibus ad
bñficia p̱ ꝓuiſionē vſqꝫ ad certā ſū-
mam penſio nō debetur. hoc primo
Per eccleſias ciuitatis vel dioc.non
comprehenditur cathedralis ſed p̱
eccĩas ꝓuincie metropol̄.⁊ cathedra
lis ⁊ relique includuntur.

¶ Cum de beneficio.

Cū mandatur alicui ꝓuideri de ali
quo bñficio p̱ clericos ſeculares re-
gi ꝯſueto dꝫ ꝓuideri de illo qꝺ̄ legi
tima p̄ſcriptione ꝯpleta p̱ ſeculares
fuerit rectum licz monachi antea vl̄
poſt p̄dictum rexerint beneficiuꝫ

¶ Super eo

Habē pſonatū cū cura ⁊ p̄bendam
cui ānexa eſt parochialis eccĩa nō ē
ꝯtra ꝯciliū generale. Nō g.que tāgit
de pſonatu ⁊ de diſpenſatiōe ⁊ ꝙ ac
ceſſoriuꝫ ſequit̄ naturā p̄ncipalis.

¶ Eum cui.

In interp̄tatione bñficioꝝ inſpicit̄
data non p̄ntatio vel receptio . Nō
g.que dicit ꝙ multuꝫ differūt ꝯferre
⁊ mandare ꝯferri.⁊ dicit ſatis nota-
biliter de preuentione.

¶ Si pro clericis.

Per litteras apoſ.non facientes de
defectu ordinis mentionem poteſt
impetranti de curato beneficio ꝓui
deri.ad ordines tamē ſe faciet proxi
mis temporibus promoueri. Nota
g.que dicit ꝙ quattuor requirūtur
in promouendo .ſcꝫ ſcientia .mores.
etas.et ordo.et habens defectum in
iſtis non promouetur

¶ Si eum ſuper

Si papa alicui in conferendo bñfi
ciū ſuam impartitur auctoritatem
talis auctoritas operat̄ ꝙ papa cen
ſetur illud bñficium ꝯtuliſſe.licet le-
gatus litteras dederit.

¶ Mandato noſtro

Si tibi mādatur vt alicui prouide-
as de bñficio ſpectante ad tuam vel
alterius collationem de bñficio qꝺ̄
p̄mo vacabit ſiue pertineat ad tuaꝫ
vel alterius collationeꝫ ꝓuidere de
bes. Nō in tex.ꝙ ordo mandati ſer-
uandus eſt

¶ Si clericus

Si cleric⁹ cui mandabat̄ ꝓuideri ꝺ̄
prebenda p̄mo vacante in aliqua ec
cleſia negligit petere p̄bendam ſibi
debitam ⁊ q̄ꝫq̄ꝫ canonicatuꝫ recepit
extincta eſt gratia. Si aūt ſibi aucto
ritate apoſtolica fuerit collat⁹ cano
nicat⁹ tunc habebit p̄bendam cum
nullus eſt ibi expectans auctoritate
apoſtolica

¶ Hi qui auctoritate

Hi qui auctoritate apoſtolica in
aliqua eccleſia in canonicos ſunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De prebendis in vi.

recepti debent in prebendarum aſſe
cutione ceteris aũferri legatorũ vel
aliorum quorũcũq; auctoritate rece
ptis antea in eadem.

¶ Si poſtq̃

Si poſt gratiam mihi factam a pa
pa de canonicatu & prebenda boñ.
canonici hoc ignorantes & ignoran
ti prebendam conferunt poſtea va
cantem non tenet collatio. Nota gl.
que dicit de inſpectione temporis
date.

¶ Dudum venerabili

Si papa dat licẽtiã legato ſuo reci
piendi apo. auctoritate reſignatiões
bñficiorũ legatiõis ſue libere in ma
nib⁹ ſuis factas & illa bñficia ꝯferen
di. Scđo ſi papa de predicta ptãte
non habita mẽtiõe canonicatũ & p̃
bendam ſi vacat vel q̃ꝑmo vacaue
rit in aliq̃ ecc̃ia legationis mihi con
ferat. Tertio ſi canonicus ipius ecc̃e
renunciet & legatus etiam ignorans
collationem mihi factam confert ti
bi prebendam predictam non tenet
collatio legati ſed mihi illa preben
da debetur Nota textũ. qui dicit de
ſeruo calendario qui poſt mortẽ do
mini mutuo dat pecuniam

¶ Quia ſepe

Scđus q̃ impetrauit dignitatẽ & p̃
bendã p̃fertur p̃ori q̃ ſolũ p̃bendã
impetrauerat ſi prebenda dignitati
eſt annexa. alias non. Nõ g. que po
nit certos caſus in quibus ſcđo im
petrans prefertur primo impetran
ti & eſt conſideranda

¶ Cum in illis

Cum papa mandat alicui ꝓuideri
de ecc̃ijs. dignitatib⁹. ꝑſonatib⁹. ſiue
bñficijs ſi nõ fecerit mẽtionẽ ꝺ cura
to illi de curato ꝓuideri nõ p̃t. Se
cũdo dicit ſi papa mandat alicui ꝓ
uideri de bñficijs. dignitatib⁹. & ꝑſo
natib⁹. ad collationẽ alicui⁹ ſpectãti
bus. tale mandatum ad bñficia ſiue
ad dignitates ad que vel ad quas
quis ꝑ electionẽ ſolũ aſſumi nõ exten
ditur. Itẽ dicit q̃ differẽtia eſt inter
collationẽ. p̃ſẽtationem. & inſtitutio
nem. Item tangit textus de manda
to facto duobus ad quos pertinet
collatio vel p̃ſẽtatio & non additur
coniunctim vel diuiſim

¶ Si tibi abſenti

Caſus eſt. beneficium mihi collatũ
ante diſſenſum meum alteri conferri
non poteſt niſi terminus mihi dat⁹
ad conſentiendum eſſet elapſus & tũc
etiam poſt terminũ anteq̃ alteri cõ
feratur potero conſentire

¶ Eum qui.

Eum qui vi vel iniuſte occupat ſe
cundum beneficium curatum priua
tus eſt primo. qui autẽ vi beneficiũ
aliquod occupat eſt ipſo iure priua
tus. iure quod ĩ illo vel ad illud ha
bebat. Nota textum qui dicit q̃ ſtul
tus non debet eſſe melioris conditi
onis q̃ ſapiens. Nota g. que dicit q̃
occupans aliquod beneficiũ de tali
occupatione debẽ facere mentionẽ
in impetratiõe vel diſpenſatiõe Itẽ
g. in fine dicit de timore & diſtinguit
quotuplex ſit timor.

¶ Is cui conceditur

Ille cui ꝯcedit̃ vt alicui de bñficio
in ſua vel aliena ecc̃ia prouideat nõ
poteſt prouidere alicui aliud benefi
cium ſufficiens habenti niſi primo
illud beneficiũ quod obtinet dimit
tat Nota g. que dicit quando ſuffici
ens eſt beneficium. Item dicit quan
do beneficiat⁹ bñficiari nõ mandat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Si beneficia
Si quis ignorans recipiat bñficiū prius reſeruatū vel alteri collatuꝫ ꝑ papam ſi ex quo ſciuit illud ſine difficultate dimittit recupat p̄ora bñficia ꝓpter illud dimiſſa. alias nō. Itē glo. dicit ꝙ hoc caſu preſumit̄ ignorantia niſi probetur ſcientia. Itē cuilibet referenti quis credere nō tenetur

¶ Non poteſt
Non prodeſt diſpenſatio ſup pluralitate beneficioꝝ impetranti qui aliqđ q̄ntūcūq̧ modicū beneficiū ſubticuit. Itē indultū alicui ꝑ ſe. apo. factum vt duas poſſit habere curatas ecc̄ias intelligitur de p̄mis duabus quas eundem obtinere contingit. Nō gl. que declarat ⁊ allē. qs p̄t ſup pluralitate beneficiorū diſpenſare.

¶ Si apoſtolice
Si legatꝰ facit alicui gr̄am in aliq̄ ecc̄ia cū clauſula ſi ſecus factū fuerit irritum ⁊ inane. ⁊ papa eandem ꝯfirmet ex certa ſua ſcientia ſi papa alicui eandē gr̄am fecerit collatio legati proceſſum habebit. Nō gl. q̄ dicit ꝙ ille qui confirmat ille donat

¶ Si motu ꝓprio.
Si papa alicui habenti aliqđ bñficiū ꝯferat ſcđm motu ꝓprio valꝫ collatio cū ꝓcedat ex mera ipiꝰ liberalitate. Dicitur aūt gratia motu ꝓprio conferri cū papa hoc in litteris exp̄ſſe canet alias non

¶ Si pluribus
Si papa pluribꝰ in aliqua ecc̄ia vacantibus dignitatibus vel prebendis aliquā ꝯferat prebendā nulli alteri de iure debitā ⁊ motu ꝓprio talis gr̄a đ meliori et maiori prebēda eſt intelligēda. Si vero collata hoc caſu eſt prebenda ad petionē alterius de minori debꝫ cenſeri prebenda.

¶ Cum in eccleſia
Prebenda pertinens de ꝯſuetudine ad ep̄m vbi certus eſt numerꝰ canonicorū licꝫ ep̄us de numero canonicorum non ſit ipo mortuo habenti gratiam ad proxime vacaturā ipaꝫ p̄bendā ꝯſequi non poteſt ⁊ ſic hñs caſū vbi primus expectans caret p̄benda

¶ Si tibi conceſſo.
Per adeptionem ſcđi bñficij curati cuius fructꝰ alius ex cauſa ꝑcipit nō vacat p̄mū. Nō g. que dicit ꝙ miniſter dꝫ expenſas habere. Item q̄ nō habet fructus non plene dicitur trāſlatus

¶ Cui de non.
Cum mādatur alicui nō ſacerdotalis vel integra vel certi valoris conferri prebēda ſacerdotalis dimidia vel minoris valoris illi etiam volenti conferri non poterit. Item forma mandati debꝫ inſpici.

¶ Licꝫ ep̄us
Licꝫ ep̄us poſſꝫ conferre alicui bñficiū meū qđ vacat quia aliud incompatibile habeo. illum tñ in poſſeſſionē bñficij vacantis me non vocato inducere non poteſt.

¶ Ei cui prouideri.
Cum papa mandat alicui ꝯferri p̄bendam ſimpliciter illi ſacerdotalis p̄benda ꝯferri nō p̄t ſi nondū in tali etate exiſtat ꝙ poſſit ad ſacerdotiuꝫ promoueri ſed aliaꝫ expectare debet Nō gl. que dicit ꝙ ius beneficiatuꝫ non bñficiat

¶ Si paup.
Mandatum alicui factuꝫ a papa vt pauperi clerico ꝓuideat expirat ſi

clericus añ pꝛouiſionem ſibi factam aliud ꝯſecutus fuerit bñficiũ. No͂ g. que dicit ꝙ i curato requiritur maioꝛ idoneitas.

¶ Si a ſede.

Si papa vel legat⁹ confert alicui beneficiũ ⁊ oꝛdinarius eodeꝫ die ꝯfert alteri nec apparet que collatio fuerit ꝑma. potioꝛ erit conditio poſſidentis. ſi vero neuter poſſideat pꝛeferendus eſt ille cui papa contulit vel ei⁹ legatus

¶ Cum ſingula

Religioſus hñs ꝑoꝛatũ vel curataꝫ ecc͂iam ſi recipit ſc͂om ſine licẽtia pape ipo iure vacat ꝑmuꝫ. qḋ ſi ſtatim non dimiſerit efficitur inelegibilis ⁊ ꝑuatur vtroqꝫ. Eadeꝫ eſt pena ĩ his qui habebant añ hanc conſtitutionem niſi infra menſẽ alterũ elegerint ⁊ alterũ dimiſerint. Pꝛioꝛatus ecc͂ie vel adminiſtrationes vni⁹ monaſterij ſolite ꝑ ipſius monachos gubernari abſqꝫ ſe. ap. licẽtia alteri⁹ monaſterij monachis nõ ꝯmittãtur nec cõmiſſa dimittant. qui contrafecerint ſint ꝑuati ptãte oꝛdinandi pꝛedicta ea vice ⁊ defertur ad dioceſanum in nõ exẽptis. ad papã in exẽptis. recipientes vel detinẽtes ſunt ineligibiles ipo iure No͂ g. que dicit q̃ diſpẽſatiõe op⁹ eſt ſi tranſeat monach⁹ ad parem vel minoꝛẽ regulã. ⁊ dicit etiam quid iuris ſi ad ſtrictioꝛem

¶ Cum in eccleſijs

Cum in eccleſijs collatio aut ꝓuiſio in beneficijs aut p̃bendis ĩminet facienda abſentes qui ꝯmode intereſſe pñt vocari debent alias qḋ in eoꝛuꝫ abſentia factum fuerit irritari debꝫ

¶ Pꝛeſenti declaramus

Iſta decretalis declarat. c. ſc͂om. s̃. eo. et. c. ſtatutum. s̃. eodẽ. ti. ⁊ eo. li. et docet que beneficia dicuntur reſeruata curie ſecundum loca curialium moꝛientium.

¶ Si apoſtolica

Sede ap. vacante beneficia ſaltẽ curata etiã ap. ſe. reſeruata pñt ꝑ eoꝛuꝫ collatoꝛes conferri non obſtãte cõſtitutione clementis. Idem dicendũ eſt de bñficijs de quibus papa ante ſuũ obitũ non diſpoſuit

¶ Si cui nulla

Gratia alicui ꝯceſſa vt prouidẽ poſſit ꝑſonis non idoneis. in certa eccleſia ꝑſonis non expꝛeſſis non expirat re integra obitu ꝯcedentis. ſecus ſi ꝑſone eſſent expꝛeſſe. No͂ g. que int͂ cetera dicit ꝙ multum operatur expꝛeſſio perſone

¶ Si eṕus cui

Si eṕus ꝯmittit alicui in genere vt oꝛdinet clericos ſue dioce. ſi talis oꝛdinet aliquos ſine titulo non eṕus cõmittens ſed oꝛdinans ipſis taliter oꝛdinatis prouidere tenetur. ſecus ſi ſibi certas oꝛdinare commiſiſſet ꝑſonas.

¶ Quamuis tibi.

Si pꝛimo loco papa dat licentiam conferendi beneficia certo mõ vacãtia vel ad papam deuoluta. ſc͂do aliquod de his conferat ſpẽaliter vel conferri mãdat ſpẽs generi derogat ita ꝙ ſecũdo beneficiũ debetur. No͂ glo. que dicit ꝙ iſte indulgentie reſtringantur

¶ Si is cui

Iſta decre. ꝑmo habuit oꝛtũ ex ꝯſtitutiõib⁹ reuocatoꝛijs q̃s fecit Bonifacius ſtatim poſt pꝛomotionem ſuaꝫ de gratijs factis a nicolao. iiij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝫ Cel'.v.ꝑ quas ius queſituꝫ erat ad rem ⁊ non in re. Reuocatoria graꝝ Nicolai incipiebat pridē ad apicē celeſtini īcipit dudū circa ꝓmotōis

¶ Quodam per

Caſus iſte q̄ſi ſimilis ē caſui primo ſup̄.quia tangit etiā ꝺ predicta ↄſti tutione reuocatoria. Nō glo.que di cit verbum ſingulare ꝙ q̄s hoc caſu impedit alium in eo qꝺ per ſe nō cō ſequitur.

¶ Mandatū aplicum

Cum mādatur alicui vt ꝓuideat ta li de aliquo bn̄ficio ad collationem talis capituli ſpectāte ſiue hmōi bn̄ ficiū ſpectet in cōi ad capl'm ſiue ad ſingulares pſonas hmōi mandatuꝫ ſe extendit.ſecꝰ tn̄ de bn̄ficijs ſpectan tibus ad dignitates.

## ¶ Titu.de preben.in cle.

¶ Si dignitatem

Clauſula inſerta lr̄is gratioſis ſup dignitatē ↄceſſis ꝑ quā ꝓuideri mā datur ne aīarū cura ſi dignitati īmi net negligatur vel ꝑ quaꝫ inhibetur electionē fieri dignitatis nō facit ex tendi grām ad dignitatē curatā vel ad quā q̄s ꝑ electionē aſſumitur.

¶ Per litteras.

Littere ſup ꝓuiſione clericorū nō in cludūt hoſpitalia. leproſorias .⁊ ele moſynarias vel loca ſimilia etiā ha bētia iura ſp̄ualia niſi hoc exp̄mant Et g.alle. ꝙ predicta varia habent nomina.

¶ Si plures

Quo caſu vacat vna dignitas ꝑ re ceptionem alteriꝰ vacant et plures. Nō g.que hoc caſu all'.c. ordinarij. ꝺ offi.ordi.vi.ſcꝫ ꝙ bn̄tes plures di gnitates debent oſtendere ordina

rio ſuas diſpenſationes.

¶ Si romanus pon.

Valꝫ ꝓuiſio facta proprio motu pa pe tacens bn̄ficia ꝓuiſi quecūqꝫ ſint et quotcūqꝫ. Vide g.que dicit ꝙ in legato eſt opinio. Item tangit g.q̄s inhabilitates tollit motꝰ ꝓpriꝰ pape

¶ Si de beneficio

Si papa ſcribit alicui vt tali cōferat bn̄ficiū ad collationē epi ſpectās ta lis non p̄t conferre beneficiuꝫ cuius collatio eſt ex negligētia epi ad ca pitulū deuoluta licet in caſu conuer ſo id facere poſſꝫ ⁊ in caſu vt in fine tex.huius capituli

¶ Si iuxta.

Adeptꝰ in ecc̄ia dignitatem hn̄tem p̄bendam annexā ꝑdit p̄imā p̄bēdaꝫ quā habebat in illa. Nō gl.que dic̄ ꝙ ſi p̄bēda nō eſſꝫ annexa dignitati ꝙ ex tūc poſſꝫ obtinē dignitatē cū p̄ ma p̄benda.⁊ ſic annexio īpedit h .

## ¶ Titu.de clerico egrotante.

¶ Cum ꝑpeſſio.

Caſus totiꝰ tituli eſt ꝓpter īfirmita tem nō p̄uatur clericꝰ bn̄ficio ſimpli ci.vt in.c.primo .nec maiori licet ei detur coadiutor.j.eo.c. penul.⁊ vlt. nec fingitur irregularis .vt.j. eo.c.ij. niſi forte ille moribus abominatio nem inducat.vt eſt in lepra.nam tūc remouetur in totum ſ'm Ber.Vinc. Inno.⁊ Lañ.ſm Hu.Lau.⁊ Joh.⁊ Hoſt.datur tali coadiutor. vt infra. eodem.tertio ⁊ quarto.c.vbi diuerſi tas iſta notatur. Nota gloſam capi tuli primi que dicit ꝙ famuli egri quos curamus nobis ſeruire intelli guntur. Item notat glo.ꝙ id qꝺ ab

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

initio valuit ex poſt facto infirmat
contra illud. q̃d em̃ recte factum ẽ ex
ſupuenienti delicto corrũpi nõ p̃t. ⁊
g. all'. Itẽ g. dicit q̃ cũ ſcãdalo nihil
eſt faciendũ dũmõ ſine pcc̃o morta
li poſſ omitti. Item dicit g. q̃ eccle
ſiaſtica beneficia non ſũt tp̃alia imo
ꝑpetua. et ergo ꝓpter ſupuenientem
caſuz ſine culpa non ꝑuatur q̃ habz
ſed datur ei coadiutor.

## Ti. de clerico egrotante .li.vi.

### Paſtoralis

Batio coadiutorũ ep̃orũ ⁊ ſuorũ ſu
periorũ eſt de maioribꝰ cauſis. ⁊ ſpe
ctat ad ſolũ papaz. p̃t tñ ep̃us ſenio
vel infirmitate ꝑpetua impeditus d̃
cõſenſu capituli ſui vel maioris par-
tis ſibi auctoritate ap. vnũ vel duos
coadiutores aſſumere. etſi demẽs fu
erit capitulũ aut due ipiꝰ ꝑtes hoc
facient. Sz ſi ep̃us ꝯtradicit tunc nil
innouabit capitulũ. Sz ep̃i et ecc̃ie cõ
tradictionem q̃cito poterit intima
bit pape. et coadiutores iſti ſũptus
moderatos habebunt de ꝓuentibꝰ
ꝑlatorũ ſuorum. Nota g. in p̃n. que
dicit ⁊ cõnumerat cãs que dicuntur
maiores ⁊ ideo ad papam refẽrẽdẽ. ⁊
alle. ⁊ remittit. Nõ g. que dicit q̃ lex
erubeſcit filios eſſe caſtigatores pa-
rentum

## Titu. de inſtitutionibus

### Non amplius.

Plures in ecc̃ijs nõ inſtituãtur nec
recipiantur q̃ q̃t ſe regẽ de bonis ec
cleſie ſiue monaſterij ꝯmode poſſint
abſq penuria. Nõ gl. que tangit de
duplici ignorantia craſſa ⁊ ſupina.

### In eccleſia

Laici in canonicos inſtitui non põt

Nõ g. que q̃rit an laici in ecc̃ia inti
tulati in numero canonicorũ ꝯputa
ri põt. Item dicit g. q̃ homines di-
uerſe profeſſionis in eodem officio
ſociari non debent

### Ex frequentibus.

Beneficium eccleſiſiaſticũ ſine cano
nica inſtitutione non habetur. Nõ
textũ qui videtur innuẽ q̃ archiep̃s
ĩ notorijs p̃t excõicare ſubditos ſuf
fraganei ſui. Itez dicit q̃ auctoritas
inſtituendi ẽ penes ep̃m

### Auctoritate.

Non ſunt plures in ecc̃ijs inſtituen
di q̃ de facultatibus eis ꝯmode põt
ſuſtentari. Nõ g. que ponit drãm in
ter inueſtire ⁊ inſtituẽ. Item dicit q̃
nullus dandus eſt inuitis dũmodo
tñ iuſtam cauſam oſtendãt

### Ad decorem

In ecc̃ijs eius terre q̃ de nouo ꝯuer
ſa eſt clerici debent inſtitui vndecũ
q̃ etiã originẽ ducãt. nõ g. q̃ dicit de
dãnato coitu. item dicit q̃ culpa cul
pe eſt cõpenſanda. item q̃ non refert
quo loco et ex quibus parentibus
clericus natus fuerit

### Cum veniſſent

Ep̃us de iure cõi inſtituit. Nõ gl. q̃
querit hic quare in hoc capitulo ꝓ-
batio transferatur ĩ archiep̃m cũ tñ
de iure cõi ad ip̃m ſpectat inſtitutio
Item g. dicit qñ donatio cẽſetur re-
alis ⁊ quando perſonalis. item dicit
q̃ factum prelati non preiudicat ec
cleſie. Item dicit de iuramento ꝑla-
ti facto in damnũ eccleſie. item tãgit
quid p̃t facere ecc̃ia habens prelatũ
ſine prelato vel cum prelato

### Cum ad noſtram

Nemo eccleſiaſticum bñficiũ poteſt
accipere a ſeip̃o. Nota tex. qui dicit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ inter dantem et accipientez dʒ eẽ diſtinctio pſonarũ.itez dicit g.ꝙ nemo vices plurium ſuſtinet.itẽ g.querit qđ ſi iſte daret alteri poteſtatem conferendi.anne ipſe poſſʒ ſibi cõferre.Glo.allꝫ.ꝓ et contra ⁊ vadit ſicco pede.vide ergo doct.

## Ti.de inſtõnibus.lib.vi.

Etſi capitulum

Capitulum ſede vacante pt preſentatos idoneos admittere lʒ bñficia ad collationẽ epi ſpectantia conferre non poſſʒ. Nõ g.que arguit pro et contra an confirmare ſit donare. ſed dicit ꝙ ille qui cõfert ille donat. non qui confirmat

Si is ad quẽ

Si patronꝰ quẽ pñtat ad ecc͂iaz parochialem nõ ꝯſtitutũ in ſacris ordinibus dũmõ alias ſit idoneꝰ ⁊ infra tempus a iure ſtatutum ad ordines quos ipſius eccleſie requirit poſſʒ ꝓmoueri admittenda eſt illius preſentatio ꝛc..

## Ti.de conceſ.preben.vel eccle. non vacã.

Qui in viuorum.

Illi qui ponſitur ſiue inſtituũtur in locũ ſacerdotũ viuorũ ab ecc͂iaſtica cõione ſunt compellendi. Nõ g.que ponit qõnem quid de illo qui neſcienter poſſedit bñficiuz alteriꝰ ad.xl. annos anne debʒ dimittere poſtꝙ ſciuerit ꝛc.

Nulla ecc͂iaſtica.

Bñficia non vacantia ꝯcedi vel ꝓmitti non pñt.et cum vacauerint debent infra ſex menſes conferri alias conferendi poteſtas de epo ad capitulũ ⁊ de capitulo ad epm demum ad proximũ ſupiorez deuoluit. Nõ g.q̄ dicit ꝙ pactuz de futura ſucceſſione non valet. Itẽ g.dicit ꝙ iſtõ tẽpus currit a tempore ſcientie

Relatum eſt.

Bñficia vacãtia ꝯferũtur nõ obſtãte appellatione illoꝝ qbꝰ ꝓmiſſa fuerũt añꝙ vacarent. Nõ gl. q̄ dicit ꝙ ex tali ꝓmiſſione nihil iuris adquiritur.ſicut actionẽ furti hʒ emptor i re vendita nondũ ſibi tradita

Propoſuit nobis

Ubi ſeribitur ordinario ⁊ executori negligente ordinario in executione tranſfertur ꝯferendi ptãs poſtꝙ ſuã deſignauerit voluntatẽ. Nõ tex.qui dicit ꝙ papa pt ſupra ius de plenitudine ptãtis diſpenſare. Nõ g.que dicit ꝙ ſi papa mandat alicui cõferri prebendã ſi alteri ꝯferaẽ valet collatio. Item g. ponit caſus in quibꝰ papa diſpenſat

Quia diuerſitatem

Tempꝰ ſemeſtre datũ ad eligendum ſeu ꝯferendũ a iure prefixuʒ non currit legitime impedito. Nõ g.que ponit tria ad que valʒ ꝯfirmatio.

Cum noſtris

Nõ valẽt lr͂e ad bñficia impetrate q̄ de alteriꝰ colorata facti poſſeſſiõe non faciũt mentionẽ. Nõ g.que dicẽ ꝙ ſñia lata vigore falſe cõmiſſionis non tenet. Item g.eſt in hoc notabilis et ſingularis quia d͛clarat ꝙ poſſeſſio habʒ multum iuris quandoqʒ item quandoqʒ parum

Poſt electionem

Ubi conſtat collatũ eſſe bñficiũ per eũ qui põt conferre de iure non dʒ i poſſeſſionem miſſio retardari.h.d.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nota glo.q̄ dicit ꝙ ꝑs cõtinet̄ in to
to.et alle.Sic eṗs ꝯtinet̄ nomīe eccl'e
Et ſic noīe ppl'i ꝯtinet̄ ſenat' ſic noīe
familie ꝯtinet̄ dn̄s.Itē plus valȝ ſpe
cialis noīatio q̄ generalis

Cum ſuper

Recepto in canonicū tenet̄ capitulū
ꝓuidere q̄ȝ cito facultas ſe obtulerit
Nota g. que tāgit qn̄ et qn̄ nō ē au-
diend' allegās ꝓꝑiam turpitudinem
Itē ꝙ ī pari cā turpitudīs potior ē
ꝯditio excipiētis alibi poſſidentis.l.
ij.C.de cōdic.ob tur.cām.

Lrās

Si is q̄ hȝ p̄bendā ī eadē eccā dignī
tatē recipiat vacat ipo iure p̄abēda
ꝑncipalis Nota g.q̄ videt̄ tāgere an
eṗs poſſet diſpenſare ſup pluralitate
bn̄ficioꝝ curatoꝝ dignitatū vel ſim-
pliciū Itē in fine dicit ꝙ eṗs diſpen
ſans dȝ hoc exꝑmere

Ex parte

Conciliū lateraneñ locū nō habet in
collegijs vbi nō ſunt diſtincte ꝑſone
nec certus canonicoꝝ numer'. No-
ta glo.in ṗn.ꝙ duo vel tres de colle-
gio defendere poſſunt collegiū inui-
tis alijs Item dicit ꝙ vnus vel duo
ṗnt ſe opponere pro defenſione eccē
ſi rōnabilē cām oſtēdāt.⁊ g.all'.ꝯcor.

Conſtitutus

Is q̄ hȝ ꝯferre non p̄t de iure alterī
tradē ptātē ꝯferēdi ṗmū bn̄ficiū qḋ
vacabit Vel ſic.de iure nō p̄t eṗs da
re ptātē ꝯferēdi ṗmū bn̄ficiū Nō gl.
q̄ dicit ꝙ ꝑfecta donatio ſemel facta
non reuocat̄ ⁊c

Dilectus filius

Lateranenſe ꝯciliū de bn̄ficijs vltra
ſex menſes vacantib' ad eṗat' nō ex
tenditur Nota glo.q̄ dicit ꝙ conſue
tudo hoc caſu interpretatur iura ꝯci
lij nā ipa ꝯſuetudo eſt optima leguȝ
interpres ⁊ allegat iura Item bone
conſuetudinis nō ē vilis auctoritas.

Ex tenore

Ex ꝓmiſſione bn̄ficij vacaturi nemo
poteſt agere Nota glo.q̄ dicit ꝙ im
putari dȝ ſibi ꝑſi q̄ producit cartam
vel literam facientem contra ſe. Iteȝ
glo.alle.quando auditur q̄s allegās
ꝓꝑiam turpitudinem ⁊c.

Accedens

Valet generalis promiſſio beneficij
non vacantis cum ſe facultas obtule
rit Nota gl.que tangit multos mo-
dos qubus quidē modis beneficiuȝ
poteſt vacare. Item dicit ꝙ ſepe ī ge
nere permittitur quod in ſpecie pro-
hibetur Corrigit̄ tn̄ iſta decretalis ꝑ
c.Deteſtanda eo.ti.li.vi.

Poſtulaſtis

Si ad capitulū et prelatū vt prelatū
ꝑtinet eligendi ptās de vno ad alteꝝ
lapſu temporis non deuoluit̄.ſecus ſi
prelatus ſit ibi canonicus qḋ tūc ve
rum erit ſi dolum nō cōmittit Nō g.
q̄ tāgit qualiter idē poteſt eſſe eṗus ⁊
canonicus eiuſdem eccē.

Cum dilecta

Directa vl' indirecta facta promiſſio
a patrono de vacaturo beneficio nō
tenet. Nota glo.que alle.de ꝓꝑia tur
pitudine. Item dicit ꝙ fruſtra au-
xilium legis inuocat qui peccat in le
gem.

**Titulus de conceſ.preben. et
eccleſie non vacantis li.vi.**

Quia cunctis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Si mādatur alicui prouideri de dig
nitate vacatura quā duxerit acceptā
dā ⁊ vacet dignitas quā añ accepta
tionem ordinari⁹ confert tenet ipſi⁹
collatio etiam ſi executor impetrātis
ante acceptationem fecerit reſerua-
tionem inhibitionem et proceſſus ſu
per prima vacante. Nota textum q̄
dicit ꝙ aliquis ꝓuilegiari poteſt q͛
non poſſet excōmunicari Nota glo-
ſam que dicit de clauſula irritum et
inane.

¶ Deteſtāda
Omnis promiſſio per quam datur
via ad beneficiū vacaturuꝫ eſt repro
bata Nota prohemiū huius litere ⁊
glo. que dicunt pulchra verba ꝯ aui-
dis et ꝙ mens alligata cupiditati ci
to deuiata via ⁊c.

¶ Ne captāde
Habens lrās ap. ſe. ſuper primo bñ-
ficio dignitate vel prebenda q͛ du
xerint acceptandū certum acceptare
non poteſt ſed primum quod vaca-
bit vel ex cauſa ſecundum vel vlteri⁹
poterit acceptare. Reſeruatōes pro-
ceſſus et decreta contra hoc habita
non valent Nota gl. que tangit vnū
caſum in quo ſententia excommuni-
catōis nō ligat ⁊ remittit ad alios ⁊c

¶ Executor ſuper
Executor dat⁹ generaliter in aliqua
prouincia ad prouidendum alicui. ꝑ
latis vel alijs ad quos beneficiorum
in eadem prouīcia ſpectat collatō ne
ad prouiſionem aliquorum ꝓcedāt.
donec illi pro quo ſcribitur ſit proui
ſum non poteſt generaliter prohibe-
re niſi hoc concedatur in literis expſ-
ſe. poteſt tamen reſeruare ut patet in
liters

¶ Si capitulo
Si mādetur capitulo ut me recipiāt
in canonicū et mihi prebendā confe-
rāt cū id ꝑtinet ad eos dato executo-
re ad ꝓuidendū tūc ꝑ ſolā lrāꝝ pñta
tōem factā capitulo affecta eſt prebē
da. Et executor negligente capitulo
infra terminum ꝑ eum ſtatutum me
recipere et conferre prebendā nō vo
cato ad hoc capitulo id exeq̄ poterit

¶ Si ſoli
Si ſoli ordīario vel ſoli executori ad
compellendū vel ordinario et tali ex
ecutori ſit ſcriptum ꝑ preſentationeꝫ
talis mādati nō afficitur ꝓbenda ni-
ſi in literis eſſet decretū aut executor
ille inſinuaſſet et interdixiſſꝫ maxime
cum decreto vel rōe mandati iā eſſet
facta receptio ad canonicatū ī his ca
ſib⁹ vel eoꝝ altero affecta eſt ꝓbēda.
ita ꝙ collatio alteri facta non tenet.
Nō glo. magnā hui⁹. c. que mgr̄a eſt
ſuꝑ materia prebendarū et beneficio
rū et prelatōe expectantium.

¶ Auctoritate martini
Si tres ſunt expectantes ī ecc̄a vnus
auctoritate martini ⁊ alter auctorita
te boñ. et tertius auctoritate eiuſdem
cum prerogatiua vt preferatur om̄i-
bus receptis non auctoritate boñ. ꝓ-
bendas hi conſequuntur hoc ordine
quia primam habebit ſecundus ⁊ ter
tius ſecundam et tertiam primus. et
probatur hoc ar. legali ⁊c.

¶ Quoniam
Iſta decretalis declarat in quibus
beneficijs dignitatibus ſeu eccleſijs
curatis locum habet illa decretalis
vltima ⁊ pe. de ꝓbendis extra. que
loquitur vna cum iſta decretali ꝯ re
uocatorijs oīm grāꝝ quo ad bñficis

in quibus non ē ius queſitū in re ſed ius queſitum ad rem Nota ex tex. ei⁹ eſt interp̄tari cui⁹ ē cōdere. Nota gl. de reg'la. qꝺ ꝑ me nō ſtat mihi imputari non dꝫ ꝙ. illa fallit ⁊c

## Titulus de cōceſ. prebē. in cle.

Cum ei

Decretū ꝯditionale an̄ ꝯditōis euentū nō afficit ptātē ordinarij vel alterius collatoris. ſec⁹ qn̄ acceptatōi bn̄ficij tp̄s adijcit̄ cum decreto. ⁊ q̄ bn̄ficiū vacās ab executore petit vel recipit illud intelligit̄ acceptaſſe q̄ vacatio nota dicit̄ expectāti ex quo in loco bn̄ficij publice ſcit̄.

## Titulus ne ſede vacante aliquid innouetur

Nouit ille

Vacāte ecc̄a ipſi⁹ ſtat⁹ nō mutat̄ Nō g. q̄ dic̄ ꝙ trib⁹ modis fit vnio ecc̄aꝝ Itē dic̄ ꝙ naturale viciū eſt negligi qꝺ cōiter poſſidet̄ Itē dicit ꝙ iudex ꝑſtat auctoritatem facto minoris eo tp̄e quo nō hꝫ curatorē Itē ꝙ plus vtilitas ꝑſone q̄ꝫ ecc̄e eſt attendenda

Illa deuotionis

Sede vacante capitulū nūq̄ ꝯfert ꝑ bēdas ad collatōem p̄lati ſpectātes. Nota g. q̄ dicit ꝙ illꝺ intelligit̄ ꝓhibitū qꝺ nō inuenit̄ eſſe ꝯceſſuꝫ Item querit an ptās abſoluendi deuoluat̄ ad capitulū ſede va. Et q̄dā dicūt ꝙ ſic ꝓpter ꝑiculum animarum ⁊c.

Conſtitutis

Iudiciū habitū ꝯtra ecc̄am vacantē non valet. et ſic multo min⁹ ꝓceſſus. Vel ſic. teſtiū receptio ⁊ eoꝝ examiatio ac etiā depoſitō nō valet ecc̄a vacāte. Nota gl. q̄ dicit ꝙ ecc̄a carens legitimo defenſore conueniri non poteſt. et alle.

## Titul⁹ ne ſe. va. ali. inno. li. vi.

Si ad epiſcopum

Si collatō bn̄ficiorum ꝯmuniter ſpectat ad ep̄m et capitulū ep̄o mortuo aut alias ſuſpenſo poteſt capitulum bn̄ficia ꝯferre Idē p̄t ep̄s ſi capitulū ſuſpēdi cōtingat vel ſingulos d̄ capitulo excōicari Si vero collatō ſpectat ad ſolū ep̄m cū ꝯſilio vel aſſenſu capituli tūc nō p̄t capitulū niſi ep̄us fuerit in mora. vbi vero de ꝯſuetudīe vel ſtatuto alicui⁹ ecc̄e collatō beneficioꝝ ſpectat ad aliquē cū cōſilio ep̄i ep̄o mortuo vel ſi in remotis ageret qꝛ p̄ntia ipſi⁹ haberi nō p̄t ſine ei⁹ cōſilio poſſet de tali bn̄ficio alicui ꝓuideri! Nota gl. q̄ ponit drām inter cōſiliū et aſſenſum.

## Titulus de his que fiūt a prelato ſine con. capi.

Irrita erit

Donatio vel vēditio epoꝝ rei eccl'aſtice vel cōmutatō facta abſq; collaudatōe ⁊ ſubſcptōe clericorū irrita fuit et ē Nō g. q facit drām inter venditōem rei magne ⁊ pue

Continebatur

In tp̄ali alienatōe quā fecit p̄lat⁹ taciturnitas capituli habetur ꝓ ꝯſenſu Nō g. q̄ dic̄ ꝙ p̄lat⁹ nō p̄t vēde neq; donare niſi inde meliora ventura ꝑ

ſpiciat

Cum nos iam

Alienatio tpalis facta ſine ꝯſenſu capituli ratificari pt̄ ꝑ capitulū Nō g. q̄ dicit ꝙ ī negocijs ecc̄e neceſſari⁹ eſt ꝯſenſus vniuerſitatis vel maioris ꝑtis Itē dicit gl. ꝙ alienatio q̄ de iure nō tenet ratihabitōe ꝯfirmat̄. Et decidit hoc brocardicū q̄ ab initio nō valent ex poſt facto cōualeſcūt ꝯtra cōem regulā q̄ ab inicio nō valēt ex cōtractu tpis nō conualeſcunt

Nouit tue

In inſtitutōibus et deſtitutionibus et ꝯfirmatōib⁹ eccleſiaꝝ et alijs eccl'e negocijs ꝑlat⁹ ꝯſiliū ſui capituli requirere dꝫ. Nota g. q̄ querit nunqd eps̄ audiat ſine lr̄is capituli. Itē an tales inſtitutōnes ſunt ip̄o iure nulle

Quanto

Caſus eſt idem licꝫ diuerſus ut caſus ſupra ꝓxim⁹. Et nota glo. q̄ in hoc ē ſingularis ꝙ ille crimine falſi tenet̄ q̄ noīa abſentiū fratruꝫ in aliquo facit ꝯtractu conſcribi ſiue inſeri

Ea noſcitur

In ecc̄a collegiata in q̄ hꝫ alia eccl'a ꝑn̄tare ꝑn̄tabit prelat⁹ de ꝯſenſu capituli vel maioris ꝑtis niſi de ꝯſuetudine vel ꝑuilegio ꝓpetat ſibi ſoli Nō g. ī pn. q̄ dicit ꝙ quis poteſt ꝑ literas preſentare

Cum ap. ſe.

Rē eccleſiaſticā detētā a laico poteſt eps̄ ſine ꝯſenſu capituli ad ecc̄am ad quā nō ꝑtinet reuocare licꝫ res eccl'e nō poſſet alienare ſine capituli volūtate Nota g. que dicit in fine ſui vnū caſū in quo licet ep̄o alienare ⁊ remittit ad alios

Tua nuper

Nō pt̄ eps̄ ſine ꝯſenſu capituli etiam religioſis ecc̄as cōferre ī quib⁹ etiam ius obtinent ꝓnat⁹ Nō gl. q̄ tāgit qualiter tractat⁹ dn̄t fieri ī alienatōe rei eccleſiaſtice. Item g. tāgit qn̄ alienatio dicitur ꝑpetua ꝛc. Iteꝫ dicit ꝙ eccleſia non morit̄

Paſtoralis officij

Ep̄us parochiales ecc̄as vel obuentōes earū etiā cū ꝯſenſu ꝓni ſine cōſenſu capituli ſui mōaſterio ꝯferre nō pt̄ Nota g. q̄ dicit ꝙ dioniſius papa diuiſit parochias ⁊ cymiteria ⁊ ſtatuit cetera Itē dic̄ qd̄ ſemel a iure ē cōceſſum ꝛc.

Et ſi membra

Ad cōcilia ꝓuincialia vocari debent ⁊ admitti cathedraliū eccleſiarū capitula. Nota gl. q̄ dicit qd̄ oēs tāgit ab oībus ꝓprobari dꝫ Item g. ponit caſus qn̄ laici pn̄t intereſſe cōcilijs ꝓuincialibus

## Titulus de his que fiunt a maiori parte capituli

Cum in cunctis

Ordinatio maioris partis capituli per appellationem ⁊ contradictōem minoris nil rationabile opponentis et probantis impediri nō debꝫ Nota textum ꝙ non ſunt iuramenta ſed potius periuria ſunt dicenda q̄ ꝯtra ſcōꝝ patrū decreta veniūt ſiue etiam vtilitatē eccleſiaſticā Nota g. q̄ dicit ꝙ nō ſemꝑ ſtat̄ maiori ꝑti nec pluralitati. et dicitur maior pars que maiori nititur rōni ⁊ pietati ⁊ ꝓſumit̄ ꝓ pluralitate niſi ꝯtrariū ꝓbetur Item

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

capitulum poteſt facere ſtatuta
¶ Queſiuit
Canonici nõ interdicũt eccleſiam et
hoc facere dꝫ eþs cũ ſuo capitl'o Nõ
text. q̃ dicit ꝙ pctã ſuos auctores te-
nere dñt et ꝙ pena vlteriꝰ ꝯtrahẽda
nõ ſit q̃ꝫ delictũ fuerit in excedẽte re-
pertuꝫ. cũ alibi habeť. pene ſuos dñt
tenere actores Itẽ dicit ꝙ ꝓpter deli
ctũ alicuiꝰ pſone eccã interdici nõ dꝫ
Item iuſtus perit pro impio
¶ Ex ore ſedentis
Cõis ordinatio ecce p cõtradictõeꝫ
⁊ appellatõem eiꝰ cuiꝰ nõ intereſt im
pediri nõ dꝫ Nota tex. q̃ dicit ꝙ inue
ſtitura q̃ñqꝫ fit p anulũ Itẽ dicit tex
tus ꝙ faciẽs alteri reuerẽtiã vt prela
to ſuo fateť eũ p̃latũ ſuũ ⁊ iuri qđ ha
bere p̃tendit videť renũciare. Nota
glo. que expedit ſe ꝺ tacito conſenſu
¶ Ex parte tua
Prelatus cũ maiori pte capituli con
tradicente minori ſtatuere poteſt ꝙ
ad neceſſariã repatõem fabrice q̃libꝫ
canonicus cõferre teneať Nota glo.
q̃ dicit quis dꝫ dare ad fabricã Iteꝫ
valet ſentẽtia plurimorũ qꝛ euidẽs ẽ
illos rõe iuuari. et alle. concor.

¶ Titulus vt eccleſiaſtica benefi
cia ſine diminutõne cõferatur

¶ Ut noſtrum
Occulta collatõ bñficij licet ſit ſuſpe-
cta. tñ valet dũmõ alias facta legitie
ꝓprobeť Et nõ iſtũ tex. q̃ ẽ multũ no
tabilis Itẽ dicit ꝙ explorati iuris ẽ
ꝙ actore nõ ꝓbãte reꝰ abſoluiť. Iteꝫ
dicit ꝙ papa de occultis nõ p̃t diui-
nare Itẽ ꝙ occulta ſuſpitõne non ca
rẽt Nõ g. huiꝰ. c. ⁊ tene eã menti que

dicit an q̃s poſſꝫ ꝯdẽnari ſine accuſa
tore Itẽ an actore nihil ꝓbãte reus
debeat abſolui et an hoc ſit regula-
re et in q̃bus caſibꝰ fallit et ĩ quibus
nõ Itẽ dicit ꝙ allegãs cõtraria nõ ẽ
audiendꝰ. Itẽ gl. tangit de errore q̃ñ
ſcꝫ q̃s poteſt ſe ꝓbare erraſſe

¶ Titulus de rebus eccleſie alie
nãdis vel non

¶ Non licet
Prelatꝰ nõ p̃t dare bona vniꝰ eccleſie
alteri nec ſine cõſenſu ambarũ res ad
vtraſqꝫ ptinẽtes inuicẽ pmutare. Ui-
de g. q̃ ar. et dicit ꝙ p̃miſſa fieri pñt
p prelatum ſubſiſtente cauſa
¶ Qui res eccleſie
Laici non poſſunt res eccleſie dona-
re. ⁊ q̃ ab eis recipiunt excõicantur ⁊
pdunt omnia que alias ab eccã legi-
time obtinebant Et g. dicit quouſqꝫ
ſatiſfaciant et alle. concor.
¶ Conſenſus
Rector ecce q̃ dat ecce reꝫ duple eſti-
matõis ſeruũ ecce manumittere p̃t.
ip̃e tñ manumiſſus et poſteri eiꝰ erũt
ſub prõcinio ecce Nõ g. q̃ dicit bene
meritos poſſe manumitti
¶ Epiſcopi q[illegible]
Si prelatus nihil dat ecce ⁊ ſeruum
ecce manumittat manumiſſio non te
nebit Nota tex. qui dicit impiuꝫ eſſe
vt qui res ſuas ecce non cõtulerit dã
num ipſi ecce infer[illegible]et alle.
¶ Nulli liceat
Res eccleſie alienare non licꝫ vel alie
nari non debent. Nota glo. que po-
nit drãm inter pignus et hypothecã
Itẽ nota tex. et glo. que dicũt quãta



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝯtinet i ſe hoc v̾bū alienare Itē nō g.
q̄ poīt dr̄ãz int̄ feudū ⁊ emphiteoſim

¶ Si quis preſbyterorum

Alienatō fcā de reb⁹ ecc̄e non tenet ⁊
alienātes niſi rē reſtituāt excōicātur.
⁊ q̄libet cleric⁹ de ecc̄a p̄t ꝯtradicē et
rē cū fructib⁹ repetere Nota gl. q̄ ar
guit an ſubſcribēs ſe alicui cōtractui
noīe alieno videt̄ conſentire

¶ Ad aures

Terra ecc̄e infertil⁹ dari p̄t in emphi
teoſim ei cui⁹ ſtudio reducit̄ ad cultu
rā Nō g. q̄ dicit ꝙ melioratō coloni
facit ꝙ expelli nō dꝫ qꝛ diligētia ſua
nō dꝫ ſibi eſſe damnoſa

¶ Ut ſuper aliqua

Qui iurauit nō alienare illa q̄ ſunt d̾
mēſa ea de q̄b⁹ dubitat̄ an ſūt de mē
ſa alienare nō debet Scđo dicit. poſ
ſeſſiones min⁹ vtiles ꝓ vtilib⁹ de con
ſenſu capituli ſui p̄t eп̄s ꝑmutare Nō
g. q̄ dicit ꝙ quilibet eп̄s q̄ immedia
te dn̄o pape ſubeſt ⁊ pape iurat Idē
iuramentū preſtāt alij epī ſuis metro
politanis

¶ Ad audientiam

Canonic⁹ ꝓdiu ecc̄e ꝑpetuo locare
nō p̄t. Nō gl. q̄ querit hoc caſu anne
ꝓductores habeāt actōem ꝯtra loca
tores ad pecuniā repetēdā et g. ſoluit

¶ Poſſeſſiones

Prelat⁹ poſſeſſiones ad menſā ſuā vl̄
capituli ꝑtinētes alienare nō dꝫ. nec
dꝫ ecc̄as ī q̄b⁹ monachi miſtrare cō
ſueuerūt clericis ſecularibus aſſignare.
Nō g. q̄ dicit ꝙ poſtꝙ loc⁹ ē fact⁹ re
ligioſus ampli⁹ ad ſeculares vſus re
dire nō dꝫ. et alle. g. ꝯcor. alibi. qđ ſe
mel deo dedicatū ē amplius ad ꝓpha
nos vſus ⁊c.

¶ Ad nr̄ām

Ecc̄a reſtituit̄ ꝯtra cōtractū in q̄ fuit
enormiter leſa. Nō gl. ī pn̄. q̄ dicit ꝙ
pluralis locutio duoꝝ numero ꝯten
ta ē Itē dicit g. ꝙ ꝓ leui dāno nō da
tur reſtitutō Itē dicit ꝙ nemo ꝓprijs
ſtipēdijs tenet̄ militare et pro labore
quis mercedem recipere dꝫ

¶ Cum laicis

Alienatōes facte d̾ feudis vel alijs re
bus ecc̄aſticis nō tenēt q̄ᵭꝙ ꝑ cōſtitu
tōes laicoꝝ approbent̄ Nō g. q̄ dicit
ꝙ laici principes pn̄t dare eccleſijs ꝓ
uilegium. et alle.

## ¶ Titulus de rebus eccleſie non alie. li. vi.

¶ Dudum

Perpetua alienatio facta d̾ reb⁹ ecc̄e
vacātis et nō ꝓcedēte tractatu ⁊ ſine
iuſta cā nō valꝫ Nō g. q̄ q̄rit an hoc
caſu valet ſingulorū ꝯſenſus an oīs
debeāt ſimul ꝯſentire Itē notat glo.
ſingulariter dr̄ãz inter decretū aucto
ritatē ⁊ ꝯſenſum ſiue collaudatōem ⁊
alle. ad hoc iura

¶ Hoc conſultiſſimo

Iſta decretalis ī p̄mo ꝓhibet ſubmiſ
ſionē eccleſiarū ⁊ bonoꝝ ſuoꝝ imo
biliū vel iuriū fieri laicis abſq̄ cōſen
ſu capituli ⁊ licentia pape Scđo caſ
ſat ꝯtract⁹ quacūq̄ firmitate vallatos
contra hoc de cetero faciendos. Ter
tio punit p̄latos ꝯtrafaciētes et clerī
cos nō cōtradicētes et laicos q̄ ipos
p̄latos ad hoc ꝯpulerūt vel ꝯpellent
Quarto ꝓcipit laicos ꝑ tales ꝯtract⁹
eo caſu quo valent vltra debitū non
vſurpare ⁊ penam apponit

## ¶ Titulus de rebus eccleſie non alie. in cle.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Monaſterium
Religioſus q̄ concedit alicui ad vitā vel ad certum tempus iura reddit⁹ vel poſſeſſiones adminiſtratiōis cui preeſt ſuſpenſus ē ab officio niſi duo concurrant ſcꝫ conuentus ſi conuentum habet et ſi non habet prelati cō ſenſus Nota glo. que dicit d obediē tiarijs q̄ faciūt hos contractus
¶ Si vna eccleſia
Eps ſuo capitulo ꝯſentiēte p̄t vnā ec cleſiā alteri vnire rectore vel defēſore ſi vacauerit ad hoc nō vocato ſꝫ mē ſe ſue vel capituli etiā capitulo cōſentiente eccām vnire nō p̄t etiam cōtraria conſuetudine non obſtante

¶ Titulus de precariis

¶ Precarie
Precarie ſm auctoritatē et antiquā conſuetudinē de quinquēnio i quinquennium renouentur. Nota gl. que dicit ꝙ precariū eſt quod precib⁹ pe tenti vtendū conceditur tādiu q̄diu is qui cōceſſit patitur et alle. ff. eo. ti. l. i. et infra eo. c. fi.
¶ De precariis
Reuocat ſucceſſor p̄cariā p rectorē ecc̄e irrationabilit̄ factā Nō g. q̄ dic̄ ꝙ vbi ꝯtract⁹ nō valet nec valet p̄ca illi appoſita. Itē ꝙ ſucceſſor p̄t reuocare qđ predeceſſor illicite fecit
¶ Precarium
Conceſſio p̄carij extinguitur ad voluntatem cōcedētis vel ſibi ſuccedentis. p̄carie āt ꝯfeſſio nō Nō g. q̄ dicit q̄liter differūt comodatū et precariū Itē etiā q̄liter p̄cariū. p̄caria et p̄cariū Itē nota g. ꝙ tā ille q̄ rogat p̄cariū q̄ ille q̄ dat vl' concedit vt vterq̄ poſſidet ꝛc.

¶ Titulus de comodato

¶ Cum grā
Iſta decretalis dicit quomodo ꝛ q̄ñ et qualiter et de quo comodatarius teneatur ꝛ ꝙ comodatuꝫ intēpeſtiue nō reuocatur Nota tex. qui dicit de leui et leuiſſima culpa et de mora et de hac quid ſit et quot modis cōtrahatur vi. per abb. hic. Itē dicit tex. in fine ꝙ nos beneficijs non oportet decipi ſed iuuari Vide glo. que dicit quid ſit comodatum

¶ Titulus de depoſito

¶ Grauis
Ex depoſito facto apud clericum ec cleſie nō tenet̄ eccleſia niſi fuerit ī vtilitatem eius verſum. Nota g. que dicit ꝙ ſuſpecti torquendi ſunt
¶ Bona fides
Iſta decretalis eſt gregorij ꝛ primo dic̄ ad quid depoſitarius teneatur. Secundo dicit quomodo depoſitū repetatur Nota gl. que dicit ꝙ depoſitarius non debet minorem diligentiam ſine reſpectum habere ad rē depoſitam q̄ ad propriam rem Itē dicit glo. ꝙ contract⁹ ex ꝯuentōe legem recipiūt et ſeruari dn̄t niſi reprobati fuerint a iure Itē res depoſita nō deterior debet reddi alias reddita nō videtur Itē qui requiſitus et condēnatus depoſituꝫ nō reſtituit infamis efficitur Itē ꝙ contra depoſitū non

admittit ↄpēſatio nec etiā depoſitū depoſito ↄpenſat. Itē ꝙ etiā pdoni reſtituēdū ē depoſitū. ⁊ ſi dn̄s ſimul cū fure petāt depoſitū dn̄o rſtitui dꝫ de eqtate Itē qre ↄtract⁹ dicūtur bone fidei et ſtricti iuris dixi ſ de exceptoib⁹ in.c. Cū venerabil' Itē dic̄ g. ꝙ ↄpēſatō fit in pecunia ⁊ ī pōdere ⁊ ī quātitate ⁊ nō ī ſpēb⁹ ad pecuniaꝫ. Item dicit ꝙ abſurdū ē diminutōeꝫ rerū fieri propter pecuniam.

Titulus de emptōne et vendi·

Placuit

Pſbri plebes ſuas amouere dn̄t vt ⁊ ipi hoſpitales ſint ⁊vt cari⁹ nō vēdāt trāſeūtib⁹ qꝫ ī mercato vēdē pn̄t Nō g. que dicit ꝙ ad hoc etiam poſſunt p excōicatōem compelli

Et menſure

Qui iuſtas menſuras et iuſta pondera lucri cā mutare pſumpſerit xxx. dies in pane et aqua peniteat. Item dicit glo. ꝙ ad hoc lege Cornelia ꝺ falſarijs puniri debet

Cum dilecti

Nō irritat̄ vēditio ſi velit emptor licet min⁹ dimidia iuſti pcij res ſit empta Nō g. q̄ dicit ꝙ tps vēditōis rei inſpiciendū eſt Itē nota q petit rē ex vna cā ⁊ ſuccūbit ex alia cā petere nō ↄhibet̄. Itē licitū ē cōtrahētib⁹ ſe ad dimidiā iuſti pcij decipe Item qd ſit dimidiū iuſti pcij et duplū dimidij. ⁊ qd tripli eſt pulchra gl. in. l. rē minoris pcij. C. de reſci. vedi. Nō g. q̄ dic̄ q̄ ſit leuis culpa et q̄ leuiſſiā. leuis culpa eſt q̄daꝫ mediocris cautela ī q̄ qs nō cauet etiā diligens. leuiſſima ē in q̄ diligentiſſimi cauere ſe non ſolent.

Peruenit ad nos

Si vir hn̄s alia bō vn̄ vxor ſibi cōſulere pt ↄſentiēte vxore rē ſibi donatā ꝑpter nuptias vēdiderit ⁊ pciū ī vſuꝫ vxoris ↄuertit emptorē q rez ſpatio xxx. ānorū poſſederit ſup illa re vxor inqetare nō pt. Uel ſic. Si vir rē donatā ꝑpter nuptias vendidit eo mortuo vxor emptorē inqetare nō pt.

Ad nr̄am

Fict⁹ emptor q ver⁹ ē creditor reſtituere cogit̄ rē ī veritate ipignoratā ſed ficte vēditā ſi ſatiſfactū ē ſibi de ſorte fructib⁹ ↄcōputatis. rō habet̄ qꝛ fraus et dol⁹ nemi ꝑatro. ut ī tex. Nō non qd ſcptū ē ſꝫ qd geſtū eſt inſpiciendū. Itē ꝙ ceſſio ſimulata pſumitur ꝑpter modicum precium

Cum cauſa

Nō irritat̄ vēditō ſi velit emptor licet min⁹ dimidia iuſti pcij res ſit empta Nō g. q̄ int̄ cetera dic̄ ꝙ indebitū ſolutū ꝑpē trāſactōꝫ nō rpetit̄. ⁊ all'

Si venditori

Iſta decre. poīt tres caſus ī qb⁹ re euicta vēditor emptori de euictōe nō tenet̄ Prim⁹ ē ſi emptor p⁹ iudiciū cōtra eū inceptū vēditori nō intimauit Secūd⁹ ſi ↄtumacit̄ ſe emptor a iudicio abſentauit. Tertius ſi p iniuriam iudicis ſn̄ia fuerit ↄtra emptorē lata

Titulus de locato et cōducto.

Ex reſcripto

Nō dꝫ tractari ꝺ ↄducēdo niſi ꝺ volūtate inhabitantiū donec ſit tps cōductōis elapſū Nō g. q̄ dic̄ ꝙ pene et odia qn̄qꝫ ſūt āpliāda ↄtra id qd cōmunit̄ ↄſueuit dici. pene ſūt reſtringēde iu̅. Itē tāgit g. qs ſit canō late ſnie. Itē tangit qlit̄ ↄſtitutō dꝫ publicari

# De rerum permutatōe in anti.

¶ Veſtra nobis
Reuocaẗ ſtatutū qđ artat rectores ⁊ eccās res ſuas certis tantūmodo locare pſonis Nota gl. que dicit ꝙ nō ē contra ius ꝙ fructus decimarū ad tempus locētur licet ius decimarum vendi vel locari non pt̄ ꝛc.

¶ Propter
Propter ſterilitatē vno anno contingentem fit remiſſio penſionis ꝓ rata fructuum illo āno collectorū niſi illa ſterilitas cū vbertate p̄cedentis vel ſequentis anni poſſet compenſari Nō glo. que dicit de quo colono iſtud .c intelligitur. Itē ꝙ eccā modicū damnum tolerare dꝫ. et alle g. concor.

¶ Potuit
Poteſt emphiteota ſuas meliorationes vēdere nec emptor emere ꝓhibetur ſi emphiteota ꝑmitꝰ reqſiuit eccleſiā Itē ſi denunciauerit eccē quātum aliꝰ ſibi offert ⁊ ſi eccē ſe nolle emere dixerit vel a denūciatōis tpe ſpatiuꝫ duorū menſiū lapſū fuerit Itē emphiteota expelli poterit ſi a ſolutōe canonis ꝑ bienniū etiā nō monitꝰ ceſſauerit qꝛ dicit tex. ꝙ hoc caſu dies interpellat ꝓ hoīe Nota gl. q̄ dicit ⁊ enumerat certas pſonas que ab emptōe melioratōis p̄dicte ſunt ꝓhibite

¶ Titulus de rerū permutatōne
Si princeps
Eccleſia poteſt res immobiles cum principe permutare ſi cā rōnabilꝰ id expoſcat et meliora ꝓſpiciat. Nota gl. que dicit ꝙ pragma id eſt qđ cauſa. Et diciẗ pragmatica ſanctio cōſtitutio ſuper aliqua re ꝓmulgata ꝛc

¶ Ut commutationes
Commutationes rerum eccleſiarum que ab anteceſſore incōſulte facte ſūt poteſt ſucceſſor emendare Nota gloſam que dicit ꝙ ratōabilis cauſa debet ſubeſſe in commutatione rei eccleſiaſtice ⁊ ſi ratio non ſubeſt tūc dicitur facta inconſulte

¶ Mancipia
Mācipia eccleſiaſtica niſi ad libertatem non conuenit permutari. Nota tex. i fi. q dicit ꝙ illud qđ ſemel dō cōſecratum eſt ad humanos vſus transferri non dꝫ. et glo. ar. ꝓ et contra.

¶ Iniuſtum videtur
Ut ſupra proximo capitulo Nō tex. in fi. qui dicit ꝙ abſurdum eſt ut ſeruus diſcedens ab eccleſiaſtica dignitate humane obnoxius fiat ſeruituti Nota glo. que diſputat an ſeruus fugitiuus poſſit diſtrahi.

¶ Queſitum eſt
Prebende pacto precedēte ꝑmutari non poſſunt. poteſt tamē epiſcopꝰ ex cauſa de loco ad locuꝫ ꝑmutare pſonas Nota glo. que dicit ꝙ interdum valet mutatio loci Item ꝙ licꝫ quis rē alienā vendere p̄t et tenet venditō rē tñ non ſuam ꝑmutare non poteſt.

¶ Ad queſtiones
Eccē iure ꝓpetatis pn̄t ad inuicē ꝑmutari et poſſeſſiones etiā ipſarū permutari pn̄t et ꝓ minus valentibus p̄cium ſuppleri. Nota gl. q̄ docet qualiter ſpūale pro ſpirituali ⁊ temporale pro temporali permutatur. Et intelligas hoc .c. cuꝫ eccā poſſideẗ ut ꝓprietas ⁊ non vt beneficium vt notatur ſupra de tranſac. c. ſuꝑ eo.

¶ Cum olim
Beneficia ſua perdunt qui ea ꝓpria

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

auctoritate pmutāt. Nota gl. que diſ
ſputat an in confeſſum etiam ſunt p/
tes iudicis. Itē q̄ nullus eſt dn̄s bn̄/
ficiorum ſuorum ſed vſufructuarius.

### Cū vniuerſorum

Clerici p ſe ſua bn̄ficia pmutare non
dn̄t Uel ſic. Clerici p ſe ſua bn̄ficia p
mutātes bn̄ficijs ſuis puant. niſi per
miām et ob ſimplicitatē eorū tolerā/
tur. Nota tex. qui dicit q̄ deceptis ꝛ
non decipiētib' iura ſubueniunt.

### Exhibita nobis

Spūale cuꝫ tpali permutari non po
teſt Nota gl. in pn. ſui que dicit q̄ d
re ſpūali poteſt in arbitros compro/
mitti. Item q̄ arbitrium eſt nullum
qd̄ eſt contra formam iuris ꝓbatum

## Titul' de rerū permutatiōe li. vi.

### Licet in tua

Nō obſtātib' expectatōib' bn̄ficioꝝ
pmutatio fieri pt̄ Nō gl. que dicit in
pncipio q̄ ille q̄ expectauit primā va
cantē primā conſeq dꝫ prebendā hoc
fallit ī caſibus quos ponit Jo. an. de
preben. in. c. Quia ſepe et de conceſ. p
ben. in. c. Soli. Iteꝫ nota glo. q̄ vide
tur tangere q̄ in pmutationibus req
ratur cōſenſus collatorū ꝛ g. remittit

## Titul' de rerū permutatōe ī Cle.

### De conceſſione

Si bn̄ficia ex cā pmutatōnis ab aliq
bus reſignata alijs q̄ꝫ ipis pmutare
volentib' ꝯferātur nullius hoc volu
mus eſſe firmnitatis et ponit ius no
nū Nō g. q̄ inter cetera dicit q̄ pmu
tare volēs ꝛ ꝓpterea renūciās bn̄ficio
dꝫ hoc ī renūciatōe exprimere ſcꝫ q̄ re
nūciat pmutatōis cā. Et dato q̄ hoc
non exprimatur ſatis tn̄ eſt q̄ cōſtet ex
coniecturis vel prius actis

## Titulus de feudis

### Inſinuatione

Si eccā a ſuo vaſallo recipit feuduꝫ
in pignus abſtinēdo ab eius ſeruitio
non tenet fructus computare in ſor/
tem. Notant hic doctores q̄ res ali/
cui propria poteſt ſibi impignorari

### Ex parte

Iſtud. c. poit tres caſus ī qb' nō ob/
ſtāte iuramēto de nō infeudando pt̄
ep̄s antiquū feudū ad eccām reuerſū
nouo vaſallo ꝯcedē Prim' eſt qn̄ va
ſallus mortu' ē Secūd' ſi vaſall' feu
dū alienet. Terti' qn̄ feudū facilit' re
cupari nō pt̄ Nota gl. q̄ in pte tāgit
an filius teneatur ex delicto patris.
Item quibus modis perdit feudum

## Titulus de pignoribus

### Nullus

Clericus non dꝫ rem eccē abſq̄ iuſtiſ
ſima neceſſitate laico vel femine ꝛc. in
vadium dare ꝛc

### Lator preſentium

Liber hō ꝓ debito nō dꝫ teneri etiā
ſi defuerit q̄ ꝓ debito debeat iudica
ri Uel ſic Liber hō etiā ſi nō ſit ſoluē
do ꝓ debito pecuniario teneri nō dꝫ
h. d. Nō gl. q̄ dicit q̄ pater ī ncc̄itate
pt̄ obligare et etiā vendere filiū. vt ē
tex. ī. l. fi. C. d pa. q̄ fi diſtrax. Itē ſcdꝫ
ſūmariū ꝓcedit qn̄ debitor cedit bo/
nis. vt. C. q̄ bo. ce. pn̄t. alias ī carcereꝫ
detruditur.

### Ex preſentium

Si rector eccleſie pro ſuo facto pro/
prio rem eccleſie obligat cogitur ei'
heres rem eccleſie redimere ꝛ eccleſie
reſtituere Nota glo. que dicit q̄ non
obligantur niſi ea que q̄s d reb' ſuis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

obnoxia facit Itē dicit g. ꝙ hoc caſu ē in optione ecc̄e an velit alienantē vel recipientē cōuenire qđ ē nōndū

¶ Illo vos

Si vſurari⁹ emit rē eo pacto ꝙ poſt tp̄s eā reſtituāt venditori recipiendo aliq̄d vltra ſortē. fructib⁹ tñ in ea cō putatis in ſortē iudicat cōtractus pi gnoraticius Nota g. q̄ dicit non qđ ſcriptū ē ſʒ qđ geſtū eſt inſpicit Item g. declarat qñ emptio vel venditio ē ꝯditionalis ⁊ qñ nō Itē ꝙ ex quali tate pſone p̄ſumitur

¶ Ex literis tue

Agit mulier ꝑ dote ꝯtra quēlibʒ de tinentē bona mariti. Nota gl. q̄ poīt caſus in q̄b⁹ ꝯſtante mrimonio vxor petit dotē Itē dicit g. ꝙ mulier p̄fert oībus creditorib⁹ i dote petēda. etiā q̄ ad illos q̄ hn̄t tacitas hypothecas

¶ Cum contra

Si creditor vel is q̄ ab eo cām hʒ re cipit tot fruct⁹ de pignore ꝙ ſit ſatiſ factū ſorti dʒ pign⁹ reſtitui debitori. Itē g. dīc illud qđ ꝑcipi potuit etiā ꝯputandū fore. Itē dicit gl. quando creditor tenet de pignore

¶ Significante

Si is qui ſub pacto legis commiſſo rie rē ſuā impignorauit et iurauit nō contrauenire et iuſte impeditus non redemerit rem poſt diē illam redime re poteſt Nota glo. que declarat qđ ſit pactum legis cōmiſſorie. Item gl. tangit quando factum nuncij vel ꝓ curatoris nocet dño et dicit qñ dñs putat nuncium fidelem tempore miſ ſionis non imputatur dño

¶ Conſter

Vſufructuari⁹ cauet de vtēdo et fruē do re arbitrio boni viri ſalua rerum ſubſtantia in bonis immobilib⁹. In mobilibus vero vſu conſūptibilibus cauet de reſtituenda re vel eſtimatōe vł ꝺ reſtituēdo tātūdē finito vſufrcū

¶ Titulus de fideiuſſoribus

¶ Clericus

Clericus fideiuſſionibus inſeruiens ab eccleſia vł a clericis vel a credito re abijciatur Nota gl. q̄ exponit in ſeruiens et dīc ꝙ frequentiā deſignat Itē dicit ꝙ cleric⁹ fideiubere non dʒ

¶ Peruenit ad nos

Compellit debitor ſeruare fideiuſſo rē indemnē etiam ꝑ aſſignatōeʒ ꝓuē tuū beneficiorū ſuorum Nota glo. q̄ arguit nulli debere officium ſuum eē damnoſum Item dicit qñ vſure ⁊ in tereſſe ſunt petende. Item clericorū bona etiā reddit⁹ beneficiorū ⁊ quo tidiane diſtributōes pn̄t interdici

¶ Conſtitutus

Per diſtrictōem eccleſiaſticā compel litur clericus debitor a fideiuſſiōe li berare fideiuſſorem qꝛ creditoribus moleſtatur. Nota gl. q̄ tāgit qñ fide iuſſor p̄t agere ad liberatōnem

¶ Quod quibuſdam

Si ſine licentia prelati et maioris ꝑ tis capituli r̄ligioſus fideiuſſerit aut mutuū receperit conuentus nō tenet et ipſe punitur niſi mutuum ſit verſuʒ in vtilitatem eccleſie Nota gloſam q̄ dicit ꝙ tempore neceſſitatis etiā mo nachus fideiubere poteſt cauſa. ſ. pie tatis ea enim grā tenet proximo ſub uenire. Item clerici inter ſe poſſūt fi deiubere cū ꝯueniūtur. Nō omittas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

glo.fi.ꝙ creditoꝛ tenetur pꝛobare in vtilitatem eccꝭe conuerſum eſſe debi-tum.x.q.ij.§.ius.

Cum pro quo

Si te ꝓ aliquo in fideiuſſoꝛē obligaſti ſi diu indebiti ſolutōne ceſſauerit aut diſſipare bona ſua ceperit aut ſi ꝑ hoc ꝯdēnatꝰ fuiſti iure poteris eū ꝯuenire vt te a fideiuſſiōe debeat liberare Itē ſi hoc ab initio ſecū ꝯuenit. et ita in caſibꝰ añ ſolutiōem p̄t agere fideiuſſoꝛ vt libereꝰ. ⁊ alle.g.concoꝛ.

## Titulus de ſolutionibus

Ad hoc

Sicut filiꝰ tenetur ſoluere debita patris ita pꝛelatꝰ tenetur ſoluere debita ſui predeceſſoris contracta ꝓ vtilitate eccleſie.et hoc intellige veruꝫ ſi filius eſt heres Nota glo.que tangit et remittit quando heres tenetur ex delicto defūcti Itē ꝙ ſucceſſoꝛ ad id tenetur qđ predeceſſoꝛ facere debuit et alle.concoꝛ. Itē heres teneꝰ ſoluere omnia debita defuncti qualitercū ꝗ contracta vt hic niſi fecerit inuentariū et niſi ex delicto ꝓcedāt vt i g.

Si quorundam

Si p̄latꝰ eccam ꝓ alienis debitis obligat ſuſpenſus ē ab adminiſtratōe tꝑaliū et ſpūaliū et eccā nō teneꝰ. Nota h g.q̄ dicit ꝙ licet hoc caſu redderet eccā indemnis adhuc. tñ iſte ē remouendus ab adminiſtratōe

Odardus

Debitoꝛ q̄ nō ē ſoluēdo excōicātꝰ qꝛ nō ſoluit abſoluiꝰ ab excōicātōe cūm cautōe de ſoluēdo ſi ad pinguioꝛeꝫ ꝑuenerit foꝛtunā.h.d. Nota gl.q̄ dicit ꝙ inanis ē actio ꝛc. Itē ꝙ inpoſſibiliū nulla eſt obligatō. Itē ꝙ in ceſſione bonoruꝫ habēda ē ratio ne egeat qꝛ nō eſt fraudandus alimētis quotidianis

Is qui conqueritur

Qui conqueritur indebitā pecuniaꝫ ſe ſoluiſſe ꝓbare teneꝰ ꝙ indebite ſit ſoluta niſi aduerſarius eius ſolutōeꝫ inficiane de contrario conuincatur. tunc em̄ ei diffitēti onꝰ incūbit ꝓbandi qđ debitū recepiſſet ꝛc Et de indebito multiplici vi.hic optime per g. et planiſſime ꝑ abb.

## Titulus de donationibus

Prudentes

Nobilitas hāc ſibi legē ponit vt exiſtimet ſe debere qđ ſpōte tribuit et niſi in beneficijs ſuis creuerit nihil ſe p̄ſtitiſſe putet Nota g.que dicit ꝙ beatius eſt dare q̄ȝ accipere. Item dicit. hilarē datorē diligit dñs.et alle. Refert etiam quatuoꝛ verſus martialꝭ a

Fraternitatem

Non valet donatō quā facit p̄latus inconſulto capitulo ⁊ in damnū eccꝭe Nō tex.q̄ dicꝰ ꝙ p̄lati ſūt ꝓcuratores rerū eccꝭaꝝ et debēt cōditōes eoꝝ facere melioꝛes et non deterioꝛes Nō g.que dicit ꝙ pꝛelatus ſi conſuetudo eſt poteſt modicum dare

Ceterū ſi

Prelatus modicam rem eccꝭe donare poteſt vbi habet hoc conſuetudo. Nota ꝙ conſuetudo datꝰ iuriſdictionē et liberiorē cōfert adminiſtratōeꝫ Et ſemper reſpiciendum eſt ne eccꝭa enoꝛmiter ledatur

Conſultationibus

Eccleſia nõ vacans in bñficiũ ꝯferri nõ p̃t ſed in ꝓprietatẽ p̃t ꝺ licẽtia epi ſine p̃iudicõ p̃lati. Nota g. q̃ dicit ꝙ nemo ſine culpa ẽ p̃uandꝰ ſiue ſpoliãdus beneficio ſuo

¶ Per tuas

Non obſtãte iurameto de nõ infeudando de nouo prelatꝰ p̃t integrare feudũ ſi appeat vaſallũ in mẽſura deceptũ Nota gl. q̃ dicit ꝙ papa qñqꝫ cõcedit p̃uilegiũ ob grãm p̃ſtiti obſequij. Itẽ qñ q̃s decipit̃ in quantitate rei agere poteſt ad ſupplementum

¶ Cum dilecti

In donationibus latiſſima eſt interpretatio facienda Nota tex. in fi. qui dicit ꝙ in contractibꝰ plena et ĩ teſtamentis ꝑlenioꝛ. in beneficijs quoqꝫ pleniſſima eſt interp̃tatio adhibẽda Itez g. notat que veniũt in donatõe poſſeſſionis vacantis

¶ Paſtoralis

Si eps̃ in eccleſia quã de conſenſu capituli pio loco cõceſſit ꝑcipiebat certos redditus illos donaſſe videt̃ alias id eſt ſi epiſcopus nihil ꝑcipiebat omnes redditus eccleſie preter cathedraticũ cedunt pio loco et ſi eps̃ conceſſit ꝺ conſenſu patroni intelligitur patronꝰ donaſſe ius patronatꝰ. h. d. Nota glo. que dicit ꝙ aliud eſt contrahere ſocietatem ſimpliciter et aliꝺ oĩm bonoꝛum

¶ Inter dilectos

Poſſunt hoſpitalarij in ſuũ p̃iudiciũ tantũ ſe et domũ ſuaz alteri religioſe domui ſubijcere vel donare Nota textũ q̃ dicit de illo q̃ allegat ꝓpriã ſuã turpitudinẽ Itẽ ꝙ deceptis et nõ deceptoꝛibꝰ iura ſubueniunt Itẽ ꝙ res inter alios acta ꝛc. Itẽ notat gl. ꝙ excommunicatus donare poteſt

¶ Apoſtolice ſedis

Donatio quinquageſime vel centeſimẽ quã facit eps̃ cũ graui detrimento eccleſie ſue p̃t legitime reuocari nec poteſt vltra quinq̃geſimã vel centeſimã ꝯferre etiã ceſſante leſione ecc̃e ſine auctoritate ſupioꝛis Nota gl. q̃ dicit ꝙ aliqua ſunt que meliꝰ ĩ intellectu p̃nt ꝑcipi q̃ꝫ loquẽdo exp̃mi

¶ Propter eius

Iſtud capitulum ponit quatuoꝛ caſus propter quos donatõ reuocatur. Primo propter iniectõem manuum violentarũ Secũdo ꝓpter atroces iniurias Tertio ꝓpter damnũ datũ in rebus donatoris. Itẽ ꝓpter ꝑiculũ vite Predicta tñ non extendunt̃ ad donatoris heredes ſcꝫ reuocare donatõez ſi hoc ĩ vita ſua tacuit. Nõ gl. valde notabilem qñ donatio reuocat̃ et qñ nõ Itẽ dicit de filio cui mater donauit Itẽ dicit ꝙ felonia cõmiſſa ꝑ patrem non imputat̃ filio

## ¶ Titulus de peculio clericorũ.

¶ Inueſtigandum

Queſita per prelatuz qui tempoꝛe ꝓmotionis patrimonium non habet queſita preſumuntur de bonis eccleſie Nota gloſam que dicit ꝙ contra iſtam preſumptionem admittitur ꝓbatio Item doc. dicunt hic aliqui et faciunt argumentum de vxore ⁊ marito et ecc̃a et prelato

¶ Preſbyter

Preſbyter inſtrumenta emptõnũ de bonis eccleſie ſue conficere dꝫ nomĩe eccleſie Nota hic ꝙ doc. dicũt ſuper

iſto capitulo ꝙ in dubio ſtandum ē
narratōi inſtrumenti ⁊ preſumitur ꝓ
illo q̇ notatur in inſtrumento

¶ Et vnuſquiſq̃

Queſita a pſbro poſt ꝓmotōem que
ſita pſumūt de bonis eccē Nota g. q̄
arguit ꝙ ego teneor tibi reſtituē' qđ
occaſione rei tue ad me ꝑuenit ar. c.
Ad noſtrā. de iureiurando

¶ Jnquirendū eſt

Queſita de bonis eccē ad nomē eccē
ſcribi dn̄t. Nō h doc. q̇ colligūt tres
caſus in qb' emptū cū pecunia alio
rū nō ē emētis ſ; eius cui' ē pecunia.

¶ Si quis ſane

Res eccē ad culturam ꝑ prelatum re
ducte non efficiuntur proprie ipſius
prelati ſed ad vitā eas tenere poteſt
Nota glo. que diſputat an clerici bn̄
ficiati ſint vſufructuarij vel vſuarij.
Jtem dicit q̇s dicatur ꝓheres

## ¶ Titulus de teſtamentis

¶ Quorundam

Eps teſtari p̄t de ꝓprijs et nō đ reb'
eccē Nota ꝙ teſtamentum ē teſtatio
mentis q̄ diſponit aliquis de rebus
ſuis qđ fieri velit poſt deceſſū Jtē di
cit ꝙ as diuidit in xij. vncias ⁊ as đr
tota hereditas

¶ Quia ingredientibus

Teſtamentū prelati religioſi nō val;
etiam ſi de conſuetudine adiuuetur.
Nota glo. que dicit quid ſit legatū;
Jtem dicit glo. nō qđ ſit ſed qđ fieri
debet eſt conſiderandū Jtem dicit ꝙ
votum non tollitur preſcriptōe Jtē
mulier non recipit ordines

¶ Nos quidem

Propter negligentiam heredis epi-
ſcopus exequitur piam teſtatoris vo
luntatem. Notant hic doc. ex tex. ꝙ
epiſcopus non poteſt mutare volun
tatē teſtatoris deputatā ad certū vſū
et eſt textus in Cle. Quia contingit
de religi. do.

¶ Judicante

Debetur legatum nudis verbis reli-
ctum a teſtatore. ⁊ dicit glo. ꝙ tale le
gatū etiā valet ſm leges. Jtē dicit g.
hec ꝙ ex nudis verbis etiam q̇s obli
gatur. Jtē glo. tangit q̇d faciendum
ſit qn̄ legatum eſt dubioſum ſuper re
legata

¶ Filius noſter

Non debet legatū cū teſtator re; nō
ſuā ſed eccleſie legat alteri eccē. No-
ta gl. q̄ dicit ꝙ ſi q̇s ſcienter legat re;
alienā tūc heres tenetur rem redime-
re vel legatario precium dare.

¶ Si heredes

Si heres iuſſa teſtatoris nō impleue
rit ab epiſcopo loci ad implēdū illa
compellitur. Nota glo. que dicit ꝙ
infra annum adimplere debet. Jtem
dicit ꝙ teſtamenti defenſio et execu-
tio pertinet ad epm̄

¶ Cum in officiis

De bonis ꝑ eccleſiam adq̇ſitis cleri-
ci teſtari non pn̄t Nota gl. q̄ dicit ꝙ
donatarius donatori naturaliter eſt
obligat' ad antidora id ē ad ſimilis.
Jtē dicit ꝙ q̇cq̇d adq̇rit clericus ⁊c.

¶ Ad hec preſentibus

Moderatam elemoſinam đ bonis ꝑ
eccleſia; adquiſitis clerici facere poſ
ſunt ſed teſtari de eis non poſſūt. Ex
iſto capitulo arguunt docto. ꝙ quis
poteſt dare in vita de quo nō poteſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diſponere poſt mortem

¶ Quia nos

De bonis proprijs vel adquiſitis in tuitu perſone clericus teſtari poteſt. ſed de rebus eccleſie teſtari nõ poteſt Nota ꝙ clerici in rebus eccleſie ſoluz vſum habent et deber eſſe cõtenti victu et veſtitu ⁊c.

¶ Cum eſſes

Valet teſtamentum quod parochianus facit coraz preſbitero ſuo ⁊ duobus teſtibus. nec valet contraria cõſuetudo Nota tex. qui dicit ꝙ in ore duorum vel triuz teſtium ſtat omne verbum Nota glo. que tãgit an mulier hoc caſu poteſt eſſe teſtis et videtur ꝙ non Et intelligas hoc. c. loqui in reb⁹ que ecc̃e vel ad pias cãs relinquũtur. non aũt generaliter vt leges corrumpat. qꝛ hoc nõ ẽ veriſimile ar. l. ſi quando. C. de inof. teſta. nec forte etiam poſſz hoc papa facere vt ĩ gloſa allegatur.

¶ Relatum eſt

Valet teſtamentũ ad pias cauſas coram duobus teſtibus factũ Nõ glo. que ex hoc capitulo arguit ꝙ cauſe vltimarum voluntatum defunctorũ ſpectant ad forum eccleſiaſticũ quod verum dicit quo ad pias cauſas.

¶ Relatum eſt

De proprijs teſtari poteſt clericus in adquiſitis per eccleſiam. etiaz ſi ſunt mobilia ſuccedit eccleſia vl' ſucceſſor et de illis teſtari non poteſt. Tamen poteſt ex illis aliquid ſeruitorib⁹ dare. Si vero cleric⁹ plures habuit eccleſias fiet diuiſio inter illas

¶ Cum ſibi

Alteri⁹ arbitrio poteſt committi teſtamenti factio Nota gl. que dicit ꝙ nullũ eſt teſtamentũ vbi nomen heredis non exprimiẗ et inſtitutio heredis totius teſtamenti eſt fundamentum. Itẽ dicit glo. ꝙ etiã nutu ſit teſtamẽtũ. Itẽ dicit gl. in fi. ꝙ heredes incerti poſſũt inſtitui vt inſtituo heredes paupes xpi.

¶ Officij

De relictis eccleſijs epiſcop⁹ petit ꝑtem ſuam licet fuerit ſibi aliquod a teſtatore relictum niſi eo modo et nõ in fraudem qḋ ea parte ſit contẽtus relictũ ſit et legatum agnouit. Vel' ſic ſm ab. Niſi aliud a teſtatore dictum ſit epũs ſuũ recipiendo legatũ alijs nõ renunciat. Nota ar. qui vnuz recipit non videẗ alteri renunciare.

¶ Requiſiſti

Iſta decretalis diſtinguendo et ſub diſtinguendo declarat quãdo ⁊ qualiter inter epiſcopum ⁊ cathedralem vel aliam eccleſiaz ſit diuidendũ legatum. qḋ ſit vtriqꝫ ſimul vel alteri tantum hoc ꝑ ſummario

¶ Raimuncius

In bonis patris ⁊ matris ⁊ auie habet quis tertiã debitaz iure nature q̃ priuari nõ poteſt. Et filius rogatus reſtituere hereditatez detrahit debitam iure nature ⁊ quartam trebellianicam ĩ qua computaẗ fructus poſt litis cõteſ. ꝑcepti. hoc dicit. Et nota glo. que dicit de quartis et alia plura notabila ſicut de diuerſis ſubſtitutionibus et ſimilibus

¶ Tua nobis

Epiſcopus compellit fideicommiſſarios ſeu executores teſtamenti ad exequendum pias cãs ſeu defunctoꝝ voluntates etiaz ſi teſtator hoc interdixiſſet. Notant hic doc. ꝙ executor

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nõ p̄t alteri ꝯmittere vices ſuas quia ꝯmittit̄ induſtrie pſoē hoc verū ſi cõmiſſio ē generalis ſec⁹ ſi ē ſpecial' ꝛc.

Raynoldus

Fili⁹ rogat⁹ de hereditate patna reſtituēda detrahit tertiā debitā iure nature ꝛ q̄rtā trebellianicā i q̄b⁹ p̄t legata relinq̄re ꝛ hēdes inſtituē et penas apponē. Nō h̄ g.q̄ etiā ſūt notabiles.

Joannes clericus

Executor fideicommiſſari⁹ q̄ ſuſcepit officium p̄ dioceſanū illius exeq̄ illud cõpellitur Nota glo. que inter cetera dicit mandatum ſuſcipere nemo cogit̄. ſuſceptū tñ̄ neceſſe ē implē

De his que

Iſta decretalis ſpecificat quedā legata de quib⁹ nõ ſoluit̄ canonica portio epõ vel ecc̄e parochiali niſi hoc fiat in fraudē Nota gl. que dic̄ ꝙ canonica portio diuerſimode deducit̄ ſm varias cõſuetudines locorū Jtē dicit̄ quō fraus dꝫ ꝓbari.

## Titulus de teſtamentis li.vi.

Si pater

Jn fideicõmiſſarijs ſubſtitutõib⁹ locū hꝫ quartarū deductio in directis nõ ꝛ ſubſtitutões interp̄tari debem⁹ directas dūmodo ꝯueniāt v̄bis et p̄ſonis inſtitutis Notat g. de paupib⁹ conſanguineis an ſunt preferendi.

Religioſus

Religioſus nõ p̄t eē executor niſi habita licētia a ſuo ſupiore. Jtē vn⁹ executor ex plurib⁹ p̄t exequi teſtamētū ſi alij noluerit. aut nõ potuerit intereſſe niſi aliud appuerit fuiſſe de mēte teſtatoris q̄ tūc ſec⁹ Nota g. ꝙ q̄ dic̄ ter. loquit̄ indiſtincte. ergo intelligit̄ de quolibet religioſo ſiue ſit regularis ſiue mēdicans

## Titulus de teſtamentis in cle

Religioſis

Ordinarius loci rõnem exigit a religioſis etiā exemptis de teſtamētorū executõib⁹ quas geſſerūt. et ſi contra hoc deliquerit illos punit Vide gl. q̄ inter cetera videt̄ querere an teſtator p̄t executorē ſuū liberare ꝙ nõ teneatur reddere rõem de executõe ſua.

## Titulus de ſucceſſionibus ab inteſtato

Sed hoc

Ecc̄a ſuccedit clerico etiā i boīs primonialib⁹ ꝛ alijs intuitu pſone adq̄ſitis ſi d̄ eis i vita nõ diſpoſuerit ꝛ aliquos hēdes ab inteſtato veniētes poſt ſe non reliquerit

Sancto concil'.

Si cleric⁹ decedat inteſtat⁹ peculium eius diuidit̄ i q̄tuor p̄tes quarū vna epõ. altera ecc̄e. tertia paupib⁹. q̄rta pentibus ſi idonei et capaces ſunt diſtribuat̄. Nota g. que docet q̄d faciē dū ſit q̄n dubitat̄ an clericus habuit bona ꝓpria ꝛc Jtē dicit ꝙ nullus heres nobis ꝓximior ē q̄ꝫ q̄ nos dño ſociauit. et alle. c. pſbri de pe.

Cum dilectus

Rector eccleſie dicitur inteſtat⁹ ſi nullum fecit teſtamētū vel fecit ſed furioſus et tali ſuccedit eccleſia ſi nõ habꝫ conſanguineos. ſecus autē ſi apparet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

illuȝ fuiſſe monachū vel ſana mente
teſtatū. h. d. ſm Jo. an. Nō tex. q vi
detur tangē de dicto vni⁹ teſtis ⁊ ꝺ
ꝯfeſſione facta extraiudicialit q̄ntuȝ
illa valȝ. ⁊ g. etiā tangit ſuper verbo
ꝯfitentē itē notat glo. de furioſo ⁊c.
Item querit g. quid de illo qui ſana
mente dedit ſua eccīe ⁊c. ⁊ poſtea ſine
reuocatione in infirmitate ſua inci-
dit in freneſim.

Ti. de ſepulturis

Nos inſtituta.

Decedens inteſtatus ⁊ qui nō elegit
ſepulturā cū ſuis maiorib⁹ id eſt in
ſepulcrū ſuoꝝ parentū ſepeliri dȝ. ec
cleſia tū parochialis habebit cano
nicam portionē ei⁹ qđ reliquit eccē
ſepulture. h. di. nota tex. ꝙ ſocij tribu
lationū erunt ⁊ ſocij conſolationuȝ.
Item dicit tex. ne tranſgrediaris ter
minos antiquos quos poſuerūt pa
tres tui

Relatum

Qui conuertitur ad monaſteriū ſiue
in vita ſiue in morte medietateȝ reli
ctorū ꝓ anima ſua eccīe parochiali
quā dimittit ꝯdiuidere dȝ. Nō glo.
que dicit ꝙ ſuper predicta medieta
te ſtatur ꝯſuetudini. ⁊ alī.

Fraternitatem

In ſepulcro parentum ſuoꝝ dȝ qui-
libȝ tumulari. etſi contrafecerit eſt re
ſtitutio facienda. Nō gl. que querit
anne tātum valȝ orō generalis ſicut
ſpēalis. Item gl. ponit verſus Miſſa
frequens ſanctoꝗ preces ieiunia ſa-
cra. Defunctis ꝓſunt ꝓdeſt elemoſy
na recta. Item min⁹ legitima volun
tas defuncti non valȝ

De his

Si quis in egritudine ī q̄ decedit ſe
et ſua monaſterio ꝯtulit ⁊ ibideȝ ſe-
pulturaȝ ſuā eligit parochialis eccā
decedentis habebit portionem ſuā.
ſecus ſi in ſanitate hoc fecerit

Ex parte.

Qui ſepelit parochianū alteri⁹ iniu
ſte ipm tenetur reſtituere cuȝ omīb⁹
ei⁹ occaſione ꝑceptis. Nō g. que tan
git qualiter faciēdū ſit cū minor eli
git ſepulturā ⁊ qn̄ quis dolo ad eli-
gendum inducitur

Cum liberū ſit

Rapiens corp⁹ alicui⁹ ⁊ ad eccīam
ſuam ſepeliens iniuſte. ipm cū emoli
mentis inde receptis reſtituere tene
tur. Nota g. que tangit qua actione
hoc caſu agendū eſt ſcȝ conditiōe ex
hoc canone.

De vxore.

Poteſt vxor ſicut vir eligere ſepul-
turam. pater p̄t filios minores ſepe
lire quo vult ſi hoc habeat conſuetu
do. Nō g. que dicit ꝙ pater p̄t filio
facere teſtamētū ſi ſibiipſi ꝓus faciat
teſtamentū. nā teſtamētū filij eſt ſeq-
la teſtamēti ſui patris ⁊c. ⁊ alī. Inſti.
de pupill. ſubſti. §. ergo ⁊c.

Cum ſuper

Eligens ſepulturā extra eccīaȝ ſuaȝ
parochialē dȝ ei q̄rtā portionem te
ſtamenti ſui relinquē. Nōt gl. ꝙ mo
naſteria dicūtur magis religioſa q̄
eccīe parochiales ſiue cathedrales.

Certificari

Parochiali eccīe ſm regionis ꝯſue
tudinē ē canonica portio exhibēda
Nō tex. dicenteȝ ꝙ vnaqueꝗ regio
ſuo ſenſu abundat. Nota g. que que
rit qđ ſit faciēdū ſi dubitatur de cō
ſuetudine et varie in vicinio ſunt cō
ſuetudines tunc de minori debet in-
telligi

In noſtra p̄ñtia

Cum parochianus eligit alibi ſepe
liri de legatis ab eo factis hʒ cano-
nicā portionē eccia parochialis ſed
ſi non elegerit ⁊ alibi ſepultus fuerit
totū habʒ. Nō glo. que dicit qn̄ tra
ctus futuri temporis ſpectat ad iu-
dicem .item an dolus reſcindat con
tractum in ſpūalibus qđ eſt contra
id qđ eſt ſupra. qđ met⁹ cā. c. dilecti
filij. vbi de hoc

¶ Ex parte parentum

Qui caſu moriūtur ī cymiterio ſepe
liri debent. Nō g. q̄ dicit. illi q̄ ſpon
te ſe p̄cipitant apud ecc̄iam ſepelien
di non ſūt. ⁊ alī. Nō caſus in quib⁹
fallit regula qb⁹ cōicam⁹ viuis ⁊c. ſ.
in furibus ⁊ latronibus. itē in illis q̄
moriuntur in torneamentis. item in
raptoribus. item in his qui ſeipſos
interficiunt ⁊c

¶ Sacris eſt.

Excōicati in cymiterio ſepulti ſi oſ
ſa eorū ⁊ ceteri pn̄t ſunt exhumandi
Nō gl. que dicit ꝙ rōne dubietatis
aliqđ admittit̄ qđ alias n̄ admittē
tur ſiliter ⁊ rōne ꝯnexitatis. rōne etiā
difficilis ſeparationis. vt in g. alleg.

¶ Abolende

Pro ſepultura etiā ecc̄le p̄ciuʒ ſolui
non dʒ. Nō g. q̄ dicit ꝙ ſepultura di
citur loc⁹ ſiue terra in q̄ nunq̄ vllus
fuit ſepultus ⁊ talis locus p̄t vendi.
ſecus de cimiterio et officio ſepultu
re. laici tn̄ ꝯpelli pn̄t vt ſeruēt lauda-
biles conſuetudines.

¶ Parochiano

Excōicato etiā ꝓ manifeſta offenſa
in mortis articulo abſoluto ecc̄iaſti
ca ſepultura denegari non dʒ .et he-
redes ſui ad ſatiſfaciendū ꝓ eo ſunt
cen. ecc̄i. compellendi. Nō g. que tra
ctat quando heres tenetur ex deli-
cto defuncti .nōt hic Abb. ꝙ heres
tenetur hoc caſu reſpōdere coraʒ iu
dice ecc̄iaſtico. quia defūct⁹ ante ab-
ſolutionē ꝓmittit parere mandatis
ecc̄ie anq̄ fuit in morte abſolut⁹

¶ Ti. de ſepulturis. li. vi.

¶ Animarū periculis

Iſta decretalis in p̄ncipio ſui ꝓhi-
bet ne quis inducatur aliquo pacto
vel iuramento aut ꝓmiſſione ad eli
gendū ſepulturā in certo loco vel ꝙ
electaʒ non imutet. qđ ſi ſecus factū
fuerit penitus nullius erit valoris ⁊
loquitur vniuerſis religioſis ⁊ ſecu
laribus clericis cuiuſcūqʒ ſtatus vel
conditionis.

¶ Cum quis

Si quis cuius maiores ſūt ſoliti ab
antiquo in aliq̄ ecc̄ia ſepeliri ea di-
miſſa eligit alibi ſepulturam canoni
ca portio dimiſſe non debetur ec
cleſie. ſed illi dūtaxat in qua ille offi
cia conſueuit audire diuina ⁊ ecc̄ia-
ſtica recipe ſacramenta

¶ Is qui habens

Dn̄s domiciliū in ciuitate vel in ca
ſtro transferens ſe qn̄qʒ ad villam ru
ralem ſi nō electa ſepultura decedat
ibidē non in ecc̄ia dicte ville ſed in
parochiali ſua debʒ ſepeliri eccleſia
Mulier q̄ plures habuit viros cum
vltimo qn̄ moritur dʒ ſepeliri .quia
illi⁹ honorē retinet cū femine radijs
virorū coruſcant.

¶ Licʒ pater.

Pater minores filios vbi vult ſepeli
re nō p̄t vbi contraria eſt ꝯſuetudo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed ſūt cū ſuis maiorib⁹ vel in paro chiali eccīa ſepeliendi. Et licꝫ filiuſ familias ꝑter conſenſum patris poſ ſet eligere ſepulturaꝫ. tñ legare nihil pt ſi peculium non habet

¶ Religioſi.

Religioſi apud ſua monaſteria ſi ad ea ꝯmode venire pñt ſepeliri debent ⁊ ſepulturā (cū velle ⁊ nolle nō hñt) eligere non pñt. Nō gl. que dicit ꝙ cā ꝯmoditatis ⁊ etiā qñqꝫ cā icōmo ditatis aliqua fiunt et aliqua non fi unt prout in tex.

## ¶ Tit. de ſepulturis in cle.

¶ Eos qui

Excōicati ſunt etiā exēpti q̄ in caſi bus non ꝑmiſſis defunctos ſepeliūt in cimiterio tpe interdicti vel qui ſci enter ſepeliunt excōicatos publice noīatim interdictos vel etiā manife ſtos vſurarios. Nō g. notabilem de publice excōicato

¶ Dudum.

Iſta cle. narrat diſcordiaꝫ inter p̄di catores ⁊ minores ac etiaꝫ paſtores parochialiū eccīarū ſuꝑ p̄dicatiōib⁹ ꝯfeſſionib⁹ ⁊ ſepulturis. et q̄ ad titu lū hoc dicit predicatores ⁊ minores in locis ſuis ſepeliunt illos libere q̄ hoc elegerint. de funeralibus tñ ⁊ q̄ buſcūqꝫ obuentionibus ⁊ relictis de quibus alteri non debetur q̄rtam ⁊ nō vltra ſoluāt eccīe parochiali par tem. Nota g. que ponit verſus. Rex ſolium. doctor cathedrā. iudexqꝫ tri bunal. Poſſidet ac ſedeꝫ ꝯſul. pretor qꝫ curile.

## ¶ Ti. de parochijs et alienis pa rochianis.

¶ Si epūs

Hic habes qualiter epātus inida tur ſcꝫ qñ epūs cū vna parte b..d is incidit in hereſim donatiſtaru de. et alia pars manet ⁊ ali⁹ eligitu bꝑs ⁊ pm⁹ redit ad fidē. ⁊c. Vel ſi codedepa noꝛ. Inter epm ſubſtitutū epm lꝫ re tico ⁊ ipm epm hereticū reueirſm et ex diſpenſatione receptuꝫ di uu ..ra epātus modo hic expſſo.

¶ Ut dominicis

Preſbyteri parochiales dñicis die bus interrogare debent ante miſſa rū ſolēnia an aliquis in ſua eccīa ſit de alteri⁹ parochianis ⁊ ſi aliqueꝫ in uenerint ipm abỹciant. Item dicit g. ꝙ ꝯparatio poſſeſſionis non facit domicilium.

¶ Nullus epūs.

Nullus epūs parochianum alteri⁹ iudicare preſumat nec etiam ordina re. Nota glo. que contra iſtud argu it et opponit de archidiacono. Iteꝫ dicit ꝙ ſententia lata a non ſuo iudi ce non tenet. vide gloſam. hoc fallit.

¶ Super eo

Fines diſtinctus non preſcribitur ſi ue ſit parochiarum ſiue dioceſiuꝫ ſi ue prouincie. Nota gloſam que di cit ꝙ illa que religioſis adherent re ligioſa ſunt. Item dicit ꝙ ideꝫ iuris eſt in minoribus ⁊ maioribus ⁊c.

¶ Significauit

Tranſlatio domicilij parochianuꝫ eximit a primi iudicis ptāte. Nota g. que dicit ꝙ ibi dicitur quis habē domiciliū vbi habitat. Itē dicit g. de decimis p̄dialibus ⁊ ꝑſonalibus ⁊ videtur ꝯcludere ꝙ ſuꝑ preſtatio nibus decimarum conſuetudo mul tum eſt attendenda



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Tit. de decimis

¶ Decimam
Decime ⁊ p̄mitie dari debent. Item
exp̄mit q̄ttuoꝛ genera decimaꝝ que
ex veteri lege debebantur. h. dic̄. ſm
Panoꝛ. Nota g. que arguit ꝓ opini
onibus magroꝝ ꝙ eoꝝ opiniones
ſunt fouende. ⁊ dicit Inno. ꝙ opini
onibus magroꝝ nō vult derogare
¶ Nouū genus
Clerici a clericis decimas pſonales
non exigūt ſed clerici habentes mini
ſteriū certoꝛum laboꝝ ab alijs ipis
decimas pſoluūt. Itē dicit g. ꝙ cleri
ci de ſuis bonis patrimonialib⁹ de
cimas ſoluere debent
¶ Ex multiplici.
Priuilegiū de decimis nō ſoluēdis
ꝯditionem p̄cedentē non tollit. Nō
g. q̄ dic h ꝙ qn̄ ſimplicit̄ fit ſup aliq̄
re cōpoſitio tūc extendit ſe ad preſē
tia ⁊ futura. Itez arguit in q̄b⁹ reb⁹
nondū habitis poteſt renūciari.
¶ Cōmiſſum nobis
Non eſt nouale id a quo parochia
lis ecc̄ia q̄cq̄ vtilitatis pcipe ꝯſue
uit. Nō g. que dicit que dicūtur no
ualia a quib⁹ omnes religioſi ſūt ex
empti ſcʒ quoꝛum non extat memo
ria ꝙ culta fuiſſent
¶ Peruenit ad nos
Decime ſoluende ſūt de prouentib⁹
molendinoꝝ piſcariaꝝ feno ⁊ lana
Nō g. que dicit d̄ molendino ad vē
tum ⁊c. Et dicit generaliter ꝙ d̄ om
nib⁹ que fidelis homo adquirit dʒ
ſoluere decimas
¶ Nuncios.
Parochiani de apib⁹ ⁊ de omī fru
ctu decimas ſoluere debēt. Et dicit
g. ſup verbo fructu licite tn̄ adquiſi
to ſiue de animalib⁹ ſiue intuitu p̄di
oꝝ ſiue intuitu pſone
¶ Cum homines.
Expenſe nec̄arie in decimis predia
lib⁹ deduci non debent. Nō gl. i pn.
que dicit ꝙ illi ecc̄ie dande ſūt deci
me vbi quis recipit ecc̄iaſtica ſacra
menta ⁊ etiam prediales vbi hoc eſt
conſuetudo. Item dicit ꝙ cito debʒ
ſolui ⁊ non ſoluens ē in moꝛa. ⁊ alr̄.
glo. iura.
¶ Dilecti filij.
De terra conducticia etiā p̄uilegiat⁹
decimas ſoluere dʒ. Nō g. que dicit
ꝙ ſi ꝓpria non ſufficiūt licitū eſt cleri
cis ꝯducere aliena p̄dia. Itez nōt g.
ex hoc tex. ꝙ compoſitio bn̄ p̄t fieri
ſuper decimis. ⁊ hoc dictuʒ eſt ſupra
in. c. ex multiplici.
¶ Suggeſtum eſt
Priuilegium reuocatur ſi icipiat eē
damnoſū. Nota g. que arguit ꝙ ſm
diuerſitatem tempoꝛum ⁊ varietatē
rerum priuilegia ſunt varianda ⁊ cā
noua ſupueniente bene perditur pri
uilegium
¶ Ex parte tua.
Templarij hoſpitalarij ⁊ cyſterſien
ſes priuilegiati ſunt in decimis non
ſoluendis alij religioſi nō niſi in no
ualib⁹ ⁊ aīaliū nutrimentis. Itē gl.
dicit ꝙ mōchi olim dabāt decimas
¶ Licʒ de
Poſſeſſio p̄uilegiata de non ſoluen
do decimas ſi veniat ad nō priuile
giatum vel detur alij excolenda ex
tunc non dicitur priuilegiata Nota
g. que dicit ꝙ priuilegiū monacho
rū itelligit̄ d̄ t̄ris q̄s pſonalit̄ colūt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad audiētiam
Noīe laboꝛ noualia ⁊ nō noualia ītelligūtur. nō g. que dicit ꝙ infamiā iuris incurrit q̄ priuilegium pncipis astute inēptatur. itez nōt ꝙ a forma verboꝝ ſine certa cauſa non eſt recedendum

¶ Quoniam.
Decime noualiū debētur ecc̄ie in cuius parochia inſurgūt. ſi vero nō ſūt in aliq̄ parochia debentur ep̄o q̄ p̄t ſibi retinere vel alteri ecc̄ie ꝯcedere. nota gl. que querit ſi noualia nō ſūt in parochia alicui⁹ ſed in inſula ⁊ cōſiderandum eſt cui ꝓuincie adherēt

¶ Parochianos
Cuz decime non ab homine ſed ab ipo dn̄o ſunt inſtitute quaſi debituz exigi poſſunt. nota g. que dicit de dictione quaſi. ⁊ all'. illud quaſi vnigeniti a patre. ibi quaſi eſt expreſſiuuz veritatis

¶ Ad hec.
Decima iure hereditario per laicuz poſſideri non dz. nota g. que dicit ꝙ decimas laicus poſſidere non p̄t. itē dicit ꝙ in feudum dari non pn̄t.

¶ De terris.
Judei tenentur ad ſoluendas decimas p̄diales aut p̄dia dimittere. nō gl. que dicit ꝙ ad quē ſpectat fructuum ꝑceptio fructuū onera ſubire dz ⁊ ſubire etiā compellitur. naz onera rē ſequūtur. itē dic̄ ꝙ iudei non ſūt de ecc̄ia

¶ Quamuis
Laicis non debent dari decime vel oblationes ⁊ ponit penā prelatoꝝ hoc facientiū. Nō g. que dicit ꝙ laicis diſponere de reb⁹ ecc̄ie nō ē tradita poteſtas. Item dicit g. ꝙ fruct⁹ decimaruz bene concedi atq̄ locari poſſunt laico ad tempus vite ſue ſ; ius non ⁊c. ⁊ dicit cum nos dicimus vitulum fructum vacce demonſtramus.

¶ Cum ſint.
Ratione conſuetudinis p̄t q̄s habē ius decimandi in parochia aliena. Nō g. que dicit q̄d a ſāctis patrib⁹ nō eſt diffinitū nec nos diffinire debemus. Item gl. arguit de conſuetudine ſoluendi decimas

¶ Prohibemus
Laici decimas hn̄tes nō poſſūt eas in alios laicos transferre ac etiaz in clericos ſine auctoritate ep̄i. Sed g. querit anne pn̄t laici transferre decimas in alios laicos de ꝯſenſu ep̄i

¶ Ad apoſtolice.
Decime pſonales debentur ecc̄ie parochiali. p̄diales ecc̄ie in cui⁹ parochia ſituz eſt p̄diū niſi aliud habeat ꝯſuetudo. Nō g. que eſt ſingularis ī hac materia ⁊ dicit q̄ dicūtur decīe pſonales ⁊ que prediales.

¶ Ex parte.
De omni fructu p̄dij ſoluende ſūt decime p̄diales Nō g. que dicit ꝙ vna ⁊ eadem res diuerſo iure cenſeri nō debet

¶ Non eſt in poteſtate.
Decime p̄diales ſoluende ſunt non deductis expenſis ſcilz de vino grano fructibus arboꝝum pecoꝝib⁹ oꝛtis negotiatione. ⁊ de malicia vide glo. vltimam que dicit predicta verba in decimis predialibus. ſecus in perſonalibus

¶ Ex tranſmiſſa
De fructib⁹ molendini ad ventū ſoluende ſunt decime. Nō g. que arguit

et querit an etiã de illicitis adqſitis
ſũt ſoluẽde decime. ⁊ arguit de mere
trice ꝙ dꝫ ſoluẽ decimas .ꝙ dicit ꝙ
meretrix nõ turpiter accipit preciuꝫ
ſed turpiter facit faciendo opꝰ vene
reũ ſeu libidinoſum.

¶ A nobis.

Locator ⁊ ꝯductor tenentur ad deci
mas niſi ſe imunes oſtẽdãt.nõ ꝙ de
cime ſũt tributa egẽtiũ aiarũ ⁊ eas ĩ
ſignũ vniuerſalis dñi ſibi dñs reſer
uauit. Itẽ dare decimas ꝑceptuꝫ di
uinum eſt.hec glo.

¶ Tua.

In genere vel ĩ ſpecie impator deci
mas remittere nõ ꝑt ⁊ decime noua
liũ nõ accreſcũt laico q̃ ab antiq̃ de
cimas in feudũ habuit. Uide gl.que
notat caſus aliq̃s in q̃bꝰ laicꝰ hꝫ po
teſtatem in clericos ⁊c̃.

¶ Tua nobis

Sine deductiõe ſeminis ⁊ ſũptuũ de
bẽt dñs ⁊ colonꝰ decimas ſoluẽ ⁊ nõ
cui voluerint ecc̃ie vel paupibꝰ ſꝫ pa
rochiali cui debẽtur nec ab hoc ex
cuſãtur ꝓpť maliciã clericorũ. Nõ g.
q̃ q̃rit an ſymoniaco decie ſũt dãde

¶ Ex parte.

Priuilegiũ de decimis labor noua
lia ꝯprehẽdit Nõ tex.q̃ dicit vbi ma
ius ꝯcediť minꝰ ꝯceſſũ eẽ videť.et ſic
ecõuerſo dicit g.ꝙ cui minꝰ inẽdictũ
eſt ⁊ maiꝰ ꝓhibitũ eẽ videtur

¶ Paſtoralis.

Expenſe que fiũt ꝓ reſtauratiõe mo
lendinorũ ſiue piſcariarũ ⁊ aliarum
rerum nõ ſũt deducẽde de ꝓuentibꝰ
decimãdis.vel ſic ſm Panor. Nego
ciator de lucro decimaꝫ ſoluit dedu
ctis expenſis q̃s facit de pecunia de
cimata.expẽſe vero que fiũt ꝓ habẽ
dis fructibꝰ non deducũtur ⁊ de fru
ctibꝰ ſoluiť decima nõ deductis expẽ
ſis ꝓ re reſtaurãda.h.di. Nõ g.huiꝰ
c.et doc.de expẽſis q̃ fiũt in re .extra
rem.et circa rem.

¶ Cum contingat

Per decimã in parte in alterꝰ paro
chia ꝑſcriptã non intelligũtur noua
lia de nouo excreſcentia ꝑſcripta.nõ
g.que dicit ꝙ parochiales ecc̃ie nõ
tenẽtur epo decimas ſoluere ⁊ alleg.

¶ Cum in tua.

Una et eadem terra nõ ꝑt pluribus
ecc̃ijs eſſe decimalis Nõ g.que dicit
ꝙ minute decime dicunť partes ani
maliũ ⁊ de pullis ⁊ ouis ⁊ ortis Itẽ
ꝙ vna eccleſia non debet diuerſo iu
re cenſeri

¶ Ludum.

Laici non poſſunt alicui ꝯcedere de
cimã ecc̃ie nec ex ꝯmiſſione ꝯfirma
ta a papa in forma cõi. Nõ gl.q̃ dić
de preſcriptione ⁊ an quis teneatur
allegare et probare titulũ ſuũ ⁊c̃

¶ In aliquibus

Non ſoluẽti decimas non ſũt ꝑdis
ꝯducenda. Nota gl.que dicit ꝙ pa
ctuꝫ non nocꝫ eccleſie qm̃ a quolibꝫ
poſſeſſore ꝑt petere decimas qnia ẽ
onꝰ qd̃ ſequitur ipam rem.

¶ Cum non ſit

Ante ſolutionẽ tributorũ ſoluende
ſunt decime. Nõ g.que dicit ꝙ ibi d̃
porro decime ſunt dande vbi ſcd̃o
creſcunt.et non vbi primo creati ſũt
⁊ all.xxxi.q.j.ca. Si quis.

¶ Nuper

Cyſtercieñ.templarij.⁊ hoſpitalarij.
de fructibꝰ poſſeſſionũ quos adqui
ſiuerunt poſt conciliũ generale tenẽ
tur decimas ſoluere ſi ꝑus ex eis de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cime ſolvebantur ꝛc.

Interdicimus.

Clerici nō debēt recipe decimas in
pignus ad alias eccias ptinētes .nō
g.q dicit ꝙ eccia ad quā decime pti
nent pōt eas bñ in pign⁹ recipe ꝙ p
hoc citius rehabebit decimas

## Ti. de decimis. lib. vi.

Diſcretioni.

Predicatores ⁊ minores ī pdicatio
nib⁹ ſuis vel alibi non debent pplm
informare ꝙ decimas vel aliarū re-
rū pſtatiōes ꝯſuetas nō ſoluāt. imo
debent pplm informare ꝙ eas volū
tarie ⁊ libenti animo ſoluāt. Et nō
g.que diſputat an decime debeātur
ex precepto vel ꝯſuetudine

Statuto perpetuo

Iſta decretalis ponit q̄ſdam decla
ratōes circa illas indulgentias qb⁹
ꝯcedebatur aliqb⁹ vt decimas noua
liū pciperent ꝓ ea portione q̄ pcipi
ebant antiq̄s . Item prouidet paro
chijs pauperibus quarū decime ali
is debentur Itē ꝓuidet de decimis
recipiendis de manib⁹ laicorū. Itez
ꝓuidet de decimis a religioſis ſol-
uendis ⁊ de dioceſanorū ptāte

## Ti. de decimis in cle.

Religioſis

Iſta cle. ponit q̄ttuor caſus in qb⁹
religioſi grauātes vel fraudantes ec
cleſias circa decimas eis debitas ſi
requiſiti p illos q̄ruz intereſt nō de-
ſiſtūt infra menſez. vel de vſurpatis
vel retentis infra duos menſes non
fecerint emendā ſuſpenſi ſūt ab offi
cijs adminiſtratiōib⁹ ⁊ bñficijs. ⁊ ta
lia non habentes ſunt excōicati

Si beneficiorū

Decima bñficiorū alicui ꝯceſſa ſibi
debetur ſm taxationē ⁊ de moneta
currente nec pñt collatores ꝓpt hoc
diſtrahere vel occupare ornamenta
diuinis officijs deputata. h. d.

## Ti. de regularibus et tran. ad relig.

Nullus

Null⁹ dꝫ tundi ad ꝓfitendū aliquā
religionē niſi fuerit legitie etatis ⁊
ſpontanea ſua volūtate Nō g. qui di
cit ꝙ aliquis pt eſſe cleric⁹ poſt vij.
annū ſuū. ꝙ tūc eſt doli capax.

Si quis ante

Tonſurat⁹ ante legitimā etatē ſi pa
rentes ei⁹ infra annū non reclamaue
rint cleric⁹ manebit. Si vero poſt le
gitimā etatē p vim tōſurat⁹ fuerit ſi
ipe vel parentes ei⁹ non reclamaue
rint clericus manebit

Ut clerici

Qui ſe fingūt habitu ⁊ nōie mona-
chos ⁊ nō ſūt corrigātur vt veri mo
nachi vel clerici fiant . Nō gl. in pn.
ſui que dicit ꝙ fictio ſiue ſimulatio
fit qñqꝫ ex honeſta cā ꝛc. Itē dicit d
illo qui intrauit monaſteriuz moni
aliū ⁊ fuit monachus

Vidua ſi

Qui ſibi ſponte velū imponit ⁊ inter
velatas cōuerſando deo oblationez
fecit. velit nolit velata manebit ꝙꝙ
iuramēto firmare velit ea mente ve-
lamē ſibi īpoſuiſſe vt deponē poſſꝫ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Joannes frater.

Non licꝫ monacho de monaſterio
ad monaſteriuꝫ temere migrare nec
aliquā pecuniā habere qđ ſi ſecus fe
cerit ab abbate ꝑoris monaſterij co
herceatur. Nō g. que dicit ꝙ cā ad-
miniſtrationis ꝑt monachus habē
pecuniā Itē abbas ꝯpellitur mona
chum ſuū recipere.

¶ Quia in inſulis

Ubi dura eſt monachoꝝ ꝯgregatio
pueri añ. xvij. annū ad monachatuꝫ
non recipiūtur. Nō g. que dicit ꝙ hꝰ
decretalis ī qbuſdā libris eſt pallea
⁊ qđ dicitur in ea eſt ſpēale ꝓpter aſ
peritatem

¶ Non eſt nobis

Facta profeſſione non eſt licitū niſi
ad ſtrictiorē ordinē trāſire. Ex iſto
c. arguūt aliq ꝙ ordo cyſtercieñ. ſit
ordo ſtrictior qđ nō eſt veruꝫ quia
cartuſieñ. ſūt ſtrictiores

¶ Ad noſtram.

Votū religionis ſine deliberatione
emiſſū nō obligat vouētē. Et dicit
hic Abb. ꝙ ſecꝰ eſt in alio voto. ꝙ ſi
ue quis ſolēniter ſiue ſimpliciter cō
tinētiam voueat obligatur et ponit
rōnē diuerſitatis Itē dicit g. quō in
telligitur illđ qđ dicit. Qđ ſemel pla
cuit ꝛc. Itē tāgit qñ annꝰ inceptꝰ ꝓ
completo habetur ⁊ qñ non. Itē di
cit ꝙ deus intuetur cor non fictum.

¶ Super eo

Qui recipit habitū ꝓfeſſorū vbi ha
bitus ſunt diſtincti religioſus eē cō
pellit̄ etſi recipit habitū nouicioruꝫ
ꝑt libere ad ſeculū redire. Nō gl. q̄
tangit in qua veſte dꝫ monachꝰ facē
probationem an in laicali vel mo-
nachali ꝛc

¶ Sane de canonico

Si canonicus regularis fiat mona
chus regule artioris ibi manere ꝑt
ſi laxioris ad ꝑmam regulam ſiue
monaſterium redire compellitur.

¶ Significatum.

Minor. xiij. annoꝝ ꝓfitendo religio
ni nō obligatur niſi factꝰ maior ra
tū habeat. Nota g. q̄ dicit minor in-
trans religionē in ꝑncipio. xv. anni
dꝫ interrogari de volūtate ſua

¶ Cum virum.

Mulier in etate legitima bñdicta re
gulariter viuere ꝯpellitur. Nō gl. q̄
dicit inter cetera ꝙ paterna deuotio
qñqꝫ facit monachum occaſionalit̄.
⁊ qñqꝫ filius obtēperat paterne de-
uotioni ex debito honeſtatis ⁊ non
neceſſitatis ꝛc

¶ Porrectum.

Sine habitu ꝑt qs ordini ſe obliga
re. Nō tex. qui dicit ꝙ a ꝯuertendo
votū emittitur. Item ꝙ non habitꝰ
ſed profeſſio facit monachū. Nota
g. in fine que dicit de eo qui ſimpli-
citer promiſit intrare aliquā religio
nem illud ſoluere tenetur.

¶ Cum ſimus.

Qui ante etateꝫ legitimā intrat reli
gionem ꝑt in etate legitima ꝯtraue-
nire. Nō ꝙ filiꝰ ꝑt a patre religionē
intrante bona ſibi ex ſucceſſione pa
terna debita impetrare

¶ Sicut tenor

Furioſus ex ſuſceptiōe habitus ad
monachatū nō obligatur. Nō gl. q̄
dicit ꝙ ille qui hꝫ integrū iudiciū li
cet grauiſſima teneatur infirmitate
ſi voueat ipē tenetur votum adim-
plere ꝛc.

¶ Ad apoſtolicam.

Ante annum probationis ꝑt quis
ſe ordini obligare. Nota tex. qui di

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cit ꝙ multa fieri prohibētur que tñ facta tenent. Jtē nõ g. qad probandum religionem ſiue monachatum diuerſa in iure ſtatuuntur tempora quandoqꝫ ānus quandoqꝫ biēnium quādoqꝫ triēnium. Jtem dicit ꝙ in re cõmuni potior eſt conditio prohibentis.

¶ Sicut nobis

Facta profeſſione alicuiꝰ ordinis cogitur quis ad habitum etiā ſi diu ſteterit ſine illo. Nõ g. que inter cetera dicit quem viuū contemno ad eius bona mortui aſpirare non valeo

¶ Licꝫ quibuſdam.

Monachus poteſt ad ſtrictiorez ordinem tranſire petita licentia ſui ſuperioris licet non obtenta. Nõ tex. qui dicit priuilegium meretur amittere ꝛc. Jtem dicit cõmunis vtilitas eſt preferenda priuate. et nota tex. ꝙ pulcer eſt. Nota g. que dicit ꝙ cum prohibetur iuramentum temerariū videtur prohibitum Jtem tangit g. de alienatione perſone ꝛ alienatione rei Jtē pſumitur d̄ bono corde ꝛc niſi contrarium ꝛc..

¶ Veniens ad ſe.

Vir ꝛ vxor vt non contineant ſe abiurare non pñt. Nota glo. que dicit ꝙ iſti abiurauerunt ſe mutuo nõ vt continenter viuerent ſed ſe inuicem abiurauerunt vt cum alijs adulterari poſſent

¶ Conſulti ſumus.

Qui ad monaſteriū ſe conuertit habitum ſumendo nouitiorum libere infra annū probationis exire poterit niſi in ingreſſu apparuit euꝫ vitā abſolutam velle in melius ꝯmutare Nota g. q̄ eſt notabilis ꝛ dicit d̄ ꝓteſtatione quam facere debꝫ intrās religionem. Jtem dicit de conditione appoſita in religione ꝛ in matrimonio. Jtem dicit ꝙ in dubio preſumendum eſt pro religione. Jteꝫ in dubio preſumendum eſt quem fore excõicatum vt potius ad cautelam abſoluatur

¶ Poſtulaſti.

Clerici in minoribꝰ ꝯſtituti q̄ habitū nouitiorum ſuſceperūt ꝓfeſſione tñ tacita vel expreſſa poſtea non ſecuta licite in eccĩa ſeculari ordinanť Nõ gl. que dicit ꝙ doli capax ſicut ſe obligare p̄t diabolo ſic etiā deo.

¶ Ex parte tua

Habitus per annum geſtus quem facit regularem Nota tex. qui loquitur de illis qui terram duabus vijs ingredi non verentur. Et intellige tex. de habitu qui datur profitentibus. Jtem dicit tex. ꝙ habitus non facit monachum ſed profeſſio regularis.

¶ Statuimus

Jntrās religionē īfra annū p̄t exire niſi ꝯtrariū oſtēdatur Nõ tex. qui dicit ꝙ quilibꝫ renūciare valꝫ ei qđ ꝓ ſe noſcitur introductū. Nõ glo. q̄ diſputat an epũs infra annum probationis poſſet conferre beneficium intrantis religionē.

¶ Ne religioſi

Fugitiui ꝛ eiecti ſūt omni anno reqrendi ſolicite ꝛ ad reuertendum ad monaſteriū diſtrictiꝰ ꝯpellendi. Nõ gl. que dicit ꝙ prelatꝰ tenetur de facto ſubditi niſi eum correxerit. Jtem dicit ꝙ nihil cum ſcandalo faciēduꝫ eſt.

¶ Ti. de regu. ꝛ tran. ad rel. li. vi.

Is qui monaſterium.
Si minor xiiij. ānoꝝ ingredit̄ religi onē.in.xv.āno libere exire pt niſi in ipo.xv.āno ꝓfeſſionē fecerit vel ha bitū ꝓfeſſorū ſuſcepit vel expſſe ra tū habuerit ꝓfeſſionē pus a ſe factā. Si aūt ꝑ totū.xv.annū portat habi tū vbi nō eſt diſtinct⁹ intelligitur ꝓ feſſus niſi tanta ſit diſtinctio ꝙ viuē tes cum eis ſimili habitu induātur. Si aūt maior.xiiij.annis ingrediat̄ ſi portat habitū ꝑ annum q̄ntūcūqꝫ ſit indiſtinct⁹ intelligit̄ ꝓfeſſ⁹. vide g. que dicit de duplici profeſſione.

Non ſolum
Predicatores et minores infra ānū ꝓbationis quēꝙ ad ſui ordinis ꝓfeſ ſionē recipe nō pñt. qđ ſi fecerint re cept⁹ alligatus non eſt eoꝝ ordini. et ipi a receptione ꝓfeſſionis alioꝝ ſunt ſuſpenſi ⁊ puniendi pena que ꝓ grauioribus culpis eis conſueuit in fligi.⁊ vide deſuꝑ g.

Conſtitutionem.
Conſtitutio Inno.que ꝓhibꝫ ꝯuer ſorū ꝓfeſſionē recipi añ annuꝫ ꝓba tionis elapſū pie memorie Alex.pa pa.iiij.ad fratres predicatorū ⁊ mi norum dūtaxat declarauit extendi Boñ.aūt a paris ſimilitudine rōis induct⁹ declaratione eādē ad alioꝝ mendicantiū ordines ꝓrogauit Itē dicit ꝙ in alijs religiōib⁹ ꝓfeſſio ta cite vel expreſſe fieri pt infra ānū ⁊c. ſed expreſſe emiſſa in ſeculari ⁊c

Beneficiū
Bñficiū illi⁹ qui religionē ingredit̄ non eſt infra annū ꝓbationis alicui cōferenduꝫ niſi ad id ipi⁹ accedat aſ ſenſus vel conſtet ꝙ vitam voluerit abſolute mutare vel profeſſioneꝫ ex preſſam fecerit ſeu ſcienter habitum ſuſceperit profeſſorū .et interim per alium bñficium deſeruitur.

Qui poſt votum.
Vouēs intrare religionē certā ſi ali am ītrauerit etiā laxiorē cū priori ſim plici ꝑ votū ſolēne poſteri⁹ ſit dero gatū ī eadeꝫ pt remanere ꝓ voto tñ primo nō impleto eſt ſibi pñia iniū genda Item g.ponit dr̄am inter vo tum factum de intranda religione ⁊ de voto facto de profitēdo

Si ad ſolum.
Si ad ſolū abbatē pertinet creatio monachorum eo defūcto nequit no uus monach⁹ a ꝯuētu creari alias poterit ſi eorū creatio ſpectet ſimul ad vtrūqꝫ. Item glo.dicit ꝙ de iure ſpectat ſimul ad vtrūqꝫ

## Ti.ð regu.⁊ tran. ad reli.i cle

Ut profeſſores
Profeſſi ordinū mendicātiū etiā lici te trāſeūtes ad nō mēdicātes licꝫ ad miniſtratiōes habeāt nō habēt vo cem in capitulo .etſi alij de caplo id ꝓcedant nec deinceps ꝓſequi poſſūt adminiſtrationes prioratus vel of ficia etiam tanꝙ vicarij nec ꝑ ſe vel alijs aīarum curam gerere ⁊ irritat contrafactum

Eos qui.
Qui in anno diſcretiōis ꝯſtitut⁹ ꝑ annū nouitiorū habituꝫ portauerit hoc ipo religionē illā profeſſus cen ſetur niſi habit⁹ ille diſtinct⁹ fuerit notabiliter ab habitu profeſſorum.

## Ti.de ꝯuerſione ꝯiugatorum.

Perterea

# De ꝯuerſiōe ꝯiugatoꝝ in anti.

Si vir de vxoris licentia ꝓfitetur ⁊ vxor de incōtinētia ſuſpecta nec religionē nec ꝯtinentiā ꝓfitetur p̄t ep̄s ſibi virū reſtituere. Nō gl. que tāgit de incōtinentia ⁊ ſenectute

¶ Uerum

Ante carnalē copulam p̄t q̄s inuita vxore religionē intrare. nō g. que videtur querere nūquid poſt ingreſſū religionis manet vinculū ꝑoris matrimonij. dicit ꝙ inefficax tū eſt ꝛc. et ꝯcludit ꝙ tollitur

¶ Quidam.

Poſt carnalē copulaz inuita ꝯiuge ſua nemo p̄t religionem intrare. nō gl. que tangit de matrimonio beate Marie virginis ⁊ q̄rit an hoc caſu exiens monaſteriū poſſʒ poſtea cum alia contrahere

¶ Cum ſis preditus

Maritus religionez ingredi nō p̄ot niſi vxor ingrediatur vel niſi de incontinētia non ſuſpecta ꝓmittat cōtinentiā. nō gl. que dicit ꝙ multe ſteriles ſunt ⁊ iuuenes q̄ tamē continere non poſſunt.

¶ Coniugatus

Nullꝰ ꝯiugatoꝝ eſt ad ſacros ordines ꝓmouendꝰ niſi ab vxore continentiaʒ ꝓfitente fuerit abſolutꝰ. nō g. que diſputat an clericus coniugatus poſſet ſine licentia capere minores ordines.

¶ Sane ſi

Uxoratus in ep̄m ꝓmoueri non p̄t niſi vxor profiteatur ⁊ religionē intret. nō g. q̄ dicit ꝙ per habentes ꝓles ſubſtātia eccīarum cōſueuit deperire. Item querit de vetulis an etiā debent vouere continentiam

¶ Ex publico.

Sponſa de p̄nti non ꝯgnita q̄ dicit ſe religionē velle ingredi infra certū tempꝰ ꝯpellitur religionē ꝓfiteri vl' ad virū redire. nō g. que dicit de triplici ꝯſūmatione matrimonij

¶ Uxoratus

Ut. s. nō glo. q̄ querit ſi hoc caſu vir intrat religionē ⁊ ꝓfiteat̄ et mulier iuuenis ⁊ ſuſpecta non intrat religionez nec vouet ꝯtinentiam nūquid tenet monachatꝰ ꝛc. Itē nota tex. in fi. qui dicit ꝙ mulier ad cohabitandum tonſurari non dʒ

¶ Ex parte abbatis

Profeſſus religionez de ꝯſenſu vxoris in ſeculo remanentis licʒ ei fuerit reſtitutꝰ ea mortua ad monaſteriuʒ redire compellitur. Nō gl. in principio que videtur tangere an hoc caſu vxor dando licentiam videatur vouere

¶ Conſuluit.

Profeſſus religionē de cōſenſu vxoris ea mortua non p̄t ad ſeculum redire. nota g. q̄ dicit ꝙ hoc caſu ideʒ eſt in canonico regulari ⁊ in monacho cum parua ſit differentia inter eos. vt. xx. q. iij. p̄ns

¶ Cariſſimus.

Alter coniugum in alterius preiudicium etiamſi ad tempus conſentiat non poteſt vouere perpetuam continentiam. Nota gloſaʒ que dicit ꝙ vir ⁊ vxor cōmuni conſenſu poſſūt continentiam vouere perpetuo remanendo in domo ſua. xxxiij. q. v. Quod deo

¶ Placet nobis

Que ſine licentia viri religionēītrauit poſt mortē ipſius non eſt ad religionem cogenda redire. Nota glo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄ dicit ꝙ ſñia ꝑ parte tenꝫ ⁊ ꝑ parte non tenet. Nō g. que dicit ꝙ iudiciū ſoluitur qḋ firmū erat ſi ad eū ſtatū deuenerit a quo incipe non potuit. ſecus eſt in matrimonio.

Ad apoſtolicā.

Idem ſicut in.c.cum ſis .ſupra.eo.et in.c.tonſuratus.

Ex parte tua

Per profeſſionem religionis non ꝑ ꝓpoſitum caſtitatis in ſeculo ſeruan de ſoluūtur ſponſalia de pñti Nō g. que inter cetera dicit ꝙ matrimoni um ꝯtrahit īter abſentes ꝑ nūciū.itē arra interuenit licꝫ non pena

Conſtitutus

Si vxor alicuiꝰ fuerit publice adul terata vir eiꝰ p̄t ad ſacros ordines ꝓmoueri. Nō g.q̄ dicit ꝙ ducēs vi duam vel ab alio carnalit̄ ꝯgnitam non p̄t ad ordines ꝓmoueri ꝛc.

Veniens

Inſufficiēs ꝯiugis licētia ꝓſequens adulteriū ꝯfirmat̄. Nō ꝙ votū non p̄t imperari ſed bn̄ ſuaderi. ⁊ ꝓpterea ſolꝫ dici ꝙ voluntariū militeꝫ elegit ſibi dn̄s. Itē arguit gl. ꝙ licꝫ dolꝰ in ſpūalibus interueniat valꝫ ꝯtractus

Accedens.

Uxor maritū ꝓfeſſū repetere p̄t nō obſtante licentia ꝯfitendi ꝑ maritū metu extorta ab ip̄a ꝛc.

Significauit

Qui dat licentiā intrandi religionē ⁊ ꝓmittit ꝯtinētiā non cogitur reli gionē intrare niſi ſit de incōtinentia ſuſpectus. Nō g. que dicit ꝙ illa q̄ ſi ne conditione vouentur ſine ꝯditiōe ſoluūtur. itē dicit ꝙ quandoqꝫ quis ex facto ſuo compellitur intrare reli gionem

Gaudemus

Mulier ꝯuicta de adulterio niſi ma ritus voluerit eā recipere compellit̄ monaſteriū intrare ad pñiam pagē dam Nō. g. in hoc caſu loquitur de adulterio publico. item dicit qualit̄ olim puniebatur adulterium

Dudum.

Si coniuges abinuicem ſe abſoluūt vouendo ꝯtinētiā ⁊ religionē intran do alter alterum repetē non valebit Nō glo. que dicit ꝙ votū ex calore ꝓmiſſum non tenet. Item dicit glo. ꝙ nihil refert narrandi diuerſitas vbi eadem dicuntur. Item dicit gl. de dolo bono ꝛc.

Mulier que.

Mulier que in fide remanſit viro a fide lapſo p̄t ip̄o īuito religioneꝫ in trare ⁊ hoc intellige dūmodo mari tus ab ea fuerit iudicio ecc̄ie ſepara tus. nota g. que ponit differētiā īter fornicationē carnalem ⁊ ſpūalem

## Ti. de cōuerſione infideliū.

Laudabilem

Saracenꝰ q̄ machinante xp̄iana mu liere viruꝫ ip̄iꝰ occidit ſi poſtea cum illa cōtrahat matrimoniū ſeparatur etiam ſi ꝑ illam conuerſus ſit ad fi dem. ſecus ſi ſine machinatione illuꝫ occidat. Nota g. que dicit ꝙ licꝫ pu gnare pro patria ⁊ fide. Item q̄nqꝫ punitur affectꝰ ſine effectu ꝛc.

Ex litteris

Si vxore in iudayſmo relicta iudeꝰ vir ꝯuertatur ad fidē cōmunis ꝓles

aſſignabiť viro ad fidez ꝯuerſo. Nō
tex. qui loqtur de dolore matris et
de matrimonio. Itez de filio in cuiꝰ
ptāte ſit Nō g. que dicit inter cetera
ꝙ filiꝰ infra trienniū exiſtēs manebit
penes matrē. Itē dicit glo. ꝙ filiꝰ ſeq
tur familiā patris ⁊ nō matris. Itez
tractat g. vbi pupillꝰ dꝫ ali.

Tituľ. de voto et voti redem
ptione.

De peregrinationis

Eps pt ꝯmutare votū ex cā ī eo qđ
fuerit magis deo gratū. Jo. an. Nō
g. que dicit ꝙ in ꝯmutatione voti cā
ſp dꝫ attendi. Nō gl. que dicit ꝙ vo
to ꝯtinentie eque bonuꝫ inueniri nō
pt vel maiꝰ ⁊ ſola caſtitas pn̄tat do
mino animas que ſuaderi poteſt im
perari autem non

Venientis

Papa ꝯmutat votū vltramarinum
maxime in pupillari etate ꝓmiſſuꝫ.
Nō g. que tangit an papa poſſit diſ
penſare in voto fidelitatis qđ ꝓmit
tit ſocius ſocio in itinere ſiue alias.
Itē nōt g. ꝙ votū ex facilitate emiſ-
ſū obligat. ⁊ arguit ⁊ ſoluit. Itē nōt
g. ꝙ ī voto poſſibilitas ſꝑ ſubaudiť.

Litteraturam tuam.

Ex voto initiato ſolūmō nemo eſt
obligatus. Vel ſic ſm Panor. ſimpli
ciť ꝓponēs religionem ingredi licet
non ingrediatur nō eſt reꝰ voti. Nō
g. que ſoluꝫ videtur tangere de voto
concepto in animo nō tn̄ animo ob
ligandi. item dicit glo. ꝙ ex nudo pa
cto non oritur actio. ⁊ alle. iura pro
et contra

Scripture.

Votū non violat q̄ illud in melius
ꝯmutat. Nō g. que dicit ꝙ non eſt il
li neceſſaria certa delicti ſatiſfactio
cuiꝰ totū vite tempꝰ obediētie impē
ditur ſui conditoris. item arguit gl.
ꝙ intranti religionem non eſt pn̄ia
pro preteritis imponenda.

Non eſt voti

Executio voti vltramarini ex cauſa
differri poteſt ꝑ papā. Nō g. que tā
git ꝙ in diſpenſationibus dꝫ ſubeſſe
cā alias ille cum quo diſpenſatur eē
per papam nō eſt securꝰ q̄ ad deū. ꝙ
talis diſpenſatio nō meretur dici diſ
penſatio ſed potiꝰ diſſipatio.

Licet vniuerſis

Eccīa cōpellit laicū ad executionez
voti vltramarini ꝑ excōicationem ⁊
bonorum ſubtractionem Nō glo. in
ṗn. que dicit verbum Auguſtini di-
centis de voto qui non cepit delibe
ret. qui ingreſſus eſt perſeueret. item
arguit g. ꝙ vnus poteſt pro alio ie-
iunare ⁊ votum implere. Et videas
vltimam que melior eſt

Magne

Papa ꝯmutat ex cā votum vltrama
rinū in vigilias orationes ⁊ ieiunia.
tūc maxime cū ceſſat cā que vouētē
ad vouendum induxit. ita etiā ꝙ ex-
penſe fiende in eundo ⁊ morando ⁊
redeundo integraliť mittātur in ťre
ſancte ſubſidiuꝫ. h. d. Nō tex. qui po
nit tria que ſꝑ ſunt conſideranda. ſ.
quid liceat ſm equitatem. quid dece
at ſm honeſtatē. et qđ expediat ſm
vtilitatem. item dicit textus ꝙ non ē
curandum os loquentiū iniqua dū-
mō non recedatur a veritate. itē qđ
agitur a p̄latis facile trahitur a ſub
ditis in exemplū ſi malū foret qđ tn̄
nullo mō fieri dꝫ. Itē etiam ꝙ ceſſā-
te cauſa ceſſat effectus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶Quod ſuper his

Impedito ad tēp⁹ exeq̄ votū vltramarinū ꝯceditur dilatio .ꝑpetuo vero impedito indicitur redemptio in aliud qđ magis expediat ad ſuccurſū terre ſancte. No. gl. que dicit ꝙ ex cā papa pt dare licentiā vouēdi ad terrā ſanctā viro inuita vxore.

¶Ex multa

Votū vltramarinuz ex certis cauſis mutari pt in aliud ꝑ papam ⁊ nō ꝑ aliū niſi ex ipius ſpeali mādato. hoc pmo. Habiles ad eundū ſed inhabiles ad pugnandū ſi ſunt ſtrēnui cōſilio vel milites bellatores pnt ſecum ducere votum vltramarinū nō redimūt. hoc ſcdo. Vxores non pnt ſeq̄ viros vltra mare niſi ⁊ ipe vouerint hoc tertio. Viri ſine ꝯſenſu vxorum emittere pnt votū vltramarinū. hoc quarto. Clerici tanq̄ inhabiles ad pugnandum redimūt votū vltramarinū niſi in certis caſibus. hoc q̄nto hoc dicit ſm Panor. No. ꝙ papa in caſu hui⁹. c. ſibi ſpēaliter diſpēſationem reſeruat. ergo in alijs videtur epis ꝯmittere. Nota caſum ſpecialē in g. vbi marit⁹ pt ſine licentia vxoris vouere ⁊c.

¶Per tuas

Qui vouit religionē igredi ſi voto non impleto fiat eps renūciare dz ⁊ votū implere. Vel ſic. votū non impletum impedit ꝓmouendū ⁊ deijcit iā ꝓmotū. No. ꝙ regularis pt eligi ad regimen ſecularis ecc̄ie quod patet ex iſto tex. ⁊c.

¶Poſtulaſtis.

Prelatus etiā regularis poteſt emittere votū vltramarinū ⁊ pt ꝯuent⁹ ecc̄ie deputatos ad terre ſancte ſubſidiū in vſus ꝓprios ꝯuertere. Nota ꝙ verbo et exēplo pdicare dicimur. Item nō ꝙ aliqđ relinquitur ꝓprie conſcientie. Itē ꝙ prelat⁹ dimittēs ecc̄iam dz relinquere ꝓcuratorem.

¶Ti. de voto. lib. vi.

¶Quod votum.

Illud votū dicitur ſolēne q̄ ad dirimendum matrimoniū poſt ꝯtractuz qđ ſolēniſatū ē ꝑ ſuſceptionem ſacri ordinis aut ꝑ ꝓfeſſionē factā tacite aut expſſe alicui de religionibus ꝑ ſedem apl̄icā approbatis. Nō glo. in pn. que docet vbi matrimoniū pmo fuit inſtitutum. Itē dicit differentiā inter clericū ⁊ monachuz. Item q̄rit qđ hoc caſu faciendun ſit ſi intraret religionem non approbatam credēs tamen eam fore approbatam. Et de clerico ordinato in ſubdiaconum ꝑ epm quem credebat epm ⁊ in veritate non fuit

¶Ti. de ſtatu monachoꝝ ⁊ canonicorum regularium.

¶Theodoſius

A lege dioceſana non a lege iuriſdictionis monaſteria ſunt exempta. vl' ſic. Epus non dz vendicare ea q̄ monaſterio ꝯferūtur nec aliquā moleſtiam inferre. corrigere tamen poteſt

¶Monachi

Monachi ꝓ pcio recipi non debent ⁊ taliter recipientes puniūtur. Item monachus non dz habere peculiuz niſi ꝓ iniuncta ſibi adminiſtratione poratus ⁊ obedientie pro precio alicui conferri non debent Priores ad nutum in conuentualibus eccleſijs

remoueri non debent

Recolentes.

Monaſteriū vel eccīa alteri ꝯiuncta
ei⁹ ſortitur naturā cui fuit ꝯiuncta.
Nō tex.qui dicit.ſi q̄ ſimilē cuꝫ ali-
is vitā ſuſcipiūt ꝛc.Itē dicit g.ꝙ qui
libꝫ terminis ſuis dꝫ eſſe ꝯtent⁹. Itē
dicit g.ꝙ illud qđ alteri aggregatur
illi⁹ dꝫ imitari naturā.

Sup quodam.

Regularis canonicus q̄ propriū nō
reſignauit in morte in cymiterio ſe-
pult⁹ dꝫ exhumari ſi hoc ſine ſcāda
lo fieri pt. Nō g. que dicit ꝙ ꝓpter
vitandū ſcandalū multa fiūt ꝛ omit-
tuntur.

Quod dei timorem.

Canonicus regularis p̄fici pt eccīe
parochiali etiā ſeculari.ſꝫ dꝫ habere
ſecum ſocium ſui ordinis ad cautelā
ſi hoc cōmode fieri poteſt. Nō g.an
monachus vel canonicus regularis
pt p̄fici eccīe parochiali. Itē ꝙ mo
nachus ſecū dꝫ habere ſocium.ſecus
in canonico regulari.

Cum ad monaſterium

Primo dicit ꝙ monach⁹ non debꝫ
vti camiſea linea.itē ꝙ monach⁹ nō
dꝫ aliq̄ mō habere ꝓpriū etſi habēs
monit⁹ non reſignet in ſterq̄linio ſb-
terretur .itē monachi debēt habere
ꝯtinuū ſilentium in dormitorio ꝛ in
refectorio.itē ꝙ non debēt ī refecto
rio carnes ꝯmedere.itē ꝙ abbas ſi-
ne ſcandalo aliorū dꝫ ſe circa infir
mos caute habere. Itē dicit qualit̄
abbas ꝛ p̄or debent ſe habere ꝛ q̄lis
honor dꝫ eis impēdi.itē dicit ꝙ pa
pa non pt cū monachis ad habēdū
ꝓpria diſpenſare.de quo vide g.

In ſingulis.

Abbates et p̄ores monachorū ꝛ ca
non corū regulariū debent de trien
nio in triēniū cap̄l'm ꝯmune celebra
re. Nō tex.qui dicit ꝙ ita vult iura
ſupiorū a ſb̄ditis obſuari.vt inferio
res a ſupiorib⁹ iiurias nō ſuſtineant

Ea que pro.

In iſto.c.traditur forma ſm quam
viſitare habeant viſitatores ꝺputa
ti p preſidentes in capitulo generali
Nō tex.qui dicit ꝙ non obſtante ꝑ-
tinacia vel amicorum potētia ouis
morbida ne ceteras oues inficiat eſt
abijcienda. Itē nō g.in fiñ.que dicit
ꝙ in vno eodemq officio diſpar nō
debꝫ eſſe profeſſio nec eſt arandum
boue et aſino.

## Ti.de ſtatu monachorū ꝛ canonicorū regulariū.lib. vi.

Periculoſo

Primo ponit cām ꝯſtitutionis ꝛ cō
ſtitutionē de clauſura monialiū .Se
cundo p̄cipit vltra facultates in mo
naſterijs nō mendicātiū nullā recipi
ꝛ ꝯtrafactū irritū decernit.Tertio ꝓ
uidet quid iuris q̄n moniales hn̄t
facere fidelitatē vel homagiuꝫ tpali
bus vel ſecularibus dominis ꝛ q̄n in
eccīaſtico vel ſecl'ari foro cauſas ha
bēt. Quarto facit ordinarios execu
tores huius iuris de clauſura ꝛ quo
ad exempta monaſteria proteſtādo
ꝙ per hoc in ipis exemptis quo ad
alia nihil iuriſdictiōis ſibi vendicēt
Nō glo.que inter cetera dicit ꝙ ne-
mo inuitus creſcere compellitur.itē
dicit g.de penuria monialium ꝛ eſt
multum ſingularis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## Ti. de ſtatu monachoꝝ. et canonicoꝝ regularium in cle.

Ne in agro.

Premittit exordiū breue in quo cōſtitutionis cām ponit et generale interdictū monachoꝝ nigroꝝ circa exq̄ſitū ornatū vel notabilē exceſſuꝫ in veſtibꝰ. cibis. ⁊ potibꝰ. eq̄taturis. ⁊ lectiſternijs. Scđo ſpēaliter ꝓuidet circa veſtes habitui proximas. almucias. capucia. calciamenta. zonas. cultellos. ⁊ calcaria. ſellas. ⁊ frena ipſoꝝ. ⁊ vltimo circa habitum ſuperiorē. Tertio circa eoꝝ confeſſionē. cōionem. expoſitionē regule. ⁊ inſtructionē nouitioꝝ. Quarto circa venationes ⁊ aucupationes eorum. Quinto punit certos p̄dictoꝝ trāſgreſſores. Sexto contra ꝓfeſſos euntes ad curias p̄ncipum vel alias vagantes vel infra ſepta monaſterij arma tenentes. Septimo ꝯtra eoꝝ ſolitudinem. Octauo ꝓuidet de p̄oꝝ etate ⁊ ipſoꝝ ſacerdotio ꝓfeſſione ⁊ habitatione. Nono de monachoꝝ ordinatione ⁊ ipſorum doctrina. Ultimo confirmat ⁊ innouat dec. ſ. e. cum ad monaſteriū. ⁊ c. in ſingulis. Et vide g. que ponit. xij. abuſiones clauſtri ⁊ totidem ſeculi

Attendentes

Primo ponit exordium. ſcđo ꝯſtitutionē in qua p̄mo ſtatuit q̄ ordinarij ſingulis annis viſitent monaſteria monialiū nō exēpta ⁊ exempta q̄ ſoli pape ſubſūt. reliqua exēpta viſitent ſupiores ipſoꝝ. Scđo ſtatuit ꝺ officio viſitantiū. Tertio ſtatuit abbatiſſas bñdicendas infra annū debere benedici. Quarto conſtitutionē ꝓrogat ad canonicas ſeculares cum quadam ꝓſtatione. Quinto determinat comitiuā viſitantiū. Sexto punit viſitantes. Nō tex. qui videtur innuere q̄ ſtatus canonicoꝝ ſeculariū ab ecc̄ia nō eſt approbatꝰ

## Ti. de religioſis domibus.

Nūc autem.

Ille ep̄us nouaꝫ ecc̄iam ꝯſecrabit q̄ p̄mo p̄ſb̄ro eiuſdem loci ecc̄iaſtica ſacramenta miniſtrabat ⁊ ep̄alia excercebat. Nō g. que dicit q̄liter cognoſcatur quis debeat baſilicam primo conſecrare

Quia monaſterium

Nihil iuris deperit ep̄o ī cuiꝰ dioc. eſt ecc̄ia quā papa alteri eccleſie vniuit. Uide g. que innuit q̄ papa non intendit iuri alterīꝰ ꝑ ſuū ꝓuilegiuꝫ derogare. Item dicit q̄ ſi vnicuiq̄ ep̄orum.

De xenodochijs

Xenodochie in ep̄i poteſtate ſunt ī cuius dioc. ſūt ꝯſtitute. Nota g. que arguit ex hoc. c. q̄ omnia mōaſteria et xenodochia de iure cōi ſpectāt ad epiſcopum

Ad hec

Locus deputatꝰ auctoritate ep̄i ad hoſpitalitatis vſū religioſus eſt ⁊ iō ad humanos vſus redire nō dꝫ. Et ſimili modo dicendum eſt de alijs rebus.

Inter quattuor

Locꝰ regularium ſine cauſa non dꝫ trāſferri ad ſeculares. Nō gl. q̄ dicit q̄ neceſſitas non hꝫ legem. Itē q̄ de ecc̄ia ſeculari p̄t fieri monaſteriuꝫ.

Conſtitutus

Ep̄us remittens ecc̄ie iura ep̄alia cenſum āuū in ea retinere non p̄ōt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vel ſic. Ecc̄a ſita in dioc̄. ep̄i tenet̄ ei rn̄dere i ep̄alibꝰ niſi oñderit illa ſibi ēē remiſſa legitie. et p̄t ep̄us remitten do ep̄alia ſibi cenſū retinere. Nō g. q̄ tāgit materiā an ep̄s p̄t res vniꝰ ecc̄e dare alteri inuitis clericis Itē tāgit an pactū poſſet ep̄s cū eccleſijs ſuper cenſibꝰ facere Item dicit ꝙ in dubio id accipiendum eſt quod vicio caret

Cum venerabilis

Adiudicat̄ ep̄o ecc̄a i ſp̄ualibus ſi in dioc̄. ſua ſit ſita ⁊ hoc ꝓbato niſi ꝓ bet̄ exempta. ſʒ i tp̄alibꝰ ſuccūbit niſi aliter doceat de iure ſuo. Nota tex. q̄ tāgit de inſtrumēto raſo i loco ſuſpe cto Itē dicit g. ꝙ nōdn̄s poteſt rem locare Itē dicit gl. ꝙ valet inſtrumē tum raſum et alle.

Cum dilectus

Probata exemptōe vel legitima pre ſcriptōe ſn̄ie excōicatōis vel alias la te ꝓnūcient̄ nulle Nota gl. i p̄ncipio q̄ ponit d̄r̄am inter ꝓcuratoriū ⁊ lite ras de rato q꞉ vigore ſimplicis ꝓcu ratorij ꝓcurator nō p̄t trāſigere ſiue componere ſecꝰ ſi hʒ clauſulā d̄ rato. Et notes eā in fi. q̄ de exceptōibꝰ con trarijs proponendis loquitur. actio nes vero nullo modo concedit

Ne nimia

Noua religio non ē admittēda. nec poteſt habere monachus vel abbas locum in diuerſis monaſterijs Nota glo. que dicit ꝙ nouū collegium non p̄t inſtitui ſine p̄ncipe et eiꝰ conſilio.

Titulus de religioſis do. li. vi.

Religionum

Iſta decretalis i p̄ma p̄te ſtatuit ius nouū repetit ius antiquū et ordines mendicantes inuētos poſt ꝯciliū nō ꝯfirmatos ꝑ ipm̄ ingr̄tū ꝓceſſerūt d̄ facto reuocat. In ſc̄da p̄te de appro batis prouidet ꝙ profeſſores illorū pn̄t i ipſis remanere nullū ad ꝓfeſſio nē recipiendo loca noua nō exeūdo ⁊ vetera nō vendēdo ſine licētia apo ſtolice ſedis irritans cōtra factū ⁊ ex communicat contrafacientes. In ter tia parte dicit ꝙ ad predicatores et minores non extenditur conſtitutio propter euidentem vtilitatē ipſorum nec ad carmelitas vel heremitas. q꞉ concilium p̄ceſſerunt In quarta p̄te concedit perſonis ſingularibus ordi num ad quos conſtitutio extenditur ut poſſint tranſire ad ordines appro batos ſed non cōuentꝰ ad conuentū ſine licētia pape Nō glo. que dicit ꝙ in multitudine ſacrificiorū nō placat̄ deꝰ Itē ponit g. metra d̄ ſignificatōe huiꝰ dictionis affatim. Itē dicit glo. ꝙ hoc caſu ſcʒ cū eis ꝓhibet̄ nouam domū edificare vel aliquem locū ad quirere veteres eccleſie bn̄ pn̄t refici.

Titulus de religio. do. in Cle.

Cum de quibuſdam

Primo ponēs ꝯſtitutōis cām abolʒ ⁊ dānat ſtatū beguttarū et excōicat ſectātes vel de nouo aſſumētes illum ſtatū Secūdo excōicat religioſos dā tes eis cōſiliū auxiliū vel fauorē. Ter tio ꝓteſtatur ꝙ ſtatū penitētie ⁊ hūi litatis ꝑ hoc mulieribꝰ non vult ꝓhi beri Nō gl. q̄ dicit de ꝯſtibulis begi narū ⁊ beggardoꝝ Itē ꝙ begine dif ficulē alios q̄ꝫ religioſos admittunt. Itē in fine dicit pulchra d̄ hūilitate

⁊ aurea verba q̄ ſunt menti tenenda.

¶ Quia contingit

Hec cle. p̄mo ſtatuit hoſpitalia refor mari p collatores ipoꝝ et cogi recto res eorū ad ꝯſeruatōem locorū ⁊ ſuo rū iuriū et ad hoſpitalitatē tenendaꝫ ſtatuēs p locorū ordinarios ſuppleri defectū vel negligentiā collatoꝝ etiā circa exēpta Scdo ꝑcipit hoſpitalia i bn̄ficiū nō ꝯcedi niſi i duob⁹ caſib⁹ ⁊ reprobat ꝯtrariā ꝯſuetudinē ſbmit tēs q̄les eē debeant qb⁹ admiſtratio ipa ꝯmittit̄ et de ipoꝝ iuramēto in uentario ⁊ rōe reddēda ⁊ decretū ap ponit Tertio declarat ꝯſtitutōes nō extēdi ad hoſpitalia religioſorū vel militariū ordinū Quarto ꝯſeruat an tiquas conſuetudines talium locoꝝ circa diuina officia ⁊ ſacramēta. h. d.

## ¶ Titulus de capellis monachorū.

¶ In eccleſijs

In eccleſijs in qb⁹ monachi habitāt pn̄t habēt mōachi ſecularē clericū epo q̄ ipm inſtituet ⁊ deſtituet Nō g. que videt̄ oppōnere et dicit cān. qꝛ mo nachorū non eſt circuire parochiam

¶ Dilectus filius

Si eccā nō cathedralis vēdicat iura i aliq̄ eccā oportet quo ad illa tn̄ re ferri q̄ p ꝑſcriptōem vel alias legitīe ſibi ꝓbabit deberi ⁊ ſic pſcriptio nō extendit̄ ad alia iura Nota g. q̄ dicit ꝙ due actōes ſimul i eodē libello poſ ſunt ꝓponi Itē tāgit an ſnīa poſſꝫ fer ri in yconomū vel in procuratorē ⁊c.

¶ Ex parte

Lrē impetrate ut monach⁹ morēt̄ ſo lus non valent niſi de ꝯſtitutōe ꝯcilij generalis fecerit mentōem Nō glo. q̄ dicit qn̄ q̄s impetrat cōtra ius ſcptuꝫ oportet illud ius in lrīs exp̄mi Item dicit de impetratōne importuna ⁊ ꝙ concilium ſit maius papa.

¶ Ad audientiam

Epi compellere poſſunt abbates ne monachos ſolos in prioratibus mo rari permittant. Nota glo. que dicit ꝙ conciliū Inno. dicit̄ generale ſemp Item glo. ponit hoc caſu drām inter monachos ⁊ canonicos regulares ꝙ regulares hoc pn̄t

## ¶ Titul⁹ de capellis mōacho. li. vi.

¶ Preſbyteri qui

Preſbyteri q̄ p monachos ad curam aiaꝝ habēdā epo preſentant̄ ⁊ p epm inſtituūtur nō pn̄t ab ipis eccleſijs p ipos monachos ſꝫ p epm cā rōnabi li amoueri Nō gl. circa finē q̄ dic̄ ꝙ q̄s ꝓ leui culpa a ſuo bn̄ficō remoue ri non dꝫ et alle. ad hoc iura

## ¶ Titulus de iure patronatus

¶ Prelatum

Propt̄ diſcordiā laicorū ꝓnorum ceſſat eccā a diuinis tollūtur inde reli quie et claudūtur hoſtia ſi aliter ſine ſcādalo eccē ꝓuideri nō pt. h. d. cū. c. ſequēti ⁊c. Nō g. q̄ dicit ꝙ ius pronai tus eſt apud vnūquēqꝫ heredē inſoli dū quo ad oēm ei⁹ effectum Item ꝙ patroni alternatis vicib⁹ pn̄t pn̄tare

¶ Quecunqꝫ

Summatum eſt ſupra. c. proximo

¶ Quoniam

# De iure patronatus i anti.

Si patroni in preſentatione diſcordant is preficiatur qui habet voces plurium patronorum. ſed ſi hoc ſine ſcandalo fieri nō poteſt aut patroni infra tempus non preſentauerint epiſcopus eccleſiam ordinabit Nota g. que tangit certos caſus quibus adq̇ritur ius patronatus.

¶ Preterea

Excommunicātur patroni laici qui in eccleſijs inſtituunt vl' deſtituunt ⁊ bona ipſorum adminiſtrant et clerici qui tales inſtitutiones recipiūt a bñficijs deponuntur. Nota glo. q̄ vult ꝙ recipiens eccleſias a laico non eſt ipſo iure ſuſpenſus.

¶ Quod aūt

Si patronus laicus ſucceſſiue pñtat duos ⁊ ſecundus ꝑ epm̄ approbetur valebit inſtitutio. hoc primo Si patronus laicus donat eccleſiam collegijs vel clericis ſine cōſenſu epiſcopi non valet donatio. hoc ſecundo. Nō text. qui dicit ꝙ pro non dato habet̄ qđ ab illo datur qui nō poteſt de iure donare

¶ Quia clerici

Ius patronatus vendi nō poteſt ꝑſertim ſi emitur vt nepotes vel filij p̄ſententur Nota hic glo. primā q̄ ponit diuerſa nomina iuris patronat⁹. Item diſputat an ius patronat⁹ vendi poteſt ꝛc.

¶ Ex literis

Ius patronatus cuꝫ vniuerſitate ad conductorem tranſit Nota glo. que dicit illud videri conceſſum qđ nō ē nominatim exceptum Itē ꝙ idem iuris ē i toto qđ in pte Itē tāgit gl. an patron⁹ lite pendente poſſit pñtare. et videtur velle ꝙ ſic. tñ ar. contra

¶ Illud pretereundum

Pron⁹ laicus q̇ ꝯcedit ecc̄am clericis vel locis religioſis ſine ꝯſenſu epi̅ poteſt nō obſtante tali ꝯceſſione q̄ non tenet ad illā cū vacabit pñtare vel eā auctoritate epi̅ alteri ecc̄e vl' loco religioſo donare ⁊ eodem mō ſūmat̄. c. cū laici. et. c. ſuggeſtū eſt. ꝫ. eo. ti.

¶ Querimoniam

Inſtituti i eccleſijs q̄ ſūt iuris pronatus ꝑ nouos pronos mutari nō pñt. nec viciſſitudines eccleſiarū ꝑ eos fieri Nota glo. q̄ videtur tangere qualem ptātem habet patronus ſuper ſacerdotes et rebus hmōi eccleſiarū ꝛc

¶ Cum laici

Ut ſ̄ in. c. illud ſm̄ Io. an. Nota tex. notabilē q̇ dicit ꝙ nō licꝫ laicis clericos in eccleſijs p̄ſumptōe propria ordinare Uide glo. huius capituli que videtur notabiliter tangere qñ licet poſt factum penitere ꝛc

¶ Cura paſtoralis

Religioſi vēdicare vel retinere eccleſias non poſſunt ſibi conceſſas a laicis ſine dioc̄. conſenſu niſi legitime p̄ſcripſerint aut poſtea dioc̄. conſenſuꝫ habuerint Nota glo. que tangit hoc caſu de preſcriptione donationis et de ignorantia iuris. et quid de ſucceſſione qui videtur habere bonā fideꝫ Item dicit de illo q̇ mercat̄ cōtra iura Item q̇ in locum alterius ſuccedit

¶ Si vero

Si patroni vacantis ecc̄e infra tempus debitū nō pñtant ep̄s ordinabit ecc̄am Nota glo. que querit q̇d hoc caſu prodeſt pñtatō cum iam p̄ceſſit canonica inſtitutō ſcꝫ ut patron⁹ maneat in quaſi poſſeſſione preſentandi diſcordia iā ſopita ꝛc



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cum ſeculum
Si ius pronat⁹ ecce deueniat ad exē ptos p hoc ius epale minui non dz. Uide gl. q̄ tāgit qb⁹ modis et qualit̄ trāffert ius pronat⁹ ⁊ poſt vſum Jura pronatus trāſire facit nou⁹ heres. Res permutat̄ donatio venditioq̧.

Ex inſinuatione
Sine cōſenſu proni nō dz qs eccam occupare Nō gl. q̄ tāgit de iure pronat⁹. ⁊ dic̄ q̧ ius pronat⁹ ē res indiuiſibilis et ē apō quelibet ius ad eum habentē inſolidū ſic. s. c. i. Itē dic̄ gl. q̄ nō hʒ canonicū ingreſſū dz de ecca expelli.

Conſuluit
Pron⁹ nō p̄t eccam ſibi retinē nec eā alteri neq̧ filio ſuo pferre. qd intelligas auctoritate ppa. Nō gl. q̄ h̄ dic̄ q̧ hoc. c. nō videt̄ phibere pri q̄n poſſet pñtare filiū ſuū ⁊ ſic videt̄ admiſſū

De iure vero
Jus pronat⁹ p ſe vendi nō p̄t ʒ hoc verū intellgere debes niſi vendat̄ cū vniuerſitate. qꝛ illo caſu licite vendi p̄t Rō ē qꝛ ius pa. ē ānexū ſpūali ergo nō p̄t vēdi ꝛc. ſic nec redimi p̄t qꝛ res ſacra non recipit eſtimatōem.

Nullus laicus
Pron⁹ ecces vel decimas ſine pſenſu epi vel pape etiā loco religioſo vl̄ eccleſie pferre nō p̄t Nō g. q̄ videt̄ tangere qd hoc caſu faciendū eēt ſi eps pſentire nō vellet ⁊ an ſubſit cā vl̄ nō

Significaſti
Si eps ī eccā alteri⁹ dioc̄. eſt pronus idone⁹ ab ipo pñtat⁹ dʒ inſtitui No tāt h̄ doc. q̧ pron⁹ qlibʒ p̄t d pſuetudine pñtare clericū vndecūq̧ originē duxerit ſi ſit idoneus

Conſultatōibus
Inſtitutus ad pñtatoꝝ eius q̄ ius patronat⁹ ecce poſſidebat ab ecca rmo ueri nō dʒ lʒ ius pa. ab eo poſtea euicat̄. ſec⁹ ſi non poſſidebat ʒ credebat̄ tm̄ eē pron⁹ Nō hic gl. q̄ dicit q̧ opinio hic pfert̄ veritati et qd legitime factum eſt irritari non dʒ

Suggeſtum eſt
Iſtud. c. ſummat̄ ſicut. c. illud. s. e. ſʒ Jo. an. vel ſic. valet ſecūda pceſſio eccleſie facta alteri ecce p epm pronum nō obſtāte priore facta p ſolū pronum h. di. ſm panor. Nōt g. q̧ illd qd ab initio ē inualidū p ſequētē pſenſuʒ tenet Jtem dicit̄ q̧ q̄n plura ſunt p aliquo q̄ contra obtinere debet

Relatum
Ab officio et beneficio eccaſtico remouet̄ q̄ monit⁹ nō dimittit eccam a laico ſine pſenſu epi ſibi pceſſā. hoc p mo. Scdo dicit q̧ laici ſpoliātes eccleſiam excommunicari debent

Cum te decet
Si eccleſia vacans infra ſex menſes nō fuerit p pronum pulſa extūc eps p̄t eā ordinare atq̧ ſibi de paſtore puidere Nota g. h⁹. c. q̄ arguit de quatuor menſib⁹ licet hic dicat̄ de ſex.

Preterea
Pron⁹ ius pa. ppa auctoritate alienare nō p̄t nec ab ecca aliqd tpale exigere niſi id qd a dioc̄. ſibi tpe fundatōis fuerit reſeruatū Nota gl. q̄ di. q̧ ante pſecratōem ecce p̄t cēſus ſiue tributū ſtatui prono ſed poſt non

Cum aūt aduocatus
Pron⁹ laic⁹ vno pñtato variare poteſt aliū pñtando ʒ pron⁹ cleric⁹ hoc nō p̄t Nota gl. q̄ dicit q̧ q̄n dubium eſt qs potior ſit in iure gratificationi locus eſt. ⁊ quando quis non poteſt

ſibuenire utriq̧ Jtem q̧ clerici [illegible]

guius ius habent in iure pꝛōnat᷒.

¶ Nobis fuit

Ex cōſtructōe ecc̄e facte ex dioc̄.au⸗ctoꝛitate adq̄rit̄ ius pa.hoc p̄mo Pa tron᷒ nō eligit ī ecc̄a collegiata. licet eligat in capella.hoc ſc̄do Pꝛōno ec̄ debet̄ ꝑceſſiōis hōꝛ et ē etiā alēd᷒ab ecc̄a ſi v̄git ad iopiā.hoc tertio. Nō g.q̄ videt̄ dicere de ꝯſenſu pꝛōni ī ele⸗ctōib᷒ et an inuito pꝛōno capella p̄t fieri collegiata

¶ Per vrās

Pꝛōn᷒ ecc̄e vacātis ſeip̄m ad eandeꝫ p̄ſ̄ntare nō p̄t Nota glo.q̄ dicit ꝙ nō ambicioſe ſed laborioſe ad honoreꝫ dꝫ ꝑueniri Item dicit ꝙ inter p̄ntan tem ⁊ p̄ntatum dꝫ eſſe drā

¶ Cum propter

Si q̄ſtio iuris pa.int̄ laicos infra q̄⸗tuoꝛ menſes nō fuerit termīata ep̄us illi᷒ dioc̄.ī qua ecc̄a ē ſituata illi ecc̄e deſrectoꝛe ꝓuidebit Vide g.q̄ di.q̄lit̄ iſta debent concoꝛ.cum ſupꝛa ⁊c̄

¶ Cum dilectus

Legat᷒ de latere ecc̄am cui᷒alia ecc̄a ē pꝛōna ſue collatōī reſuare p̄t. licet nō vacet ⁊ ꝯferre cū vacat.hoc p̄mo. Ex duob᷒ p̄ntatis a pꝛōno laico p̄t ſupioꝛ inſtituere ſecūdū. hoc ſecundo Nota gl.q̄ in hoc.c.diſputat an lega tus poteſt conferre vel ſibi reſeruare ecc̄am vbi laicus eſt pꝛōnus.

¶ Paſtoralis

Si pꝛōn᷒ laicus ſucceſſiue p̄ntat duos et ep̄s ſc̄dm inſtituat valebit inſti tutio ep̄s tn̄ q̄ malicioſe recuſat p̄mū ei tenet̄ ꝓuidere Nota glo.q̄ q̄rit q̄s hoc caſu debet ꝓbare maliciā ep̄i cū pro facto pꝛeſumitur et alle.

¶ Poſtulaſti

Si ad p̄ntatōꝫ rectoꝛis aliq̄s ad titu lū ſue ecc̄e fuerit oꝛdinat᷒ nihilomin᷒ pꝛōn᷒ q̄ nō ꝯſentit ad eā cūꝫ vacabit poterit p̄ntare Nō gl.q̄ diſputat de ꝯſenſu pꝛōni Itē dic̄ ꝙ iudiciū pꝛōni multū ē ſeq̄ndū q̄ ita dilexit ecc̄am vt ſua ei confert quod eſt notandum.

¶ Tranſmiſſe

Pꝛōn᷒ licꝫ cleric᷒ ecc̄āꝫ vacātē ꝯferre nō p̄t ⁊ ſi ꝯtulit p̄t nihilomin᷒ p̄ntare ad illā An āt ꝺ plurib᷒ pꝛōnis poſſꝫ vn᷒ p̄ntari.vi.g.ī.c.ꝯſuluit.ſ.e. Nō.h ⁊ ī.c.paſtoꝛal̄. ꝙ valꝫ qđ factū ē poſt app.legitimā Itē ꝙ q̄s dꝫ puniri ī eo ī q̄ deliq̄t Itē nō p̄ſtat ip̄edimētū ⁊c̄ quod de iure non ſoꝛtitur effectum.

## ¶ Titulus de iure pꝛōnat᷒ li.vi.

¶ Si laicus

Si laic᷒ pꝛōn᷒ ius pa.ecc̄e vel loco aliq̄ religioſo ꝯtulerit valet tal̄ colla tio q̄uis ſine ꝯſenſu ep̄i dioc̄.fc̄tā fue rit p̄dicta tn̄ collatō nō dꝫ ep̄o ī iure ſuo derogare.hoc p̄mo. Sc̄do dicit q̄ꝙ pꝛōn᷒ laic᷒ hꝫ ad p̄ntandū qua⸗drimeſtre tp̄s.ecc̄a tn̄ vel mōſterium cui fc̄ā ē collatō iuris pa.hꝫ tanq̄ pa tron᷒ clericus ſemeſtre tp̄s.h.d.

## ¶ Titulus de iure pꝛōnat᷒ in cle.

¶ Ut conſtitutio

Iſta cle.ī p̄ma p̄te poīt exoꝛdiū in q̄ expediētiā obſ̄uātie antiq̄ iuris pro ꝯſtitutōis cā poīt In ſc̄da poīt ꝯſtitu tōem q̄ tria poīt Primo ꝓuidet cir⸗ca aſſignatōem p̄tis ꝓuentuū ecc̄arū faciendā p̄latis vel vicarijs ipſarum ꝑ pꝛōnos eccleſiaſticos q̄ nō ſolēt ea rū onera ſupportare Sc̄do circa illos pꝛōnos q̄ ſolēt p̄dc̄ā onera ſupporta⸗re Tertō circa executōꝫ ꝯſtitutōis dat p̄tātē dioceſanis et tollit obſtātias ⁊ determinat opiniones ⁊c̄ ſm Io.an.

¶ Plures

Si plures ſūt pꝛōni hēdes ī p̄ntatōe vni᷒ duntaxat hn̄t vocē. Et poſſunt

licite cõcordare q alternatis vicibus pñtent ꝑmittit etiã eis q plures pñt ad vacantẽ eccã pñtare ꝑsonas ido neas eodem modo et vna ex bis per epm valeat eligi et admitti

Titulus de censibus

Sancitum est

Vos ecce et dom' dotis cũ orto cum alijs areis iuxta eccam positis et ad ipam eccam ptinẽtib' non soluũt tri butũ neq; cẽsũ Nõ g.q̃ dic qd sit mã lus Ite q ecca soluit tributũ eccasticũ

Omnis anima

Prestatõ pensiõis ẽ sbiectõis ꝓbatõ Nõ g.q̃ dic q hoc qd in isto.c.dz di ctũ fuit laicis sicut illd xi.q.i.magnũ Et potest extẽdi ad clericos quo ad hoc q debent obedire suis prelatis.

Scientes

Cẽsus d nouo mõsterio iponi nõ dz Nõ gl.q̃ dic q ab initio pt ecce cen sus imponi ꝫ postea nõ nec etiã d p' pt census augeri Et sic h initiũ ẽ spe ctãdũ et arguit g.q qñq; initiũ qñq; finis ⁊ qñq; medium ẽ considerandũ

Licet multum

Cleric' ad collectas ꝑsonales cõpelli non debet Nõ glo.q̃ dic q hoc casu miserabiles ꝑsone sũt de iurisdictõne ecce Itẽ dicit q miserabilib' ꝑsonis poti' ẽ miserẽdũ q̃ aliqd auferendũ Item dicit q morbo corporali labo rãt a ꝑsonalib' munerib' excusantur

Peruenit

Nõ dẽt cẽsus cui' cã ignorat Nõ g. q̃ dic q erroris ꝑmissio nulla ẽ ⁊ sti pulatõ fcã sine cã nlla ẽ Itẽ qrit g.an ne cẽsus vel fuitiũ tale possit adqri

Cum apostolus tpe

Istõ cõsiliũ determiat numerũ equo rũ quos secũ dñt hrẽ ꝑlati visitantes ꝑhib; eis vti venatorib' ⁊ epulsum ptuosis et ꝑcipit ꝑlatis ne subditos tallient ꝑmittit tñ ab eis si cã iusta sb sit moderatũ auxiliũ q̃rere. nõ h gl.q̃ ẽ valde notabilis et dicit q̃lit eps vi sitãs dioc.suã se dz hrẽ Et dicit quali cibo debet vti Item dicit q ex nimia in gurgitatione os olet

Prohibemus

Noui cẽsus nõ dñt ecclesijs imponi nec veteres augmentari. Vide g.q̃ di cit istud fore vex nisi stat' rei mutet. Itẽ dicit gl.q noua vectigalia nisi a ꝑncipe pñt imponi Itẽ dicit ter.hic q maiores debẽt facere minorib' qd vellent sibi fieri si ipi essent subditi

Preterea

Prelatus auctoritate sua non pt suã eccam presertim post mortẽ suã ꝯsti tuere censualẽ Nota g.q̃ dicit q hoc casu etiam successor non teneretur

Ecclesijs quas

Epi nõ pñt nouũ cẽsũ imponẽ eccle sijs q̃s de nouo eripiũt d manib' lai corũ et eripiũt sc; quo ad ius pa. nõ q ꝯsuetudo aliarũ eccarũ seruari dz.

Innouamus

Sine auctoritate ꝑncipis pedagia i poni nõ dñt ⁊ si q̃s hoc fecerit cõione careat xpiana. nõ gl.q̃ dic q oia alia pedagia nõ dabũt nisi ex ꝯsuetudine legitime ꝑscpta cui' ꝯtrariũ nõ ẽ i me moria

Cum clerici

Cleric' q sine auctoritate epi ꝑ collu sionẽ iponit nouũ censũ ecce dz illa ꝑ uari Et istõ.c.addit ad.c.pterea.s.e. fm Jo.an.nõ g.q̃ dic qd ẽ collusio

Ea que de auaricie

In collectis vel alijs nõ debent ecce grauari. Vel sic. Si collectores gra uant eccas isto officio ꝑuabunt Itẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De cenſibus in anti.

q̄ querit q̄ꝺ ſuū nō ē ſuum ꝑꝺere ꝺʒ.
¶ Significauit
Is q̄ recipit iuramētū ꝺe ſoluēꝺo cē
ſum ꝺe nouo īpoſitū ecc̄e illuꝺ coget̄
ꝛmittere Nō g.q̄ viꝺet̄ ꝺicere cui po
tius ī hoc ꝺubio ſit obtemꝑanꝺū an
ſcʒ ep̄o an iuramēto Itē q̄s nō ꝺʒ co
gi aꝺ iuranꝺum ſoluere cenſum
¶ Sopite
Archiep̄s viſitās ꝓuinciā etiā a mo
naſterijs ꝓuincie ꝓcurari ꝺʒ Io.an.
Nō g.q̄ ꝺic̄ q̄s ꝺicat̄ ꝓcurator Itēʒ
vna et eaꝺē res nō ꝺʒ ꝺiuerſo iure cē
ſeri Itē ar.ꝙ tu iꝺē ꝺebeo facere q̄ꝺ
alij facerent ſi tu es eiuſꝺem iuris
¶ Grauis
Prōni etiā ecc̄aſtici nouū cenſū eccle
ſijs īponere nō p̄nt nec veterē augere
⁊ ſi alique promiſſiōes vel iuramēta
ſuꝑ hoc exigerint remittere ꝯpellunt̄
¶ Quanto
Procuratio a principio impoſita ſꝑ
eſt exhibenꝺa.ſʒ ſi grauamē eſſe inci
piat papa p̄t remeꝺiū aꝺhibere. Vel
ſic.augmētatis facultatibꝰ ecc̄e aug
mētat̄ procuratio Nō ꝙ vbū ſimpli
citer poſitū generaliter eſt intelligen
ꝺū.⁊ q̄n certa quantitas non exp̄mit̄
ꝯueniēs ſiue meꝺiocris intelligit̄ Itē
nota hic gl.circa fi. vbi ꝺ̄ colono ꝺr
q̄n fructꝰ augmētāt̄ vel ꝺiminuūtur
ꝺiligentia vel negligentia coloni.
¶ Cum inſtantia
Iſtuꝺ.c.poīt q̄lit̄ ⁊ q̄uo legati ⁊ nun
cij ap̄lice ſeꝺis ꝺ̄nt ꝓcurari. et h̄ ber.
caſū nō poīt ꝑs;hꝰ ē s̄ ꝺe p̄ſcp.l.c.ac
ceꝺētes. et pone h̄ caſuʒ ſ̄m illuꝺ ca.
Nō glo.multū notabilē q̄ int̄ cetera
ꝺic̄ ꝙ pauꝑes grauari nō ꝺebēt hoc
caſu imo pauꝑ nō ꝺabit iuꝺici ſpor
tulas Itē ꝺic̄ ī fi.ꝙ ꝑticularis ſolutō
nō ꝑua imo magna hʒ incomoꝺa ⁊c.
¶ Ex parte
Hic hēs q̄lit̄ ꝓmittētes annua vota
ea ſoluē ꝺebēt. Nō gl.q̄ ꝺic̄ ꝙ iꝺ q̄ꝺ
maior ꝑs facit alij facere ꝯpelluntur
hoc caſu.ſ.in ſolutōe annui voti ⁊ ſic
ī ꝺubijs obſ̄uāꝺa ē ꝯſuetuꝺo vicino
¶ Cum olim rū locorū.
Ecc̄e tenent̄ ep̄o ī cuiꝰ ꝺioc̄.ſūt ꝯſtitu
te r̄nꝺere ꝺe procuratōibꝰ q̄rtaꝝ ꝺeci
maꝝ et alijs iuribꝰ ep̄alibꝰ. Nota gl.
ꝙ ꝑ libros antiquos probant̄ confi
nes ep̄atus.et alle.aꝺ hoc ⁊c
¶ Olim cauſam
Preſcribi nō p̄t ut cenſus ꝺe meliori
moneta ꝺebitꝰ ſoluat̄ ꝺe minori mo
neta Nō g.ī p̄n.q̄ ꝺic̄ ꝙ nō ꝓꝺeſt ꝓte
ſtatō q̄n actꝰ ꝯtrariꝰ ſit ꝓteſtatōi Itē
nōt g.ꝺe ꝯfeſſiōe aꝺuocati et ꝓbatōe
erroris ī ꝯfeſſiōe. Itē nō q̄ precio rei
fruit̄ re frui viꝺet̄ .l. ꝙ q̄ precio.ff.ꝺe
¶ Cum venerabilis vſufru.
Ep̄s generaliter ecc̄am eximenꝺo iu
ra ep̄alia ibi intelligit̄ retinere. Nō
gl.q̄ ꝺic̄ ꝙ q̄buſcūq3 v̄bis generalibꝰ
ep̄s ecc̄am aliquā eximat. tn̄ in eoꝺē
viſitatōem ꝓcuratōeʒ ⁊ catheꝺraticū
¶ Super eo reſeruat
Ecc̄e ꝺe nouo ꝯuerſe procuratōes et
alia ꝺebēt facere vt antique ⁊ vicine
et ꝺe materia hꝰ.c.ꝺic̄ ꝑ Inno.s̄.ꝺe
ꝯſue.cū olíʒ.et.s̄.ꝺ̄ offi.arch.c.fi. Nō
ꝙ attenꝺenꝺa ē conſuetuꝺo vicinie.
¶ Procurationes
Procuratōes etiā aliq̄bꝰ legatis ꝺa
ri nō ꝺebēt niſi cū ꝑſonalit̄ viſitatio
nē exercēt Nō g.q̄ ꝺicit ꝙ triplex eſt
ꝓcuratio.vna q̄ ꝺebet̄ rōe viſitatiōe
Secꝺa que ꝺebet̄ ratione conſuetuꝺi
nis Tertia ex pacto quoꝺ appoſituʒ
fuit in ip̄a funꝺatiōe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

### ¶ Venerabili

Epſ dꝫ ꝓcuratōem ab ecc̃a in ſua ci
uitate poſita Nota g. que dicit ꝙ ꝓ
curatō rōe viſitatōnis debita p̃ſcribi
non poteſt Jteꝫ ꝙ pauperes ecc̃e ad
viſitatōes non tenentur

### ¶ Cum nuper

Archiep̃s dꝫ ꝑ totā ꝓuinciā ſuā pro
curare et ſup̱ hoc punire rebelles. et
iſtō intellige cū ep̃s ſuffragane⁹ ſicut
ē ep̃s traiecteñ ē negligēs qꝛ alias ſe
ītromittere nō dꝫ archiep̃s ⁊ qñ hoc
p̃t vi.c. Paſtoꝛalis de offi.oꝛdi.

### ¶ Cum canonicis

Scdm̃ monetā a p̃ncipio ꝯſtitutā eſt
cenſus annu⁹ pſoluend⁹ ſiue ſit mino
rata pecunia ut ī.c. Olīꝫ ſiue augmē
tata ut hic. Nota q̇ poſt ānos liber
iuſſus eſt poſt bienniū liber erit Jteꝫ
dicit glo. de moneta minoꝛi

### ¶ Auctoꝛitate

Propter oratoꝛia p̃uata ꝓcuratō ra
tione viſitatōis nō debet̃ Nota g. ꝙ
p̃lat⁹ viſitās nō dꝫ intrare grangias
vl̃ priuata oꝛatoꝛia ſed dꝫ ſe trāſferre
ad caput id eſt ad principaleꝫ ecc̃am
ſiue monaſterium

## ¶ Titulus de cenſibus li. vi.

### ¶ Romana

Jn p̃ma pte hui⁹ capituli dicit̃ quo
modo et quādo archiepiſcopus po
teſt ſuam prouinciam viſitare. Jn ſe
cūda parte dicit quid archiepiſcop⁹
in viſitatiōe facere debeat et que cri
mīa punire poteſt Jn tertia dic̃ quo
modo et in quibus rebus ꝓcuratōeꝫ
recip̱e debeat. Nō g. q̇ int̃ cetera dic̃
ꝙ p̄ntia pſone multū opat̃ Jtē qñ ab
archidiacono appellari nō p̃t. Jtem
nōt g. ī q̇bus caſib⁹ ſcriptura req̇rit̃ ⁊
ponit xxviij. caſus quos vide ibideꝫ.

### ¶ Exigit peruerſorum

Quia decretalis s̃ ꝓxīa nō bñ ſerua
bat̃ in q̃ p̃cipit̃ ꝓcuratōes in victua
lib⁹ nō in pecunia recipi et nō recipi
munera nec etiā ꝓcuratōes in victua
libus a locis nō viſitatis illā hic con
firmat adijciens penaꝫ Nota g. q̃ di
cit ſuper verbo exigit ꝙ magna ratō
ſuadet ob̾ maleficia penas ſolui. Jtē
hoc caſu excedentes puniuntur ī du
pluꝫ quod ſi reſtituere recuſant inter
dicitur eis. ecc̃e ingreſſus

### ¶ Felicis recoꝛdationis

Licet archiepiſcopi ⁊ epiſcopi viſitā
tes recipiunt pecuniā ꝓ procuratiōe
non tamen licet viſitanti niſi vnā ꝓ
curatōem recipere vno die ſiue vnuꝫ
locum viſitauerit ſiue plura

### ¶ Quanq̃ pedagiorum

Si vniuerſitas vel ſingularis pſona
ecc̃as vl̃ ecc̃aſticas pſonas cōpulerit
ſoluere pedagia vel exactōnes ꝑ reb⁹
ſuis quas cū negociatōis nō deferūt
pſone ſingulares ſūt excōicate et vni
uerſitas interdicta ꝛc. Nota gl. q̃ tan
git de libertate clericoꝛum bonoꝛuꝫ
Jtem tangit glo. an vniuerſitas po
teſt excommunicari

### ¶ Perpetuo declaramus

Poteſt archiepiſcopus libere viſita
re ꝓuinciam ſuam. licet ſuffraganei
ſui non fuerint negligentes et eandē
iterare viſitationem et procuratiōes
recipere conſuetudine incontrarium
non obſtante Jtem poteſt archiepi
ſcopus dum viſitat confeſſiones ſub
ditoꝛum ſuffraganeoꝛum audire et
abſoluere confitentes et ipſis penitē
tias iniungere ſalutares

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Ti. de cenſibus in cle.**

**Cum ſit nature**
Religioſi tenenẽ ſubire onera q̄ incū
bebāt mõaſterijs ſiue eccĩjs ad ipos
ſpectãtibꝰ añ hoc ꝯciliū niſi ꝓuilegio
vel exẽptiõe vel iuſta cã iuuẽtur. q̄ ꝓ
uilegia vel exemptões nõ iuuãt eos
in eccĩjs poſt iſtud ꝯciliuꝫ adquiren
dis. vide g. que eſt notabilis ꝛc. Nõ
ꝓncipiū tex. vbi eſt ꝯmodū ibi ꝛ onꝰ
eſſe debꝫ

**Ad noſtrum.**
Iſta cle. ponit q̄dã gravamina q̄ ꝓ
lati inferebant exẽptis ꝛ ꝑcipue cy-
ſtercieñ. ꝛ illa fieri ꝓhibꝫ ſtatuẽs ꝙ
epĩ q̄ in monaſterijs cyſtercieñ. ordi
nis charitatiue ꝓcurãtur ſint cõtẽti
cibarijs q̄ ꝑ illos miniſtrãtur. Si ve
ro ꝓcurãtur ex debito ipĩs volenti-
bus carnes miniſtrari debẽt extra
ſepta monaſterij vel ſalteꝫ extra por
tam q̄ dicitur regularis. ipꝛꝝ etiaꝫ
elemoſynarij fragmenta menſarum
pñt pauperibꝰ erogare

**Preſenti cõſtitutione**
Dioceſani quibꝰ conſtat illos q̄ exi
gendo a clericis pedagia vel guida
gia excõicati ſũt vel interdicti publi
care debẽt. Et venit iſta cle. executi-
ue ad decre. q̄ꝙ d̃ cenſi. li. vi. nõt g.
caſꝰ in q̄bꝰ nõ ſoluũtur vectigalia

**Ti. de ꝯſecratõe ecc. vel al.**

**Ad hoc**
Remoto altari vel lapide ꝯtinente
ſigillū ꝯſecrari dꝫ altare ſꝫ nõ eccĩa.
et eſt eccĩa domus deo dedicata ad
ſacramẽta ꝛ diuina officia celebran
da. item alia eſt conſecratio eccĩe et
alia altaris ꝛc.

**Tua fraternitas.**
Quolibꝫ die pt̃ fieri conſecratio ec
cleſie vel altaris Nõ ꝙ virgines etiã
ꝓpter nc̃itatẽ diebꝰ ꝓuatis velum ſa
crū accipe pñt Ordines vero nõ ꝯfe
rũtur niſi certis tꝑibꝰ. et criſma cer-
to tempore conficitur.

**Quod in dubijs.**
Si menſa altaris enormiter fracta
fuerit debꝫ altare iterum conſecrari
Item in hmõi ſacramento oleū non
ſacrum poteſt immiſceri oleo ſacro ꝑs
huius eſt de renũc. de ſen. excõi. et de
pe. ꝛ re. ꝙ indubijs. Nota gl. que po
nit argu. ꝙ in reficiendo ſacrum nõ
ſacrum filum põt apponi.

**Propoſuiſti**
Recõciliatur eccĩa que per homici
dia vel vulnera hominū eſt polluta
Nota g. que in hoc eſt notabilis et
ſingularis ꝙ ponit caſus in quibꝰ ec
cleſia vel altare debeat cõſecrari vel
reconciliari. et primo caſu ſi eſt du-
bium. ſecũdo ſi eccĩa eſt totaliter ad
uſta ꝛc

**Cum ſis**
Plura in vna eccleſia altaria ꝛ plu
res epõs ſimul poteris ꝯſecrare. nõ
g. que ponit hic argu. contra Gaſia
nū qui dixit ꝙ conſecrato maiori al
tari omnia alia erunt conſecrata.

**Ligneis edificijs.**
Corruente tecto ꝛ parietibus illeſis
licꝫ tabula altaris modicū ſit fracta
non dꝫ reconciliari eccleſia vel alta
re. Nota g. que dicit ꝙ conſecratio
eccĩe fit in parietibus.

**Conſuluiſti.**
Propter excõicatorū corpora in cy
miterio ſepulta cymiteriū ꝑ epm̃ eſt
reconciliandū. Nota ꝙ corpora ex-
cõicatorum ſi diſcerni poſſunt ſunt
de cymiterio ꝓijcienda ꝛ eadeꝫ gau

dent īmunitate cymiteriū ⁊ eccīa

¶ Cum ſicut.

Qui facit eccīam ꝯſecrari.eā etiā do tare tenetur.nota gl. q̄ dicit ꝙ eccīa etiā fūdāda nō eſt niſi etiam pus fue rit dotata. Itē gl.q̄rit q̄nta erit dos eccīe ⁊ ſoluit. Itē querit gl.qd ſi epſ ꝯſecrat eccīam ſine dote

¶ Aqua per

Eccīa polluta p ſacerdotē ſimplicē reconciliari non pt etiā ex aqua per epm benedicta ſed per epm bn̄ pōt. nota g.in pncipio que dicit ꝙ con-ſuetudo que eſt contra iuris naturā non prodeſt ⁊ contra illud ius preſcribi non poteſt. Item ꝙ epūs illa que ſunt iuriſdictiōis poteſt cō-mittere

¶ Si eccleſia non

Si eccīa non conſecrata fuerit ſemi nis aut ſanguinis effuſione polluta lauari dꝫ aqua bn̄dicta ne interim impediantur diuina ⁊ q̄nto citius fi eri pt eſt conſecranda

## ¶ Ti.de ꝯſecra.ec.vel al.li.vi.

¶ Si eccleſiam

Iſtud.c.docet qn̄ eccīa ⁊ cymiteriū ſimul polluitur ⁊ qn̄ alterū eorū tm̄ Et vide tex.⁊ g.

## ¶ Ti.de celebratiōe miſſarum

¶ Preſbyter mane.

Hic habetur quō pſbri ⁊ alij clerici debēt horas canōicas ſiue diuinas dicere qbꝫ tpibꝫ ⁊ qn̄. Nō g.que dic ꝯſiliū eē ꝙ cleric⁹ omnes horas ſint dicat ne ſupueniētibꝫ occupatiōibꝫ aliquā horā omittat

¶ Quidam laicorū

Propter miſſas peculiares non eſt omittēdū diuinū officiū diei appro-batū. Nō g.que dicit ꝙ non eſt ma-lū audire miſſas peculiares ſꝫ omit tere miſſas diei canonice inſtitutas ꝛc. Glo.explicāt q̄ dicūt hmōi miſſe

¶ Conſuluiſti.

Sufficit ſacerdoti in die vnā miſſaꝫ celebrare niſi in die natiuitatis ⁊ cā nēcitatis hec ſuadeat. Nō g. ꝙ in die natiuitatis plures miſſe celebrātur ⁊ dicit q̄ ſit cā nēcitatis ꝛc.ſicut cōiter ſit in dioceſi leodieū.vbi ſacerdotes plures miſſas celebrant in die.

¶ Conſiliū noſtrum

In miſſa ꝯmemoratiōis licet dicāt ꝓpria pfatio hymn⁹ angelic⁹vel ſym bolum non dicitur.et te deuꝫ lauda mus regulariter in puatis ꝓfeſtis ſi ue ferijs omittitur

¶ Ex parte

Sacerdos poſt ſūptionē ſacramen ti dꝫ calicē vino ꝓfundere ⁊ illud vi nū niſi velit eodē die aliam miſſā ce lebrare aſſumere.et ſi intendit aliam miſſā celebrare a ſūptiōe dꝫ abſtinē Nō g.ꝙ triplex eſt miſſa ſcꝫ pro de functis.peculiaris .⁊ ſolēnis

¶ Cum marthe

Per hec verba dicta de pſbro ligiti me ordinato conſecratur corp⁹ xpi. Hoc eſt corpus meū.et p iſta verba hic eſt calix ſāguinis mei noui⁊ eter ni teſtamenti ꝛc conſecratur ſanguis xpi.omnia alia verba ſunt de bene eſſe ſacramenti. Iteꝫ vinum cum aq̄ id eſt vinum aquaticum quā aquaꝫ vinum ſibi incorporat tranſit in ſan guinem ita ꝙ ibi ſolum remanet ſa-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

por pondus ⁊ color. Itẽ orationes
que fiũt ꝓ valde bonis ſũt gratiarũ
actiones q̃ fiunt ꝓ valde malis ſunt
viuorũ ꝯſolatões. ꝓ mediocriter bo
nis purgationes. ꝓ mediocriter ma
lis recõciliatiões. Et nõ gl. de trib⁹
opinionib⁹ corporis xp̄i

¶ De homine

Caſus eſt. Plus peccat q̃ celebrare ſi
mulat q̃ q̃ in mortali pcc̄o celebrat
Nõ tex. q̃ dicit ꝙ falſa ſunt abijcien
da remedia q̃ veris periculis ſũt gra
uiora. Itẽ nota ꝙ popul⁹ vana ſimu
latione non eſt fallend⁹. Item g. vi
detur tangere an⁹ grauius ſit occul
te q̃ manifeſte peccare

¶ In quadam

In iſto. c. damnatur eorũ opinio q̃
dicũt de latere xp̄i nõ fluxiſſe veram
aquam. ſed fleuma ⁊ corp⁹ xp̄i fuiſſe
corpus fantaſticum. Nota text. qui
dicit humanum corp⁹ componi ex
quattuor elementis ſcꝫ ex aqua. aere
igne ⁊ terra.

¶ Dolentes

Clerici diuinum officiũ debẽt dicẽ
ſolẽniter et deuote. Nota hic g. que
inter cetera dicit inobedientiaꝫ gra
uiſſimum fore pcc̄m ⁊ agitur mitius
cũ eo qui canonis inobedientiaꝫ in-
currit q̃ iudicis

¶ Sane cum.

Sacerdos debꝫ inſtruere pplm̄ q̃lit
in ecc̄ia ⁊ extra debent honorare eu
cariſtie ſacramẽtũ id eſt corp⁹ dñicũ
Itẽ dicit tex. etiã q̃liter ſacerdos dꝫ
incedere ⁊ corpus xp̄i portare ante
pectus ſuũ reuerenter ⁊ cum mundo
velamine.

¶ Cum creatura.

In conuentualibus ecc̄ijs ſunt cele
brande miſſe ꝓ ferijs vel feſto vel ꝓ
anniuerſarijs defunctorum Nota g.
que dicit ꝙ ille terminus anniuerſa
rium capitur duobus modis. iteꝫ di
cit quibus modis anime defunctoꝝ
ſoluũtur a penis ⁊ vide eam quia al
legatur

¶ Te referente

In die cene domini ep̄s in ecc̄ia ſua
miſſam debet celebrare ⁊ criſma cõ-
ficere. Nota glo. ꝙ miſſa eſt de ſub-
ſtantia confectionis criſmatis ⁊ col
lationis ordinis.

¶ Pernicioſus

In ſacramẽto altaris plus eſt de vi-
no q̃ de aq̃ imponendũ. Nõ g. que
dicit ꝙ ꝯſuetudo ẽ attẽdẽda ĩ ſacra
mento ſicut in baptiſmo. ⁊ ſic in con
ſecrandis miſſis ꝯſuetudo metropo
lis ecc̄ie eſt obſeruanda. item aqua
facit malum ſtomachum.

¶ Litteras tuas

Clericus non dꝫ celebrare cuꝫ pane
fermento ⁊ cuꝫ calice ligneo nec ſine
aqua ⁊ igne exiſtente in altari qui
contrafecerit perpetuo ab officio ⁊
beneficio ꝑuetur Nõt g. ꝙ in hoc ca
ſu qui ex inſipientia peccat non eſt
parcendum quia querere potuit. itẽ
dicit de materia calicis.

## ¶ Ti. de celebratione miſſa. ĩ cle.

¶ Graui nimirum

Prelati ad quos ſpectat correctio ⁊
illis negligentibus ſuperiores ipo-
rum debent eſſe ſoliciti vt horis de-
bitis in cathedralibus regularibus
⁊ collegiatis ecc̄ijs hore canõice de-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uote celebrentur atq; ꝙ in alijs con uenienter ⁊ debite celebretur diurnū ⁊ nocturnū officiū. Nō g. ſup verbo fructū labioꝝ qḋ ſatis eſt quo ad debitū in choro ꝙ q̄s orat labijs tm̄ ⁊ non corde ſed quo ad deum ſecus ſup quo vide hic Joh. and. ⁊ Inno quē alle. ⁊ remittit

¶ Dignū prorſus.

Dignū arbitratur papa ꝙ tā religioſi q̄ ſeculares clerici cardinalium eccl̄ie romane et alioꝝ q̄rūcūq; epoꝝ ſeruitores poſſēt ſe ꝯformare illis in horis canonicis ⁊ diuinis officijs. Nota g. ꝙ monach⁹ p̄lat⁹ dȝ regere eccl̄iam cui p̄eſt ſm̄ officiū clericale non monachale

## ¶ Ti. de baptiſmo et ei⁹ effectu.

¶ Si quis

Puerū ter in aquā mergens ⁊ nō dicens. Ego baptiſo te in noīe pa. et fi. ⁊ ſſ. puerū non baptiſat. Nō g. in prin. que tangit de ꝯſuetudine ⁊ de hoc ꝓnomine ego an requiratur

¶ De quibus

De quib⁹ dubiū eſt an ſint baptiſati iterum ſunt baptiſandi ꝑ iſta verba Petre ſi tu es baptiſat⁹ ego te non baptiſo. ſed ſi nō es baptiſat⁹ ego te baptiſo in noīe pa. ⁊ fi. ⁊ ſſ.

¶ Maiores.

Iſta decretalis eſt longa ⁊ nōbilis ī materia baptiſmi ⁊ monet plura circa baptiſmū dubia. Et ṗmo an pueri qui charitatem neq; velle ⁊ nolle habent pn̄t baptiſari. Itē querit de adultis dormientibus dementibus vel inuitis ⁊ renitentibus an pn̄t baptiſari. Itē dicit de pcc̄o; originali ⁊ actuali. et dicit g. vnū notabile verbū inter cetera ſcȝ ꝙ quis p̄ſumitur eiuſdē voluntatis niſi probetur mutatio. Itē tangit g. de voluntate coacta an ſit voluntas

¶ Debitum.

Nullus p̄t ſeip̄m baptiſare. nō tex. qui dicit ꝙ inter baptiſatū ⁊ baptiſantem dȝ eſſe diſtinctio ꝑſonarum. ſic inter preſentantem ⁊ p̄ntatū. iter dantem et recipientē. Et ſic nemo debȝ oriri a ſeip̄o p̄t tn̄ apud ſeip̄m emancipari.

¶ Non vt.

Verbum ⁊ elementum reqrūtur in baptiſmo ſine quibus vel eorū altero baptiſma conferri non p̄t. Vel ſic Cum ſaliua nemo baptiſari p̄t. nōt g. ꝙ duo nc̄aria ſunt in baptiſmo.

¶ Licȝ grecos

Iſta decre. damnat ritus q̄ſdam malos ipſorum grecorum lauantiū altaria ſua poſtq̄ xp̄iani ſiue latini in ip̄is celebrarunt. et qui baptiſatos a latinis iterū baptiſarunt.

## ¶ Titu. de baptiſmo in cle.

¶ Preſenti

In fontibus eccl̄iarū non in ꝑuatis domib⁹ dȝ baptiſma concedi. duos caſus excipit ſcȝ qn̄ baptiſandus eſt filius ṗncipis. et quando ex neceſſitate imminente baptiſandus ad eccleſiam ſine periculo deferri non p̄t Nota gl. que in hoc eſt ſpecialis. ꝙ dicit quis dicat̄ hoc caſu ṗnceps et lōge proſequitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Ti. de pſbytero nō baptiſato**

**Si quis**

Preſbr non baptiſatus ordinat⁹ dꝫ baptiſari ⁊ iterū ordinari. Nō gl. q̄ dicit ꝙ baptiſm⁹ eſt ianua omnium ſacramentorū et iſto caſu pſbr ſoluꝫ de facto fuit ordinat⁹

**Apoſtolicā ſedem**

Preſbyter qui mortu⁹ eſt credens ſe baptiſatū licꝫ ipm non fore baptiſatum poſtea compertū fuerit quia in fide xpi mortu⁹ eſt licite ab ecc̄ia ſuſcipitur ⁊ orat pro eo. nō g. q̄ dicit ꝙ triplex eſt baptiſm⁹. ſcꝫ fluminis flaminis ⁊ ſanguinis. item tangit g. an iſte ſacerdos etiā confecit ſiue conſecrauit in veritate

**Veniens ad ſe**

Preſbr non baptiſatus dꝫ baptiſari ⁊ iterū ordinari. nota q̄ iterat ſacramentum iniuriā facit ſacramēto. itē nō tex. q̄ dicit ꝙ non baptiſat⁹ pt accipe ſacramentū eucariſtie ⁊ ꝯtrahē matrimoniū. Iteꝫ qui ꝯuerſatus eſt iter baptiſatos pſumitur baptiſat⁹

**Titu. de cuſtodia eucariſtie**

**Statuimus**

Eucariſtia ⁊ omnia alia ſacra ſūt cū magna diligētia ꝯſeruāda ſub pena ſuſpenſionis ab officio ad tres mēſes. Nō g. que dicit ꝙ ſacramētum non dꝫ ad infirmos ꝑ laicū portari. Iteꝫ ꝓpter culpā tenetur q̄s ad ea q̄ veniūt ex tali culpa. ꝙ qui dāni dat occaſionē dānū dediſſe videtur. Alibi quicq̄d eſt cā cauſe etiaꝫ eſt cauſa cauſati.

**Relinqui.**

Precipitur hic vt oratoria vaſa et corporalia ac etiā alia veſtimēta eccleſiaſtica mūda ⁊ nitida ꝯſeruētur. Nō g. que arguit ex hoc. c. ꝙ clerici debent mūdas habere veſtes ⁊ qualiter debent incedere. non tñ debent habere veſtes ꝓhibitas. iuxta. c. clerici. de vi. ⁊ hon. cle. Itē incōpoſitio corporis q̄litateꝫ indicat mentis. iuxta illud. diſtortū vultum ⁊c. contra hoc iterū dcm̄ Senice. Magnificentia et animi excellentia ſub quacūqꝫ pelle latere pt. itē clerici non debent vti veſtib⁹ ad iactātiā ⁊c. ꝓ q̄ g. alle. c. omnis iactantia. xxi. q. iiij.

**Ti. de reliquijs et veneratiōe ſanctorum**

**Audiuimus**

Mortui in ebrietate non debēt tanq̄ ſancti venerari. cū dicat Aplꝰs. ebrioſi regnū dei non poſſidebunt. Nō g. que tangit qñ ebrietas eſt mortale pcc̄m ⁊ qñ veniale. itē dicit de miraculo qñ aliq̄d dꝫ dici miraculū ⁊ qñ nō ⁊ alſ.

**Cum ex eo**

Reliq̄e extra capſā trahi nō debent nec etiā debent vendi. Et debēt plati ecc̄iarū reſpicere ne contingat populū rōe q̄ſt⁹ circa reliq̄as (q̄d plerūqꝫ fieri ꝯſueuit) decipi.

**Ti. de reli. ⁊ vene. ſanct. lib. vi.**

**Glorioſus deus**

Feſta. xij. aploꝝ q̄ttuor euāgeliſtarū ⁊ q̄ttuor doctorū ⁊ ꝯfeſſorū ecc̄ie ſancti Gregorij Auguſtini Ambroſij. ⁊ Hieronymi ſub officio duplici debent ſolenniter celebrari Nō glo. que dicit que requirūtur ad hoc ꝙ aliquid dicatur miraculū. Primo ꝙ ex deo et non ex arte contingat. Secundo ꝙ ſit contra naturaꝫ. Tertio

ꝙ non ſit ex vi verborꝫ. Quarto ꝙ
ſit ad corroboratione͂ fidei ⁊c.

¶ Ti. de reli. et vene. ſan. in cle.

¶ Si dominum.
Feſtuꝫ corporis xp̄i celebrari dꝫ q̄n
ta feria poſt octauas penthecoſtes
⁊ certe indulge͂tie ɔcedu͂tur his q̄ in
feſto ⁊ infra octauas officio diuino
vel horis interſu͂t. Nō g. q̄ tangit mi
rabilia q̄ ɔprehendu͂tur in ſacrame͂
to. Ite͂ tangit g. an meli⁹ ſit aliq̄d
facere in voto ꝙ̄ ſine voto. Ite͂ nō g.
ꝙ qn̄ exp̄mitur feria intelligitur ꝓ pri
ma. ite͂ gl. notat multa bona de oro͂e
⁊ de ei⁹ efficacia ⁊ an or̄o debeat eſſe
vocalis. ite͂ tangit vbi ſit orandu͂ ⁊c.
nec tn̄ omittas tex. q̄ deuotiſſimus e͂

¶ Ti. de obſeruatio͂e ieiunioꝝ.

¶ Ex parte.
Si feſtu͂ ieiunabile eueniat die lune
ieiuniu͂ dꝫ fieri die ſabbati p̄cedenti
et in ꝓfeſto beati mathei dꝫ ieiuna
ri. Nō g. que diſputat de ſeruitute ⁊
dicit ꝙ locus ſacer intermedi⁹ impe
dit ſeruitutem

¶ Conſilium veſtrum.
Omnia feſta apl'oꝝ hn̄t ieiuniu͂ niſi
ſit ɔtraria ɔſuetudo. ite͂ tp̄e neceſſita
tis ⁊ infirmitatis licꝫ eſurientib⁹ et
infirmis comedere carnes ſine pcc̄o
ꝓpter periculum mortis euitandum
Nota glo. que tangit de ɔſuetudine
ꝙ illa obſeruanda eſt. quia tra͂ſgreſ
ſor legis dicitur qui ⁊c

¶ Explicari
In die natiuitatis dn̄i pn̄t licite car
nes comedi etia͂ſi in ſexta feria vene
rit niſi q̄s ad nō ɔmedendu͂ꝫ carnes
fuerit voto vel regulari obſerue͂tia
aſtrict⁹. etſi tn̄ carnes comede͂ i p̄mo
caſu abſtinuerit ꝓpter hoc tn̄ nō erit
culpand⁹. Nōt g. ꝙ conſuetudo vni
uerſalis ecc̄ie facit ius.

¶ Ti. de purificatio͂e p⁹ partum

¶ Volens
Statim poſt partu͂ p̄t mulier intra
re ecc̄iam vel etia͂ abſtinere. Nō g. q̄
ponit quare mulieres intrare ecc̄aꝫ
ꝓhiberi nō debent. ne pena eis ver
tatur in culpaꝫ. ⁊ alle. ca. ad ei⁹ vero.
di. v. ⁊. vij. q. j. cum percuſſio.

¶ Ti. de ecc̄ijs edifican. vl' repa.

¶ Quicu͂ꝗ.
Hn̄s ecc̄iaſticu͂ bn̄ficium dꝫ ad hoc
adiuuare vt reſtaure͂tur ecc̄e i tecto
⁊ vt emendentur. Nō g. ꝙ ille nō eſt
ferend⁹ qui lucru͂ appetit ⁊ on⁹ ſubi
re recuſat ɔtra eq̄tate͂ naturalem.

¶ Cum dicat
Leproſi debent ſibi ɔſtituere ecc̄iaꝫ
⁊ cimiteriu͂ in alia parochia ⁊ habe͂
ꝓprium p̄ſbrm inuito pſbro parochi
ali ⁊ de ortis ⁊ nutrimentis anima
lium ſuorum non debent ſoluere
decimas. Nō g. que di. ⁊ ponit nulli
us inopia͂ cuꝫ iactura alteri⁹ debere
releuari. Iteꝫ ſic interpretanda ſunt
p̄ncipis beneficia vt non incipiant
eſſe iniqua

¶ Ad audientiam
Propter difficultatem adeu͂di eccle
ſiam ⁊ ipſius iacturam eſt alia edifi
canda. Nota gl. que tangit cauſam
quare poſſet in parochia alicuius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alia cōſtrui ecc̄a Itē notat q̄s hoc caſu erit pꝛōn⁹ p̄dicte ecc̄e de nouo cōſtructe Itē tāgit an decime vni⁹ ecc̄e poſſunt alteri aſſignari

De his qui

Hn̄tes parochiales eccleſias debēt ꝯpelli ad cōferendū ad illas ut repareñt. et ad hoc p eoꝝ exemplū alij inducantur Nota glo. q̄ dicit q̄ alium inuitat ad aliq̇d faciendū in ſe dꝫ hr̄e q̄d p̄dicat. cū oīs xp̄i actio nr̄a dꝫ eē inſtructio et ip̄e verbo et facto omia adimpleuit

Ad audientiam

In ecc̄a ſeculari p̄t ep̄s cū cā cōſtituere canonicos regulares. dū tn̄ canonicis regularib⁹ moꝛātib⁹ ibi vel alibi d̄ neceſſarijs ꝓuideat ab ep̄o. Nō glo. que dicit ꝙ que nondū ē nō dat̄ ꝓuilegiuꝫ nec eſt ante querenda ratō q̄ꝫ perſona. Item futuro edificio nō poteſt ſeruitus inponi

Tua nos

Ep̄s poteſt ꝓuidere populo indigēti oꝛatoꝛio vel baſilice nec deierabit q̄uis iurauerit res ecc̄e non alienare Nota glo. qualiter rex iurat in coronatione ſua et alle. ꝛc.

Titulus de immunitate eccleſie et cymiterij

Ut in domibus

Uirtute ꝯſuetudis iudices vel officiales ſeculares ī eccl̄ijs vel ī eoꝝ domib⁹ hoſpitiū vel placitū tenere nō pn̄t ſꝫ ī locis publicis agāt̄ Nō ſecularia negocia in eccleſia nō debēt tractari

Peruenit

Hoīes ecc̄e romane vl̄ alteri⁹ cuſtodia ciuitatis nō ſūt immunes Nō g. q̄ dic̄ ꝙ expedit reipublice plures habere defenſoꝛes Itē ꝓ defenſiōe pr̄ie pr̄ p̄t filiū occidere. et g. alle. quemadmodū ꝓ redēptione pr̄is fili⁹ p̄t diſtrahi et vēdi ī caſu quo fili⁹ noluerit pr̄ēm redimere iuxta. l. fi. C. de parē. q̄ fi. diſtrax.

Judicatum eſt

Si ruſtici ecc̄e aſtricti glebe rura ei⁹ dimiſerūt ad ea redire cogūtur Et dicit g. iſtō intelligēdū de eis q̄ ſūt adō aſtricti ꝙ recedere nō pn̄t. et alle. C. de agri. et cenſi. li. xi. l. cum ſatis

Non minus

Laici q̄ cōtra voluntatē clericoꝝ occupāt bona eccleſiarū poſt trinā ammonitōꝫ ſūt excōicati ip̄o iure Inno. Nō g. q̄ alle. apoſtolū dicentē miam merui q2 ignoꝛās feci. Itē dicit gl. q̄ ſunt angarie ⁊ que perangarie Item notat glo. q̄n̄ clerici debēt contribuere ꝛc. et qui vltra petunt ſunt cum ſuc ceſſionibus excommunicati ꝛc.

Cum eccleſia

Seculares cauſe maxie cauſe ſanguinis nō ſūt in ecc̄a ventilāde. Nō gl. q̄ tāgit ꝙ aliq̄ fiūt vl̄ obmittūtur ob reuerentiā loci ⁊ q̄nq̄ꝫ ob reuerentiā diei. et alle. Itē dicit ꝙ ad tractandū de pace cui interdict⁹ ē ingreſſus eccleſie poteſt eā intrare ⁊ tangit de eo q̄ vouit non comedere carnes

Inter alia

Ponit duos caſus in quib⁹ liber homo fugiens ad eccleſiam d̄ ea abſtrahitur Seruus autē ab ea extrahitur indiſtincte ex quo cautio pꝛeſtatur d̄ ipſius impunitate. Nota glo. que tāgit alios caſus in quibus non datur immunitas fugiētibus ad eccleſiam.

Aduerſus

Iſta decre. ponit caſū ī quo ep̄s vna

cuz clericis debēt ɔtribuere poteſtati
ſeculari ſcz qñ neceſſitas euidens imi
net vel publica vtilitas ⁊ ex tunc po
teſtas dz hoc recipe cum omniū gra-
tiarum actione ꝛc.

¶ Quia pleriqꝫ

Pretextu ſeruitij legato impenſi nul-
lus preſumat ſubditum ſuum graua-
re et ſi fecerit reſtituet. vel ſic extortuz
paupibus eroget ꝛc.

¶ Eccleſia in qua

Qui confugit ad eccam nondum cō
ſecratam defenditur ab illa dummo-
do diuina officia fuerint in ipa cele-
brata Nota glo. que dicit ꝙ quicqd
dño ɔſecrat̄ ſanctū ſcoꝝ erit domino

¶ Immunitatem

Qui committit delictū vel violentiā
in ecca nō dz defendi ab ea. Nota te
xtū q̄ dicit fruſtra auxilium legis in-
uocat q̄ committit in legē Itez dicit
glo. ꝙ nemo ſub ſpe venie peccare de
bet. Itē g. opponit et dicit ꝙ ſtulti ī
culpa fiunt ſapientes in pena.

## ¶ Titulus de immunitate eccle-ſiarum li. vi.

¶ Quia nonnulli

Seculares ptātes ab eccleſijs vel ec-
cleſiaſticis pſonis tallias vel exactio-
nes ꝓ reb' vel poſſeſſiōib' adquiſitis
vel adqrendis exigere non pſumant.
nec eos cōpellere ad ipas diſtrahen-
dum vel extra manū ſuā ponendum.
Nota g. q̄ tangit ꝙ iudei tenētur ad
decimas prediales.

¶ Decet domum

Iſta decre. docet qualiter hoīes ī ec
cleſijs debent ſe habere ⁊ a quib' de-
bent ſe abſtinere Item dicit ꝙ ordia
rij hoc per ſe et ꝑ alios faciant obſer
uari Et comminat̄ penā in facientes
contrariū. Notat g. an valet contra
ctus habitus in ecca ꝛc

¶ Clericis

Iſta decretalis punit exceſſus laico-
rum q̄ clericis collectas tallias ⁊ one
ra imponebant ⁊ exceſſus prelatorū
q̄ talibus cōſentiebant. Itē precipit
pſonis eccleſiaſticis ꝙ nihil de rebus
eccleſiaſticis laicis ſoluant ſine licen-
tia ſedis apoſtolice etiam ſub quocū
qꝫ colore ſiue mutui ſubuentōnis do
ni vel alio modo vt etiaz ipſi laici ta
lia non exigant vel recipiāt nec occu
pent quocunqꝫ modo depoſita eccle
ſiarum vel perſonaruz eccleſiaſticarū
ſingulares contrafaciētes excommu
nicat et vniuerſitatem interdicit ꝛc

¶ Quoniam

Excommunicati ſunt qui impediūt
ſuper cauſis que ad forum eccleſiaſti-
cū de iure vel ɔſuetudine pertinent li
teras a ſe. ap. impetrari vel ſuper ip-
ſis coram ordinario vel delegatis ec
cleſiaſticis litigari

¶ Eos qui

Laici qui interdicūt ſuis ſubditis ne
clericis vendāt nec ab ipis emāt aut
etiam clericis molant vel panem co-
quant cū tales obuiāt libertati eccle-
ſiaſtice eoipſo ſunt excommunicati.
Nota glo. que tangit qualiter fraus
ſit de perſona ad pſonam.

## ¶ Titulus de immunitate eccle-ſiarum in cle.

¶ Quoniam

Iſta cle. reuocat ⁊ ꝓ infectis haberi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vult decretalez.c.ti. Clericis li.vi.cuz ſuis declaratõib⁹ ⁊ p̄mittit revoca tõis cām Secūdo revocat Tertio ſer vari p̄cipit ius antiquū.⁊ fuit iſta de p̄mis ↄſtitutõib⁹ clemētis editis a p̄n cipio p̄motõis ſue et incipiebat Pa ſtoralis ⁊ rex frācie fuit cā paſſiva h⁹ conſtitutionis ⁊c.⁊ activa cauſa revo cationis.

## Titulus ne cle. vel monachi.

**Multa ſunt**

Hec decretalis enumerat plura a q̄ bus clerici d̄nt ſe abſtinere ſcȝ mune ra iniuſta recip̄e vel dare vel rixas nare ⁊c.de q̄b⁹ p̄tȝ in tex. Nō tex.q̄ dicit ꝙ q̄cq̄ homo plus iuſto appe tit turpe lucrum ē Itē dicit tex.ꝙ ne mo militans deo implicet ſe ſeculari bus negocijs

**Sacerdotibus**

Sacerdotes ſive clerici laicis in ſecu larib⁹ p̄curare nō debent ſive miſtra re.qđ ſi fecerint et moniti nō reſipue rint ab eccā nō debēt defendi.qȝ ab eccā nō dȝ ſubveniri p̄ quos ↄſtat ec cleſie ſcādalū generari.qđ maxime cō tra clericos furantes

**Non magno**

Regularis qui clauſtrum exit ad le gendas leges vel phiſicam penas ſu ſtinet in hac decretali contentas ſcili cet excommunicatiōem. et ꝙ erit vlti mus in proceſſione et in choro inter fratres Nota gl.que dicit de cōpen ſatione boni ad malum ⁊ ꝙ non ſit faciendum malum

**Sed nec**

Nemo clericorum dȝ eē balliu⁹ prin cipis ſecularis et ſi fecerit removetur ab officio ⁊ eo caſu fortius eſt p̄unie dus regularis Nō balliu⁹ dicit̄ ille q̄ exercet iuriſdictōem alicuius iudicis temporalis. Nota glo. q̄ notat ꝙ di gnitas aggravat peccatū

**Clericis**

Ab officio et beneficio removet̄ qui officiuȝ ſanguinis exercere preſumit. Nota glo.que dicit ꝙ prelatus hn̄s iuriſdictionem tempalem debet eam alteri generaliter cōmittere nec per ſe ip̄m exercere. Item dicit ꝙ multa li cent in genere que non licēt in ſpecie

**Secdm̄ inſtituta**

Iſta decre.prohibȝ ne monachi vel clerici cauſa lucri negocientur. et ne monachi a clericis vel laicis ſuo no mine firmas habeant neqȝ laici eccle ſias ad firmam habeant

**Relatum eſt**

Monachi qui non ſervant ordinem per epiſcopum a monaſterio expelli poſſunt. Nota tex.qui dicit ꝙ boni comedere debent labores impiorum Nota glo.ꝙ a correctōne non appel latur.et alle.

**Sicut accepimus te**

Clerici in ſacris cōſtituti tabelliona tus officiuȝ exercere ſub pena ſubtra ctionis beneficiorū non poſſunt No tat glo.an iſtud ſit vniverſaliter verū tam in foro ſp̄uali q̄ȝ tp̄ali

**Sententiam ſanguinis**

Iſta decre.prohibet clericis plura ī hoc.c.enumerata.primo ſcȝ ꝙ clerici non debent exercere ſanguinis vindi ctam.aut etiam vbi exercetur nō de bēt auctoritative intereſſe nec debēt ſcribere lrās pro vindicta ſanguinis deſtinandas ⁊c.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Super ſpecula
Jſta decre. punit monachos exeun-
tes ſua monaſteria ad ſtudendum le-
gē ſiue phiſicā et dicit eoipſo ꝑdcōs
mōchos fore excōicatos ſi infra ſpa-
tiū duoꝝ menſiū nō reſipuerit Et ex
tendit ꝑdictā ꝯſtitutōem ad alios ſe-
clares ꝑlatos ſcilicȝ archidiaconos
decanos plebanos prepoſitos.

## ¶ Titulus ne clerici vel mona-chi li. vi.

¶ Statutum
Jſtud capitulum dicit ꝙ. c. Sup ſpe
cula extra eo. ti. nō extendit ad habē
tes parochiales eccās niſi ꝑdicte ec-
cleſie habent ſub ſe capellas in qbꝰ in
ſtituūtur clerici ꝑpetui nequeuntes
ab ipis ſine cauſa ratōnabili amoue
ri etſic fuerint plebanie
¶ Ut periculoſa
Jſta decretalis prohibet religioſis
ne ipſi in quocunqȝ loco ſiue ſtudio
habitū ſuum dimittant. nec etiaȝ ad
ſcolas ſine licentia ſuorum ꝑlatoruȝ
ſe traſſerant ꝙ ſi ſecus fecerint ipo fa
cto ſniam excommunicationis incur
rant. Jteȝ dicit ꝙ doctores qui tales
monachos qui ſic habituȝ dimittūt
in legibus ſiue in phiſica docere pre
tendunt in ſcolis ſimilem excommuī
cationis penā incurrūt Notat g. int
cetera an apoſtata ſit excommunica
tus vel excommunicandus
¶ Epiſcopus
Jſta decretalis oſtēdit quid iuris de
prelatis temporalem iuriſdictionē in
habentibus. et quomodo eam abſqȝ
irregularitate cōmittere poſſint Jteȝ
glo. dicit poteſt quis per aliuȝ quod
non per ſe. et alle.

## ¶ Et ſic eſt finis tertii libri

## ¶ Incipit liber quartus

## ¶ De ſponſalibus et matrimo-niis in antiquis

De francia
Cōſuetudo ſolennitatuȝ
ꝺ ſubſtātia mrīmonij nō
exiſtit Uel ſic ſm panor.
Mrimoniū ꝯſenſu ꝯtrahit nec inuali
dat ſi ꝯſuetudo prie nō ſuet Nō gl.
q̄ tāgit an ſolēnitas ſit de ſubſtantia
mrimonij Et ꝙ nullus abſqȝ iudicio
eccē ꝓpa ſua temeritate debet dimit-
tere vxorem ſuā et econtra
¶ Preterea
Communi diſſenſu ſponſalia de fu-
turo diſſolui poſſunt Nota glo. que
dicit de conditōne ſcilicet ꝙ illa que
ſine conditōne promittuntur ſine cō
ditōe ſoluuntur Jtem dicit qꝺ quis
non diligit faciliter contēnit. Jtē no
tat hic abbas ꝺ iuramento quando
aliquid iuratur ⁊ promittitur deo ⁊
quandoqȝ homini ⁊c.
¶ Juuenis
Nulla ratōe conſanguinitatis ſpon
ſalia inducunt iuſticiā publice hone-
ſtatis Uel ſic ſm panor. Si maior ſe-
ptennio cum proxima ſeptennio in
qua malicia ſupplet etateȝ ſponſalia
contrahit ex his orit iuſticia publice
honeſtatis maxime ſi commiſceri tē-
tauerunt. Breuiꝰ et cōmuniꝰ ſic ſum
matur ſm literam Si maior ſepten-
nio duxit in vxoreȝ minorē ſeptēnio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et eam traduxit ad domū oritur ex
tali contractu publice honeſtatis iu
ſticia. Nota tex. qui dicit ꝙ in his q̄
dubia ſunt quod certius eſt extima⸗
re debemus. item dicit glo. tene cer⸗
tum et dimitte incertum. item in re
dubia certa non poteſt fieri ſenten
tia.

¶ Ad audientiam

Uni fratrum deſponſatam alter fra
trum habere non poteſt. Uel ſic ſm
Panor. Ex ſponſalibus contractis
cum cōſanguinea oritur publice ho
neſtatis iuſticia. Nota glo. que dicit
ꝙ impoſſibilium nulla eſt obligatio
Itez dicit gloſa de inutilibus ſtipu
lationibus. Item ꝙ eius quod eſſe
non poteſt nulla eſt promiſſio. Itez
arguit glo. ꝙ quis compelli poteſt
ad ſatiſfaciendum de quolibet cri⸗
mine

¶ De illis autem.

Cum ſponſus longo tempore abeſt
petere poteſt mulier ſponſalia cele⸗
brari cum alio vel poteſt mulier cuz
alio contrahere. Nota glo. que dic̄
ꝙ vxor non tenetur ſequi ſponſum
vagabundum. Notat hic Abb. vij.
caſus in quibus ſponſalia de futuro
ab eccleſia ſoluūtur. Item ponit eti
am aliquos caſus inquibus ipſo iu⸗
re et ſine iudicio eccleſie ſoluūtur.

¶ De muliere

Qui clarum vult habere reſponſuz
debite ⁊ clare exprimat mentis intē
tum. et ſolet ad hoc allegari qui ma
le querit malum reſponſuz habebit
Et dicit lex vt congruuz poſſes ha
bere reſponſum inſere pacti exēpluz.

¶ Ex litteris

Cum verba dubia in ſponſalibꝰ ſeu
matrimonijs ponūtur ad cōmunez
intelligentiā debz recurſus haberi.
Nō g. que dicit. non recedenduz fo
re a ſignificatione verborum niſi cū
conſtiterit teſtatorez aliud voluiſſe
Item non ex opinionibus ſingulo⸗
rum ſed tm̄ ſenſu vel vſu nomina ſūt
inteligenda. c. ad audientiam. ſupra.
de decimis

¶ Sponſam alterius.

Nullus conſanguineorum poteſt
habere ſponſam alterius maxime ſi
eſt nubili etate proxima. Et dicit g.
ꝙ maxime. ponitur hic cōparatiue.
quia poſtꝙ̄ ſponſa habet. vij. annos
tenēt ſpōſalia

¶ Ex parte. E.

Qui promittit mulieri ꝙ eam de ce
tero pro vxore habebit ⁊ ei fidem ſi
cut vxori ſeruabit. eam dimittere ne
quit niſi fornicationem committat
Nota glo. quādo vir vxorem ſuam
poteſt dimittere ⁊ ꝙ ipſe etiam debz
continere

¶ Ex litteris.

Si quis iurauit ſe ducturum aliquā
in vxorem compellēdus eſt per cen.
eccleſi. ꝙ adimpleat qd̄ iurauit niſi
rationabilis cauſa ſubſit. Nō gl. in
pnc. que tangit de iuramento impu
berum quando valet et qn̄ non. itez
dicit gloſa ꝙ ſponſalia debēt eē cer⸗
ta quia in incertam perſonam nō fit
conſenſus

¶ Non eſt vobis

Uir hz actionē ꝯtra patrem ſuū ad
petendum vxorē ſuā a patre ſuo de⸗
tentam. Nota ꝙ pro delicto vnius
tota prouincia interdicitur. Itez no
tat gloſa de ſuſpenſione iuris cum
temporis diffinitiōe ⁊ ꝙ propterea
tempore lapſo non indiget quis ab⸗
ſolutione. Item dicit ꝙ baptiſ⸗

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mus et penitentia poſſunt tempore neceſſitatis ab hereticis recipi

¶ Preterea.

Cum quis vidit aliū cuꝫ fornicaria ſua contrahere dꝫ ei impedimentuꝫ cum prodeſſe poteſt denūciare. Vel ſic ſm Panor. Dictū vnius aſſerētis impedimentuꝫ impedit matrimonium contrahendum non iuratū. Nō ꝙ vnius cōfeſſio in alieno facto nulla eſt. Iteꝫ notat g. de confeſſione affinitatis ſecreta ꝙ propter eam matrimoniū impediri nō debeat alias legitime contractū ꝛc

¶ Veniens.

Inutilia ſponſalia prius contracta matrimoniū poſtmodū legitime cōtractum impedire non poſſunt. Vel ſic. Matrimoniū qđ non valet impediente cōſanguinitate. ꝛ ſcđm quod non valet impediente voluntate. nō preſtant impedimentū matrimonio aduenienti de voluntate. Notat gl. ꝙ lite pendente in matrimonialib⁹ nihil eſt innouandum. Item ꝙ non preſtat impedimentū qđ de iure nō ſortitur effectum

¶ Cum locum

Cū duo petunt mulierem aliquā in matrimonio mulier eſt in loco ſecuro ſequeſtranda Notat tex. ꝙ matrimonium ſolo conſenſu contrahitur itē dicit de metu ꝛ de inuitis nuptijs Dicit glo. ꝙ minor metus excuſat feminam ꝙ̄ virum. item tangit glo. ꝙ iudex debꝫ partibus locum ſecuruꝫ aſſignare.

¶ Veniens

Carnalis copula non que precedit ſed que ſequitur verū matrimoniuꝫ facit. Nō g. que dic̄ qđ ſit ꝓnoctare

¶ Cōmiſſum

Ante carnalem copulā vir p̄t religionem intrare non conſentiente vxore. Nota glo. huius capituli multū notabilem que dicit ꝙ bene facit q̄ nubit ꝛ vtrūqꝫ expedit hoc caſu. ſed vnum minus alterum maius. item gerens virginitatem in corde pōt i matrimonium conſentire

¶ Requiſiuit

Mulier iurata matrimonium non cogitur adimplere priuſq̄ moneat ſecundum glo. Vel ſic Qui iurauit cuꝫ aliqua contrahere moneri debꝫ potius q̄ compelli. hoc dicit ſm panor. Nota g. que dicit ꝙ dicitur inuitus qui propter voluntariam ꝓmiſſionem vrgetur ad promiſſi ſolutionem. item propter delictum precedens quādoqꝫ quis compellitur ad matrimonium.

¶ Cum in apoſtolica.

Tenet matrimonium cum ſecūda cōtractum etiaꝫ lite peñ. vbi ſubeſt impedimentum cum prima. Nota gl. que tangit de eo qui cōtraxit matrimonium lite pen. cuꝫ alia an valeat

¶ In preſentia

Nullo tempore contrahet mulier donec mortuum ſciet eſſe maritum. Nota gloſam que tangit de quinquennio et dicit qualiter mulier debet diligentiam facere in inquirēdo de morte viri ſui

¶ Inter opera

Cum meritrice publica que corrigi deſiderat matrimoniuꝫ contrahi p̄t Nota g. que dicit ꝙ errantē reuocare a via erroris ſui ē vnū gen⁹ elemoſynarum. item dicit que dicatur meretrix.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad id qđ
Purgatur violētia ſi mulier diu cū
marito cohabitet. Nō gl. que videt̄
tangere qualiter mulier tacite con-
ſentit. Et ponit argumentuꝫ ad mul
ta de tacito ꝯſenſu. Iteꝫ dicit effuge
cum poſſis ne ꝯſenſiſſe videaris

¶ Sicut ex litteris.
Sponſalia per ſequens matrimoni
um ⁊ non ꝑ alia ſponſalia diſſoluun
tur ſm Ab. Uel ſic ſm Panoꝛ. Spō
ſalia de futuro etiā iurata ſoluūtur
ꝑ ſcđa ſponſalia de p̄nti non autē ꝑ
ſcđa de futuro. nota de illo qui pro
mittit factū alteri⁹ ꝙ ille ꝓmittit ſe
facturuꝫ ⁊ curaturū vt alius hoc fa
ciat. Item nōt g. in fi. ꝙ in cā matri
moniali ſuꝑ vno articulo de nouo
teſtes producuntur.

¶ Cum apud.
Qui vetiti non ſunt vxores ducere
poſſunt. Nō tex. qui dicit ꝙ quis ſi
gnis p̄t declarare conſenſum ſuū. et
etiam nota ꝙ ſolus conſenſus facit
matrimoniū. Notat g. ꝙ ſurdus p̄t
poſtulare. Item ꝙ verba quo ad ec
cleſiam ſunt in matrimonio neceſſa
ria ⁊c̄

¶ Dilectus filius
Continuo laborās furoꝛe hoc ē qui
non habet dilucida interualla non
contrahit matrimonium. Nō gl. q̄
expedit ſe de furioſo q̄ et qualia ipe
poteſt facere. et an valꝫ traditio poſ
ſeſſionis ſibi facta. Item dicit ꝙ in
iſtis eſt initiū ſpectandū. ⁊ alt. iura

¶ Tue fraternitati
Per legitimū conſenſum contrahit̄
matrimonium inter eos qui tamen
loqui poſſunt debꝫ cōſenſus verbis
exprimi. Nota glo. que dicit ꝙ fidel
cōmiſſum etiam nutu exp̄mitur. licꝫ
quis loqui poteſt. Item dicit ꝙ idē
facit ſignum in muto qđ verba in
loquente. Et ſic duo ſunt neceſſaria
ad hoc ſacramentū matrimonij ver
ba vel ſigna et conſenſus.

¶ Tua nos duxit
Qui non conſentit ſi verba ad ma-
trimonium neceſſaria exp̄mit non
contrahit. quod veruꝫ eſt in foꝛo pe
nitentiali. ſecus in foꝛo ꝯtentioſo cū
eccleſia de occultis non iudicat.
Nō gl. que dicit ꝙ potius cōſiderā-
dum eſt quid ſit factū q̄ꝫ dictū. Item
ꝙ duo req̄runtur ad matrimonium

¶ Cum in tua.
Una grauis ꝑſona p̄t impedire ma
trimoniū contrahendū. Nō gl. q̄ ex-
pedit ſe de fama quid ſit et qualiter
pꝛobari pōt. Item notat ꝙ ſcanda-
lum ſiue ꝯſuetudo reddit aliquos in
habiles ad ꝯtrahendū matrimoniū
quod eſt notandum

¶ Conſultationi.
Illegitime ꝓpoſita vel allegata vio-
lentia non excuſat. ſecus aūt ſi legiti
me allegatur Nota glo. que dicit ꝙ
cauſe matrimoniales ſunt ꝯmittēde
iuriſperitis. Itē tangit de metu

¶ Gemma mulier
Pena in ſponſalibus appoſita non
obligat paciſcentē. Uel ſic ſm Pa-
noꝛ. In matrimonijs et ſponſalib⁹
dꝫ eſſe libertas. vñ in eis pꝛomiſſio
pene nō obligat. nota ꝙ ſtipulatio
pene in ſponſalib⁹ appoſita non tenꝫ
Sed arras datas pꝛo ſponſalibus
perficiendis amittit qui reſilit ſine
iuſta cauſa. ſed ideꝫ videtur in arra
quod in pena

¶ Is qui fidem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sponſalia de futuro cū carnali copula ſubſecuta p̄iudicant mr̄imonio de p̄nti. No᷑ g. q̄ eſt notabilis ⁊ ſingularis ⁊ dicit de multiplici p̄ſūptiōe circa mr̄imoniū ⁊ de forma ⁊ ſba.

¶ Si inter

Ex q̄ mr̄imoniu᷒ ꝯtrabitur de p̄nti non p̄t alteri⁹ p̄textu mr̄imonij diſſolui. lic᷒ ꝑ matrimonium ſponſalia diſſoluūtur. No᷑ gl. que dicit ꝙ non loquens ſuū ſenſum non exprimit et an verba vel ſigna requirātur ī matrimonio. et ar. de nutu ⁊ ſigno. ⁊ ar. pro et contra

¶ Adoleſcens.

Sponſalia cu᷒ conatu q̄ conat⁹ effectum nō habuit nō p̄iudicat ſequēti matrimonio de p̄nti. No᷑ gl. q̄ dicit ꝙ conat⁹ ſine effectu non noc᷒. itē ille dicit̄ dānat⁹ q̄ in iure dānat⁹ eſt.

## ¶ Ti. de ſponſalib⁹. lib. vi.

¶ Ex ſponſalibus.

Ex ſponſalib⁹ puris ⁊ certis lic᷒ fuerint nulla oritur īpedimētū iuſticie publice honeſtatis. ⁊ hoc veru᷒ niſi fuerint nulla rōe ꝯſenſ⁹. et illa honeſtas publice iuſticie reſpicit ⁊ dirimit mr̄imoniū cū aliq̄ alia de ſāguine vel affinitate p̄mo ꝯtrahēdū ⁊ nō in antea ꝯtractū. hoc p̄mo. Scdo dicit ꝙ ꝯtrahens cum aliq̄ ſub ꝯditione ſi ꝯditione nōdū extante ꝯtrahat pure cū alia. ten᷒ ſcōm matrimoniu᷒ lic᷒ ſcda p̄oris fuerit ꝯſanguinea. ꝙ ī īcertis nulla oritur publice ho. iuſtitia. Vide gl. q̄ dicit que ſponſalia dicūtur certa et que incerta. Itē dic q̄ dicūtur ſponſalia. itē tangit de conditionib⁹ in matrimonio appoſitis item dicit ꝙ conditiones tacite non faciūt rē ꝯditionalē

## ¶ Ti. de deſponſatiōe īpuberu᷒

¶ Tua fraternitas

Pater ꝑ minori filio ſponſalia contrahit ſ᷒ nō ꝑ maiore. No᷑ g. q̄ videtur ſentire ꝙ pater nō p̄t ꝯpellē filiū ad ꝯtrahendū matrimoniū cū certa pſona ſ᷒ filiam ſic. ⁊ alle. leges

¶ Ubi non eſt.

Prohib᷒ canon aliq̄s an̄ legitima᷒ etatem mr̄imonialit̄ ꝯiūgi niſi forte aliq̄ vrgentiſſima nc̄itate interueniente vtpote ꝑ bono pacis hoc fieret No᷑ ꝑ bono ius moderari. vn̄⁹ par vt ſeruetur moderamen iuris habet

¶ Puberes.

Apti dicūtur ad matrimoniu᷒ contrahendū qui generare poſſunt No᷑ g. q̄ videtur tangere ꝙ aliter reſpicit numer⁹ annorum quo ad matrimonium contrahendu᷒ ⁊ aliter quo ad tutelam finiendam

¶ Litteras tue

Sponſalia in cunabilis contracta ſequēs matrimoniū etiā cū matre contractū non impediūt. ſec⁹ ſi ad ſeptēniū fuerit expectatū. No᷑ g. q̄ tangit q̄liter contrahentes ſponſalia poſt ſeptēniū videntur conſentire. Et dic ꝙ iura adaptant ſe ad ea q̄ frequentē fiunt cū illa q̄ frequentius fiunt niſi ſpēaliter notentur pro neglectis habentur.

¶ Acceſſit ad

Ut proxime ſupra. in. c. Litteras. vel ſic. Sponſalia nulla ex defectu

conſenſus non creant publice hone-
ſtatis iuſticiã. Nõt gl. huius.c. inter
cetera qñ proles dicuntur legitime
⁊ qñ non. ⁊ alle. Itẽ dicit ꝙ qñ ma-
trimonium reputatur legitimũ et ſi
non ſit filij tamẽ erũt legitimi. ⁊ alle.
ad hoc ⁊c.

¶ Continebatur

Marito creditur ſi dicit ſe ꝯgnouiſ-
ſe vxorẽ ſuã. Itez ex ſponſalib⁹ ꝯtra-
ctis cum impubere maiore ſeptẽnio
oritur publica honeſtas. Nõ g. que
dicit ꝙ in cauſis matrimonialib⁹ iu-
ramentuz calũnie non dz omitti ne
aliqd in fraudẽ fiat. Itez nõt qñ qs
dicit̃ etati ꝓxim⁹ atq3 pubertati.

¶ De illis

Sponſalia contrahentes niſi adue-
niente etate legitima reclamare non
pñt Nõ glo. que arguit ꝙ impubes
de eo qđ facit añ pubertatẽ reclama-
re non pt̃. Itẽ nõt g. qualiter ſponſi
ſunt cogẽdi vel ſimpliciter monẽdi.

¶ A nobis.

Minores matrimoniũ ꝯtrahentes
añ annos legitimos ſeparari nõ pñt
Nõ g. que videtur tangere ꝙ matri-
monium ꝑmo inutile ratihabitione
tacita vel expreſſa poteſt confirma-
ri. ⁊ alle. ad hoc

¶ De illis

Minores apti ad matrimonium ex
ꝯtractu matrimonij obligantur niſi
violẽtia intercedat. Nõ gl. q̃ dicit ꝙ
ꝯſenſus qñq3 p̃cedit etatez ⁊ hoc qñ
pubertas p̃uenit etatẽ. Itez malicia
hic dicitur alibi prudentia.

¶ Atteſtationes.

Contract⁹ celebrat⁹ ante annũ. xiiij.
niſus carnalis copule ad viruz non
ſufficiũt vẽdicandũ. Nõt g. qñ acto-
ri vel reo defertur iuramentuz.

¶ Ex litteris.

Maior ex ſponſalib⁹ a patre contra-
ctis nõ obligatur niſi ꝯſentiat i illis
Nõ ꝙ admiſſio ad carnalẽ copulã
facit conſenſum. Itẽ nõ tex. q̃ loquit̃
de minis parentum ⁊ de mora

¶ Duo pueri

Spõſalia ĩualida ꝑ cohabitationẽ
ſequentẽ vaidant̃ ⁊ ratificantur ⁊ ꝑ
ꝯſequẽs matrimoniũ diſſoluũtur. õ
ratificatione ꝯſtat. quia publice ho-
neſtatis iuſticia fuit ꝯtracta ꝑ illa ⁊c
Nota ꝙ publice hoñ. iuſticia impe-
dit ⁊ dirimit matrimoniuz. Item ꝙ
nullus ſine iudicio ecclẽ debet dimit-
tere vxorem ſuã q̃ntũcunq3 etiaz im-
pedimentum ſit manifeſtum. ⁊ alle. g.

¶ Ad diſſoluendum.

Contract⁹ matrimonialis q̃ nullus
eſt accuſari non pt̃. Nõ ꝙ id de quo
agitur ꝑmo debz eſſe in rerum natu-
ra anteq̃ de eo agatur nec añ iuris
rõ q̃ perſona eſt querẽda. ⁊ collegio
qđ nondũ eſt non datur ꝓuilegium.
⁊ glo. alle.

¶ Tue nobis

Cum qs contrahit cũ minore ꝑ ver-
ba de pñti ſpõſalia fingitur ꝯtraxiſ-
ſe. Nõ gl. q̃ dicit qb⁹ modis ⁊ ꝑ que
fit ſubarratio ⁊ ſubarratiõe data p̃-
ſumitur matrimoniũ niſi ꝓbetur cõ-
trariũ. Itez hic prudentia dicit̃ car-
nalis concupiſcentia

## ¶ Ti. de deſponſatione impube-rum. li. vi.

¶ Si infantes

Si infantes inuicem vel vn⁹ maior
ſeptẽnio ⁊ alter minor vel parentes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pro eis ſpōſalia ꝯtraxerint nō valēt ſponſalia nec oritur ex eis pu.ho.iuſticia niſi facti maiores ꝯſēſerint .idē ſi pubes ⁊ impubes vel duo impuberes ꝓximi pubertati cōtraxerīt ꝑ verba de pn̄ti niſi carnalis copula interuenerit ⁊c.oritur tn̄ ex p̄dictis pu.ho.iuſticia.Itē ex ſponſalib⁹ q̄ parentes ꝓ filijs puberib⁹ contraxerint ſi ipi filij ꝯſenſerint tacite vel exp̄ſſe et ſi pn̄tes fuerint ⁊ nō ꝯtradixerint obligātur filij ⁊ ex eis oritur pub.ho.iuſtitia.Idē eſt ſi filij abſentes ⁊ etiā ignorātes predicta ſponſalia cū ſciuerint ratū habuerint.⁊ ex ſponſalibus aliter per parentes ꝯtractis filij non obligantur.

## Ti.de clādeſtin. deſpon.

### Si quis

Si vir deſpōſat aliquā mulierē claꝫ ⁊ ipa negauerit viro incūbit ꝓbatio No͂ g.q̄ eſt notabilis ⁊ docꝫ qn̄ vir aut mulier negāt deſponſationē cui incūbat ꝓbatio.Itē ꝙ idem dicitur de viro qđ de muliere.⁊ dicitur ille vir qui ſtat pro matrimonio.

### Quod nobis

Clādeſtina matrimōia recipit ecc̄a ſi ꝯtrahentes ea volūt publicare.nō g.q̄ dicit ꝙ ecc̄a nō iudicat de occultis.Item nōt qn̄ p̄ſumitur ꝯtuberniū vel concubinat⁹ ⁊c

### Cum inhibitio.

Iſta decretalis ꝓhibꝫ clādeſtina cōiugia ⁊ ꝙ ſacerdotes ipis intereſſe nō debent.ſꝫ cū matrimonia ſūt contrahēda debent p̄mo in ecc̄ia publicari cū terminis ꝯpetētib⁹ infra q̄s pn̄t impedimenta ſi q̄ ſint publicari.

Et ſacerdotes etiaꝫ debēt ſup ipedimentis īueſtigare.et ſi ꝯtrarium fiat ponit penā.No͂ g.ꝙ tripiciter dicitū matrimoniū clādeſtinū ⁊c

## Ti.de ſponſa duorum

### Duobus.

Sponſalia de futuro ſoluuntur ꝑ ſequēs mr̄imoniū nō ſponſalia de preſenti.Nō hic g.de pn̄ia triū annoꝝ Itē nōt gl.de ꝓmiſſione ſi ꝑmittas me rem tecū habere qđ dꝫ intelligi de honeſto coitu.quia poti⁹ videtur hoc.Nō eſt in glo.

### Accepiſti

Ducens vxorē alteri⁹ eā dimittē dꝫ No͂ g.q̄ videtur tāgere ⁊ dicere qđ ſit carena ⁊ vn̄ dicitur ſcꝫ a carentia quia carena eſt carentia hominum vel cibariorum.

### Licet preter

Per iſta verba ꝯtrahitur matrimonium de pn̄ti.ego accipio te in meā et ego accipio te in meuꝫ.⁊ illud qđ dicitur de viro idem intelligendum eſt de muliere.

### Tua fraternitas

Et qui appellat in cauſa matrimoniali interdici debꝫ ne aliud matrimonium lite pendente ꝯtrahat et ſi cōtraxerit mr̄imoniū ſeparatur.Nota g.q̄liter ꝓcedendum ſit in cā matrimoniali qn̄ matrimoniū celebratuꝫ eſt app.pen.⁊ ꝯtra interdictū ecc̄ie

### Tuas dudum

Qn̄ eadē ꝯtrahit ꝑ verba d̄ pn̄ti cū plurib⁹ p̄mo deſponſanti nō primo ꝯgnoſcenti ea dꝫ adiudicari.No͂ g.que tangit de ꝯmodo poſſeſſionis ⁊ arguit pro ⁊ contra.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Titulus de cōditōib⁹ appoſitis.

Quicunqȝ

Qui deſpōſauerit aliquā ſub ꝯditiōe turpi frāgat ꝯditōȝ ⁊ ipſam in ſpōſaȝ ducat.h.d. Itē dicit g.ꝙ hoc verū ſit dummodo ſit conditio q̄ non ſit contra naturam mrīmonij qđ in glo.amplius deducitur

Cum ſit propriū

Sub cōditōe vt aliqs fiat monach⁹ poteſt manumitti ⁊ hāc ꝯditōȝ ſemel acceptatā ampli⁹ nō rennuit acceptatoꝛ Nota glo.hic de conditōne ꝛc

De illis

Qui ſub conditōe honeſta contraxit nō tenet niſi cōditio adimpleat. Nō g.q̄ dicit ꝙ ꝯditio ſtatim dȝ adijci et nō ex interuallo. et alle.ad hoc iura.

Uerum

Donatio facta ecce ſub ꝯditōe ꝑ donatoꝛē reuocari non poteſt niſi foꝛte ſub tali ꝯditiōe ſit donatio facta qua ceſſante debeat reuocari Notat glo. drām inter donatōem ſub cōditione ⁊ ſub modo.et ſit ꝑ ſi et ꝑ ut

Super eo

Ubi apponit ꝯditio in ſubſtātia mrīmonij nō tenet mrīmoniū niſi conditōe extāte ut hic Sed vbi apponit in nō ſubſtātiali mrīmonij ꝯditō cōtractū ſeu effectū nō ſuſpendit abb. Nō tex.in fi.q dicit ꝙ ille non dicit cōſenſus q in alieno arbitrio dependet.

Per tuas

Ubi qs ſic ꝯtrahit ⁊ ſub hac ꝯditōne ſi pri meo placuerit ſi an̄ pris aſſenſū ſpōſam cognouerit a ꝯditōe recedit ergo adhuc aliqđ ius ciuile qđ ꝺ patris ꝯſenſu ſeu ei⁹ iuſſu diſponit facit qđ ius ita inſti.de nup.recitat. naȝ ciuilis ratio et naturalis in tunc ſuadȝ ut iuſſus pentū ꝛc.a cōtrario ſenſu in telligatis Nō g.q̄ dic qđ ſi ꝯtrabo tecū ſi te virginē repio Itē ꝯtra euȝ ſit interptatō q teſtes ꝑducit qđ eſt no

Si conditōes tandū

Cōtra naturā cōtract⁹ pactū ſiue conditio in mrīmonio facta ſiue adiecta viciat mrīmoniū. ſȝ nō alias inhoneſta et turpis Nō g.q̄ eſt magiſtra in materia ꝯditionū Itē dic ꝙ hoc nō ꝓbat illud eſſe qđ ab eo ꝑt abeſſe

Titulus qui clerici vel vonētes.

De diacono

Eps ꝑt cū diacono cōtrahēte diſpēſare Uel ſic ſm panoꝛ. Diaconus vel ſubdiacon⁹ mrīmoniū ꝯtrahere non pn̄t et ſi cōtraxerint etiā ſi ſint facti irregulares debēt ſepari Nō g.ꝙ venia nō dat niſi petēti et coꝛrecto Itē nō ꝑt qs gaudere ſe coꝛrectū niſi doleat ſe pueꝛſum Itē dicit Salomon Qui abſcondit peccata ſua nō videbit lumen in eternum

Ex lrārum

Si ſubdiaconus qui cōtraxit ē impenitēs nō diſpēſat cū eo niſi religionē intrauerit Nō g.q̄ tāgit qn̄ clerici debēt ꝯpelli ad abiurandū ſuas concubinas vel vxoꝛes

Meminimus

Simplex votū non dirimit mrīmoniū ꝯtractū. Nō g.q̄ tāgit ꝺ ſimplici voto Item habit⁹ nō facit monachū

Conſuluit

Solus habit⁹ ꝓhibet aliqnē cōiugari Uel ſic.abiectio veſtiū et ſcapulare aut velamē acceptū tm̄ ſine ꝓfeſſione nullum faciūt regularem Nō gl.q̄ videt tāgere ꝙ mltis modis fit ꝓfeſſio.

Ueniens
Poſt votū ſimplex diſpenſat ecc̄a in mrīmonio ꝯtrahendo Nō glo.ī pn. ꝙ inter abſētes ꝯtrahi p̄t mrīmoniū Itē dic̄ g. min⁹ malum tolerandū vt maius vitet. et alle.xxxiij.q.ij.c. ſi qd verius

Rurſus
Spōſalib⁹ de futuro et nō d̄ mrīmonio de p̄nti p̄iudicat ſimplex votū. Nō g.q̄ dic̄ ꝙ ſimplex votū ⁊ ſolēne ſūt ab initō eq̄liter obſeruāda ⁊ infrīgens peccat mortaliter.et dicit gl.qn̄ votum d̄r ſolenne vel non

Inſinuāte
In manu religioſi factū votū mrīmoniū dirimit iā cōtractū Nō g.in v̄bo ſupplicatū in pn. q̄ dicit ꝙ vxor nō ē petenda a p̄ncipe ⁊ petēs eam depor tatōis penā meret Itē notat g.qn̄ leuis met⁹ excuſat ⁊ qn̄ non Itē ꝙ per patientiā tp̄is p̄ſumitur cōſenſus interueniſſe

Titulus de eo qui duxit in matrimonium

Propoſitū
Pollutā in adulterio a ſe q̄s cogitur in vxorē ducere q̄ mrīmoniū p̄mum ignorabat Nota tex.q̄ dic̄ ꝙ nullus d3 de dolo ſuo lucrū reportare cum dolus et culpa nemī p̄ocinari debet Item dicit glo.ꝙ ignorans nō committit adulteriū et filij ſunt legitimi.

Significauit
Qui viuente ſponſa d̄ p̄nti ꝯgnoſcit ſecundā quā ſibi deſponſauerat eam vlteri⁹ hr̄e nō p̄t ī vxorē.Uel ſi vir viuēte p̄ma vxore legitiā cōtrahat cū ſecūda hoc ſciēte et eā cognoſcat etiā mortua p̄ma nō p̄t hr̄e ſecūdā ſec⁹ ſi p̄ma legitiā nō erat Nō g.q̄ tāgit iūc̄ ꝙ id qd ab initio non valet ꝛc.

Super hoc
Poſt mortē vxoris non poteſt adulter contrahere cū adultera q̄ in mortem p̄oris mariti aliq̄d fuerit machinata Et dicit gl.ꝙ hoc verbū machinata d3 intelligi cum effectu.

Ex lrārum
Qui vxore ſua viuēte ec̄ ꝓt adulteriū intruſa ī mōſteriū ꝯtrahit cū ſecūda et eā ꝯgnoſcit ec̄ p⁹ mortē vxoris ē ſepād⁹ ab ea Nō g.ſup v̄bo dep̄henſio

Cum haberet
P⁹ mortē vxoris nō p̄t adult̄ remanere cū adultera cū q̄ p̄ma viuēte cōtraxit carnali copula ſubſecuta. Nō ī fi.tex.ꝙ diuturnitas tp̄is pc̄tm̄ auget nā tāto grauiora ſt̄ pc̄tā q̄to diuti⁹ ī infelicē aīm p̄ſeuerāt. Nō g.ꝙ fauor filiorū q̄nq3 diſpenſatiōem inducit Itē nōt g.vbi filij ſūt alendi ⁊ ad hoc ſolet allegari Itē p̄r p̄t recuſare alere filiū ſuum iuſta de cā

Significaſti
Mortua vxore p̄t q̄s ꝯtrahē cū meretrice adultera cui p̄ma viuēte fidē nō dederat Nō ex tex.et g.ꝙ adhēns q̄s meretrici vxore ſua viuente p̄t excōicari.

Ueniens
Pollutam in adulterio a ſe quis cogitur in vxorē ducere que mrīmoniū ignorabat.et requiritur hoc caſu nouus cōſenſus Nota g.ꝙ ignorās adulteriū non cōmittit.et alle.ad hoc.

Si quis vxore
Si hn̄s vxorē cū alia contrahit ⁊ viuente p̄ma eam cognoſcit illā hr̄e in vxorem poſt mortem prime vxoris non poteſt Nota gl.que diſputat an et quando voluntas nocet et quādo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non et de eiꝰ effectu. et alle. ⁊ remittit

## Titulus de cōiugio leproſorum.

Peruenit

Lepra ſuꝑueniēs īpedit mrīmonium cōtrahēdū ſʒ nō dirimit ꝯtractū Nō g. q̄ dicit ꝙ ꝯſuetudo hʒ ꝙ leproſi nō debēt alijs hoībꝰ cohabitare Itē nō de ỽbo diutiꝰ ꝙ extēdit ad arbitriū iudicis. Itē illud qḋ dicitur dictum eſt generaliter eſt intelligendum.

Quoniam

Coniuges propter lepram ſeparādi non ſunt a cōiugio ⁊ contrahere pn̄t mrīmoniū ⁊ inuicē ſibi debitū reddē tenent̄. h. d. ſm panor. Nō glo. ꝙ ꝓpt̄ leprā alt̄ alteꝝ dimittē nō pt̄ Itēʒ ꝙ edictū de mrīmonio ꝓhibitorium ē.

Literas

Sponſalia de futuro preciſe nō compellunt ad contrahendū mrīmoniuʒ cum leproſo lepra poſt ſponſalia ſuꝑueniēte. h. d. Itē g. dicit ꝙ ea q̄ de nouo emergunt auxilio indigent

## Titulus de coniugio ſeruorū.

Dignum

Serui inter ſe pn̄t mrīmoniū ꝯtrahē Nō gl. q̄ videt̄ facere drām īnt̄ ſacramēta q̄ ꝯficiūtur cā ſuſcipiētis. et ab iſtis ſerui nō ꝓhibent̄. ſecꝰ in ſacramēto ordinis qꝛ ſeruus ordinari nō poteſt ſine licentia dn̄i

Propoſuit

Nō tenʒ mrīmoniū q̄ liber cū ācilla ꝯtraxit ignorāter niſi ꝯſentiat poſtq̄ ſibi hoc ꝯſtiterit Nō g. q̄ dic̄ ꝙ error ꝯditōnis īpedit mrīmoniū Itē cuilibet referēti nō ē credendū Itē notat ꝙ titubans ꝓ ignorāte habendus ē.

Licet

Si ſm ꝯſuetudinē t̄re filiꝰ ꝯditōʒ patris ſequit̄ ſufficit ei quo ad mrīmoniū ꝯtractū cū libera ꝙ pr̄ eiꝰ decennio fuit ī poſſeſſiōe libertatis Nota glo. que tāgit de fauore libertatis

Ad nrām

Qui ſeꝑatur ab vxore ꝓpter ſeruitutē poteſt libere ad ſtatim cum alia contrahere Nota glo. q̄ dicit ꝙ errantis conſenſus nullus eſt. Item ar. glo. ꝙ hoc caſu mrīmoniū qḋ nulluʒ eſt tractu tp̄is confirmatur Item querit g. qḋ ſi ancilla manumittitur ⁊c̄

## Titulus de natis ex libero vētre

Indecens eſſe

Filij geiti ex libera ſiue ex liberta manumiſſa ab ecc̄a liberi dn̄t iudicari. Nota g. q̄ dicit ꝙ iſtud fallit ī caſibꝰ. Itē inter cetera arguit glo. ꝙ vnū inſtrumentum ꝑ aliud poteſt reprobari. Item arguit ꝙ non debeo hoc facere a quo teneor aliū ꝓhibere ⁊ q̄ defendere tenet̄ non dʒ me impugnare

## Titulus de cognatōne ſpūali

Utrum autem

Filij duorum compatrū pn̄t mrīmonialiter copulari. excepta illa ꝑſona ꝑ quā compaternitas eſt contracta. Nota gl. q̄ dicit de ſcandalo qḋ vitādū eſt in mrīmonio cōtrahendo Itē quos deus coniunxit ⁊c̄.

Si vir vel mulier

Nō ſeꝑat̄ ab vxore maritꝰ ſi filiū vtriuſq; ſuſcipiat de ſacro fonte Nō tex. q̄ dicit ꝙ fraus ⁊ dolus nemini dʒ patrocinari. querit gl. anne alter pt̄ exigere debitum hoc caſu



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Super eo

Filij duoꝝ ꝯpatrū inſimꝰ nō ꝯtrahūt ꝑ quoꝝ alteꝝ vel vtrūqꝫ deuentuꝫ eſt ad ꝯpaternitatē In alijs ipa ꝯſuetu do attēdit Nō gl.ꝗ̃ dicit de diſſimu latōe ⁊ ꝙ ille q̄ tacet non ꝯſentit neqꝫ negat Itē dicit gl.ꝙ multa ꝓpter ſcā dalum q̄ñqꝫ omittuntur

¶ Martinus

Poſt conſumatōem matrimonij ali quis coniugū nō facit ſibi filiolū vel ꝯpatrē vel commatrē quin facit euꝫ alteri coniugi filiolū vel ꝯpatrē No tat glo.de vnione carnis ⁊ ſpūs ⁊c

¶ Contracto

In his q̄ ꝑcedūt baptiſmuꝫ nō cōtra hit ꝯpaternitas ad dirimēdū mrīmo niū efficax Nō g.ꝗ̃ arguit an ꝑ cathe ciſmū cōtrahit affinitas vel ꝯpaterni tas impediens matrimonium

¶ Veniens

Mrīmoniū cū cōmatre cōtractum ſe paratur Nota gl.que expſſe videtur ſentire idē ſi cōmater fuiſſꝫ facta tenē do puerū in cathecſſmo et etiā in cō firmatōe.et alle.c.ſ.proximum

¶ Tua nos

Filius carnalis an̄ cōpaternitatē ge nitus filiā ſpūalēꝫ patris ſui habere non poteſt in vxorem. Nota gl.que exponit filiam ſpūalem ſcꝫ per quaꝫ compaternitas eſt contracta.

¶ Ex literis

Nō tenet mrīmoniū ꝯtractū inter fi liū carnalē et eā quā pr̄ ſuꝰ manibus ſuis baptiſauit qꝛ ꝺ ꝑſona ſuſcipiēte loquūtur alie decretales ſupra. Nō glo. ꝗ̃ tāgit an vir et vxor ſimul pn̄t filiū de fonte ſuſcipere Item quid ꝺ filia in penitentia recepta

¶ Titulus de cognatione ſpiri tuali li.vi.

¶ Nedum

Iſta decretalis ponit perſonas inter quas contrahitur compaternitas in baptiſmo Et dicit idē fore in confir matione Nota g.ꝗ̃ tangit de cōcubi na et eſt magiſtra in hac materia cō paternitatis in baptiſmo.

¶ Per cathecisinum

Per cathecíſmū qui precedit baptiſ mū impeditur mrīmoniū contrahen dū ſed nō dirimit contractū Nota tex.qui dicit quod vix fit ſit. Iteꝫ di cit ꝙ cathecíſmꝰ idē ē qꝺ inſtructio.

¶ Quamuis

Si plures leuāt ꝓlem ꝺ fōte qꝫ duo vel tres inter omnes ſic leuātes ⁊ pa rentes leuati oritur cōpaternitas Et dicendū eſt de confirmatōe idem qꝺ de baptiſmo ⁊c.

¶ Titulus de cognatōne legali.

¶ Siqua

Inter carnales et legales filios non poteſt eſſe mrīmoniū adoptione du rante Nota glo.que ponit drām in ter arrogatōem et adoptōem. Item ꝙ arrogatō fit principis auctoritate ſꝫ adoptio fit ꝑ quemlibet mgrātum

¶ Titulus de eo qui cognouit con ſanguineam vxoris ſue

¶ Siquis

Et poteſt totus titulus ſic ſummari. Affinitas ſuperueniens rūpit ſponſa lia de futuro ſed nō ſoluit matrimo nium de preſenti Sꝫ iſtud.c.ſummat

hoc modo ſm panoꝛ. Affinitas ſup‑
ueniens poſt mrīmoniū contractum
non ſoluit mrīmoniū ſed exactōnem
debiti impedit et crimen inceſtus in‑
habilitatis quem ad mrīmoniū con
trahendum.h.d. Nota gl.q̄ videt̄ tā
gere cām huius dicti ſcꝫ ꝑpter inceſtū

¶ Ueniens

Affinitas ſupueniens etiā ꝑ illicitum
coitum diſſoluit ſponſalia de futuro
ſed non mrīmoniū ⁊ inceſtuoſus con
trahere nō pt̄.h.d.ſm panoꝛ. Nota
gl.que ponit argumentū ꝙ qn̄qꝫ ſuf‑
ficit aliquid inchoare licet et ſi nōdū
ſit completum.et allegat iura

¶ De illo

Dictum vnius mrīmoniū non ſoluit
Uel ſic.cognitā a frē frater nō poteſt
habere. Nota gl.que dicit ꝙ hoc ca‑
ſu ſola confeſſio non preiudicat etiā
ſi rumoꝛ vicinie cōſentiret. et allegat
c.ſuper eo.ꝛc.

¶ Tranſmiſſe

Inceſtus ſubſequens mrīmoniū non
diſſoluit. Nota tex.qui dicit tāꝗ̄ ca‑
nis rediens ad vomitū Item dicit g.
ꝙ inceſtus nō impedit quominꝰ mrī
moniū ſit legitimum.et alle.licet ꝯtra
here nō debeāt ſicut votū ſimplex ꝛc

¶ Super eo

Nō credit̄ ꝯiugibꝰ et rumoꝛi vicinie
ꝙ affinitas ꝑceſſerit mrīmoniū ⁊ ideo
ſepen̄t Nota g.que tangit qn̄ ſtatur
confeſſioni et quando non. Item tā‑
git de fama et rumore

¶ Diſcretionem

Affinitas ſupueniēs ſponſalia d̄ pre‑
ſenti non diſſoluit. Nota tex.q̄ dicit
ꝙ mrīmoniū nō ſemꝑ ſepatur propt̄
adulterium qꝛ talis ſeparatio poteſt
legitima exceptione impediri. Item
dicit ꝙ ſine culpa non debet q̄s ꝑua‑
ri iure ſuo. Item notat glo.ꝙ vir dꝫ
vxoꝛem docere bonos moꝛes

¶ Fraternitati

Diſſoluit̄ matrimoniū contractū cū
illa cuiꝰ conſanguineā ſcꝫ ſoroꝛē licet
nondū ſeptennē mihi ante deſponſa
tam extraoꝛdinarie pollui Nota hic
abbatem q̄ tangit hic notabile v̄buꝫ
de commixtione viri et mulieris ⁊ d̄
emiſſione ſeminis ꝛc

¶ Ex literis

Affinitas ſupueniens ſpōſalibꝰ de fu
turo rumpit ea. Nota glo.que dicit
ꝙ inceſtus magis punitur ꝙ̄ adulte‑
rium et an hoc verum ſit vide g. Itē
propter lapſū carnis quādoqꝫ diſpē
ſatur.

¶ Ueniens ad

Qui cognouit ſoroꝛē ſponſe ſue quā
etiam carnaliter cognouit monendꝰ
ē atqꝫ etiā inducendꝰ vt abſtineat ab
vtraqꝫ Nota tex.q̄ tangit de illo qui
reuerſus ad coꝛ fatetur delictum ſuū
an ſit audiendus

¶ Tue fraternitatis

Si vir cognoſcit ſoroꝛem vxoris ſue
nō propter hoc ſepatur matrimoniū
contractū de pn̄ti Uel ſic ſm panoꝛ.
Affinitas ſupueniēs nō diſſoluit ma
trimoniū Nota tex.in fine q̄ dicit ꝙ
affinitas poſt matrimoniū inique cō
tracta illi nocere non debet qui iniq̄
tatis particeps nō eſt

¶ Jordane

Si quis poſt ſponſalia d̄ futuro ſpō
ſam cognoſcat affinitas etiā cum ma
tre ſubſequens mrīmonium non diſ‑
ſoluit. Notat glo. ꝙ quis ſine culpa
non dꝫ priuari iure ſuo Item notat
de inceſtu et adulterio ꝛc

## Titulus de conſanguinitate ⁊ affinitate

**Ex literis**
Marito mortuo cū ꝯſanguineo eius mulier ꝯtrahere nō pt. ⁊ ſi ꝯtraheret dʒ mrīmonium ſepari Uel ſic ſm panoꝛ. Sepaṙ mrīmoniū ꝯtractū inter affines pmi generis ⁊ quarti gradus h.d. Nota g.q̄ dicit ꝙ ī cā mrīmoniali iterū recipiūtur teſtes poſt publicatōem' Itē tangit quibus cauſe matrimoniales debent committi.

**Super eo**
Soluūtur ſponſalia de futuro ſi vir ꝯſanguineā ſpōſe cognoſcat Nota g. que dicit ꝙ fama īpedit mrīmoniuʒ contrahendū ⁊ plus facit fama q̄ȝ dictum vnius.

**Quod dilecto**
Si diſpēſatur cū aliquib' vt poſſint contrahere in certo gradu alias ꝓhibito requiriṫ ꝙ vterqȝ contrahentiū toto gradu diſtet a ſtipite ſi hoc hȝ ꝯſuetudo.h.d.ſm panoꝛ. Nō gl.q̄ dicit quid dicaṫ ſtipes. Item ꝙ beneficium principis late ē interp̄tandū.

**De infidelibus**
Si ſm legē veterē contrahat infidelis cū fideli nō ē poſt baptiſmum ſeparādus ab ea Nō tex.q̄ dicit quos de' cōiūxit homo nō ſepat. querit g. an mrīmonium ſit inter iudeos

**Quod ſuper**
Affinitas inter virum et vxorem cōtracta nō tranſit ad ꝯſanguineos mariti vt ipſi illis conſanguineis efficiātur affines Uel ſic ſm panoꝛ. Cōſanguinei mariti cum conſanguineis vxoris licite contrahunt. hoc pmo. In gradibus ꝓhibitis non pñt mrīmonia contrahi etiam ſi habeat hoc cōſuetudo Nota glo.que tangit de cōſuetudine et ſcandalo.

**Quia circa**
Papa gr̄a prolis in gradib' ꝯſanguinitatis diſpēſat Nō gl.ꝙ falſa cauſa allegata nō viciat diſpenſationē ⁊ ſic falſa cauſa nō impedit religionē Itē notat de ꝑle.

**Tua nos.**
Teſtes qui ad ꝓbandā cōſanguinitatem ꝓducuntur.a ſtipite debent incipere vel a germanis ꝯputationē Nō tex.qui dicit ꝙ matrimoniū cōtinet multum fauoris.

**Non debet**
Ultra quartū gradū non extenditur ꝓhibitio copule cōiugalis Nō tex. in princi.ſui ꝙ ſtatuta humana qñqȝ variaṅ ꝓpter neceſſitatē ⁊ qñqȝ ꝓpter vtilitatē Itē nota eū in fine ꝙ tanto ſūt grauioꝛa pcc̄a quāto diutius infelicē animā detinēt alligatā ſic.ſ.c. cū haberet.ꝺ eo q̄ du.ī matri ꝫ. Gloſa deſcribit gradus affinitatis

**Uir qui**
Cuʒ vn' diſtat q̄rto gradu et ali' ab alio latere diſtat q̄nto pñt libere copulari Nota g.q̄ docet practicā q̄liṫ debeat cognoſci ī quo gradu alique pſone diuerſaꝝ lineaꝝ ſibi attineāt ⁊ diē tūc pmo recurrēdū ad cōeʒ ꝑentē

## Titulus de conſanguinitate ⁊ affinitate in Cle.

**Eos qui**
Sciente ꝯtrahēs mrīmoniuʒ ī gradu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conſanguinitatis vel affinitatis ꝓ-
hibito vel cuꝫ moniali excõicatꝰ eſt
ipſo iure ⁊ publicari dꝫ ⁊ vitari. Idē
in profeſſo ⁊ ꝓfeſſa vel conſtituto ī
ſacris. vide g. que eſt notabilis

## Tit. de frigi. et malefi.

### Accepiſti

Qui ꝓpt̄ frigiditatē ſeparatꝰ ē ab v-
xore cū alia contrahere neqt. Nō g.
que dicit ꝙ ꝑ ꝯtrariā opis euidētiā
mēdaciū conuincitur. Itē tangit g.
qualiter hoc caſu iurandum ſit

### Quod ſedem.

Pueri et impotentes matrimoniuꝫ
ꝯtrahere nō pñt. Nō g. que videtur
dicere ꝙ idē ſit in ſenibꝰ qđ non eſt
veruꝫ. quia licet ſenes coire non pñt
habent tñ ab vxoribꝰ humanitatis
ſolatium ⁊ ſenes etiam aliqñ ad coi
tum mouentur

### Ex litteris.

Propter artum mēbrū mulier ſepa
ratur a viro niſi medicorū poſſit iu
uari auxilio Nō g. q̄ dicit qñ iuuari
mulier nō pt ꝑ medicū ſine periculo
corporis.

### Conſultationi

Mulierē clauſā ſiue artā pt qs vt ſo
rorē ſꝫ non vt vxorem habere. Nōt
g. ꝙ incredibile eſt ꝙ qs contrahat
cū vxore clauſa. item ſicut papa iudi
cat ſic debemus iudicare

### Laudabilem

Hic habeꝫ qualiter ꝓpter frigidita
tē viri vbi frigiditas ꝓbari bñ non
pt debeat matrimoniū ſeparari Nō
g. que dicit ꝙ hoc caſu nō ſufficit co
habitatio niſi etiā dederint operam
opi carnali. Iteꝫ ꝙ iurare debent ꝙ
vterqꝫ dederit operaꝫ copule carna
li ⁊ ꝑ triennium nō poterāt facere.

### Fraternitatis

Si mulier fuerit adeo arta ꝙ a vi-
ro ꝯgnoſci non pt ſeparari ab eo pt
Nō gl. q̄ dicit ꝙ nihil eſt qđ inutile
eſt ⁊ eſt magiſtra in hac materia qñ
tangitur de artatione mulieris ⁊ de
maleficio atqꝫ impotentia coeundi.

### Litere veſtre

Propter maleficiū pt matrimoniū
ſeparari ſi infra triēnium nō poterit
remoueri. Nō g. ſup verbo ꝯgnoſcē
di que tangit differentiā inter frigi
dum ⁊ maleficiatum. Itē dicit g. de
triēnio ꝙ debent cohabitare ⁊ dare
operam carnali copule

## Ti. de matrimonio contra in terdictū eccīe ꝯtracto

### Littere quas

Matrimoniū nō dꝫ ſeparari licꝫ cō
tra interdictū eccīe contrahatur vel
iudicis factū. imponitur tñ pena ſic
ꝯtrahētibus ⁊ ſeparātur donec cog
noſcatur de cauſa interdicti. hoc di
cit ſm Panor.

### Ex litteris

Iſtud. c. pōt ſūmari ſm Panor. iſto
modo. Sponſalia de futuro cū vna
etiā contra interdictū eccīe contra-
cta non habent dirimere matrimo-
niū poſtea ꝯtractū cum alia. Et nōt
g. vnū ſingulare in. c. pmo ſuper ver
bo diſtrictiū ꝙ licꝫ iudex deferat ap
pellationi nihilominꝰ pt matrimo-
nium interdicere. Iteꝫ tangit an ſen
tentia poſſꝫ fieri ſub ꝯditione ſuper
verbo donec

### De muliere.

Si hi q̄ dicebāt ꝯſanguinei ꝯtrerūt
ꝯtra pceptuꝫ iudicis debēt ſeparari

donec de cā ꝯgnoſcatur. Itē tangit g. in.c.vlt.ſup verbo donec an neceſſaria ſit abſolutio poſt lapſum tp̄is qñ ſñia excōicationis fertur ad tempus vt in g. ⁊ tex. ⁊ dictū ē in.c.nō ē nobis.ś.de ſpon. ⁊ matri.

## ¶ Tit. qui filij ſūt legitimi.

### ¶ Conqueſtus.

Per ſequēs matrimonium fit legitimus añ matrimoniuꝫ in fornicatiōe concept⁹. Nō g. que tangit an cauſa filiationis ⁊ legitimationis ſpectet ad eccīam ꝛc

### ¶ Cum inter.

Ex quo parentes publice ⁊ in facie eccīe ꝯtraxerūt filij ſūt legitimi ante diuortiū nati. Nōt g. ꝙ temp⁹ cōceptionis ſpectandū eſt cū de ꝯmodo alicui⁹ tractatur ⁊ pro iam nato habetur. Item quid ſi infanti moueat̄ queſtio

### ¶ Tranſmiſſe

Creditur parentibus ꝙ aliqs nō ſit eorū fili⁹ niſi ꝑ iudiciū ꝯtrariū ꝓbetur. Nō g. que dicit ꝙ multū hoc caſu valet fama vicinie. Itē ꝙ de hereditate viuentis agi vel paciſci non p̄t. itē dicit ꝙ null⁹ affc̄s vincit paternum affectum

### ¶ Cauſam que.

Non p̄t eſſe vxor que viri ſui thorꝫ maculans alij dū ille viueret ſe copulare p̄ſumpſit. Nota g. que tangit ď auūculo magno ⁊ dicitur talis frat̄ aui mei ꝛc.

### ¶ Lator p̄ñtium.

Qui dicit aliquem fore illegitimuꝫ hoc probare debꝫ ſi aduerſarius ſit poſſeſſione legitimationis. Nō g. q̄liter filius naturalis ſuccedit patri ſi legitimi filij non extant. Iteꝫ nōt g. ꝙ quis com pellit̄ aliquādo ad agēdum ⁊ alī.

### ¶ Tanta eſt vis

Tanta vis eſt matrimonij vt illegitimos faciat legitimos. Meli⁹ ſūmat̄ ſm Panor. Naturales legitimātur per ſubſequēs parentum ꝯiugiū ſpurij vero non. Nō ꝙ g. querit an etiā in caſu hui⁹.c. illegitimi legitimētur quo ad ordines ⁊ alios honores. Itē g. ponit differentiam inter legitimos ⁊ naturales ⁊ legitimos aut naturales filios tm̄.

### ¶ Cauſamqꝫ

Poſt mortē de legitimatione ꝯgnoſcitur ꝓpter bona. Aliter ſic ſm Panor. De cauſa ciuili inter laicos nō cognoſcit eccīa. ꝯgnoſcit tñ quis ſit de legitimo matrimonio nat⁹. Nō g. que diſputat de imperio ⁊ papatu an imperiuꝫ dependeat a papa ⁊ an papa habeat vtrūqꝫ gladium. Iteꝫ dicit ꝙ crimina morte extinguūtur. ⁊ ponit caſus in quibus hoc fallit

### ¶ Perlatum eſt

Legitima eſt proles ꝓcreata ab illa cum qua auctoritate eccīe fuerit matrimoniū contractum licꝫ predictuꝫ poſtea inueniatur illegitimum. Nō qualiter procedendum eſt quando maritus ſe abſentat ab vxore longo tempore ⁊ qualiter vocandi ſūt amici eius.

### ¶ Quod nobis

Nati in clamdeſtino matrimonio poſtea per eccīam approbato legitimi ſunt dicendi. Nō gl. que tangit q̄t modis matrimonium dicat̄ clamdeſtinū ⁊ remittit ad.c.cum inhibitio.ś.de clamdeſtī. deſpon. ꝛc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Referente

Publice honeſtatis iuſticia impediente matrimoniũ filij in eodẽ matrimonio geniti ſunt illegiti. Nõ gl. ꝙ iſtud impedimentũ pu. ho. iuſticie ē perpetuũ quia impedit ⁊ dirimit

¶ Peruenit

Ubi non ↄſtat de matrimonio qui dicit eſſe matrimoniũ illud ꝓbare tenetur Nõ g. que dicit ꝙ ex quo matrimoniũ in facie ecc̃ie eſt contractũ bona fide preſumitur ꝙ filij ſunt legitimi.

¶ Per tuas

Filius natꝰ ex ſponſa de futuro carnaliter cognita legitimꝰ eſt licꝫ nũꝙ̃ matrimoniũ ſit in facie ecc̃ie publicatum. Nõ in tex. ꝙ plꝰ eſt qđ in veritate agitur ꝙ̃ qđ ſimulate ↄcipit̃. nota g. valde nõbilẽ ⁊ ſingulareꝫ q̃ ponit quibus modis pater filium legitimare videtur.

¶ Per venerabilem

Papa nõ legitimat in temporalibꝰ aliene iuriſdictioni ſubditos. Nota tex. q̇ arguit cui ↄceditur maiꝰ etiam ↄceditur minus Itẽ g. tangit de legitimatione in quibꝰ caſibꝰ legitimari p̃t. Item tãgit inter cetera ꝙ tria ſunt bona matrimonij fides proles et ſacramentum

¶ Ex tenore.

Si hñs vxorẽ ↄtrahat cũ alia ꝑmuꝫ matrimoniũ ignorãte filius exinde ſuſceptꝰ legitimꝰ eſt habendꝰ. nõt g. ꝙ bona fides alteriꝰ partiuꝫ ſufficit vt filij dicantur legitimi

¶ Gaudemus.

Si iudeꝰ qui ↄtraxit cũ ↄſanguinea ſua ↄuertatur ꝓles ex tali matrimonio ſuſcepta legitima iudicatur. nõ tex. q̇ tangit de vtilitate ⁊ de opinione ſuꝑ qbꝰ vide etiã gl.

## ¶ Ti. qui matri. accu. poſſunt

¶ Relatum.

Cũ maritus abeſt ex cã legitima in eiꝰ abſentia p̃t matrimoniũ accuſari Uide g. q̃ tãgit qualit̃ ꝓcedendũ eſt contra abſentẽ ⁊ de malicia abſẽtis

¶ A nobis eſt.

In cã matrimoniali nullꝰ auditur ꝓferens teſtimoniũ ꝑ ſcripturaꝫ. nõ g. que dicit ꝙ teſtibꝰ et non teſtimonijs eſt credendũ. Itẽ tangit g. qñ p̃ſumptio inducit ꝓbationẽ ⁊ qñ non

¶ Videtur

Cum impetitur matrimoniuꝫ rõne ↄſanguinitatis ↄtrahendũ vel ↄtractũ dirimendũ pater ⁊ mater et ceteri ↄſanguinei ſunt in accuſatione et teſtimonijs potius admittendi. Nõ tex. notabilẽ ꝙ vnuſquiſq; ↄſiderat ſcire ſuã genealogiã. Itẽ tangit qñ pat̃ recipitur in cauſa filij

¶ Inſuper

Si mulier inuita fuerit deſponſata tñ ex quo ſemel fuit cognita ampliꝰ non poterit matrimoniuꝫ accuſare. nõ g. que ponit metꝰ. Eſt mihi pro facto ſepe qđ eſſe poteſt. itẽ ꝙ carnalis copula remouet omneꝫ allegationeꝫ violentie

¶ Significante

Propter turpẽ queſtũ ab accuſatiõe matrimonij ē mulier repellenda. nõ g. que tãgit quibꝰ modis accuſator repellitur ⁊ an ſymonia põt ↄmitti in matrimonio

¶ Cum in tua.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Cum in tua
Qñ denũtiatiõis tpe q̃s ɔtra matrimoniũ nihil dicit postea nõ audit͡ nisi denũciationẽ ex cã legitima ignoret. Uide g. q̃ videtur q̃rere quid si accuſans tpe denũciationis fuerit abſens vel non intelligens. et qualit͡ hoc probari debeat.

## Ti. de diuorcijs

Siqua mulier
Mulier que machinatur in mortez mariti ſui poſt ipi⁹ mariti deceſſum neq̃t ɔtrahere licz effectũ non habuit talis conat⁹. Nõ g. que tãgit caſ⁹ in quib⁹ matrimoniũ contrahi non p̃t. Itẽ ꝗ punitur conatus cui⁹ non ſequitur effectus
Queſiuit.
Propter ſolam infidelitatem ⁊ non ꝑpter aliud maleficiũ ſunt ɔiuges ſeparandi. Nõ g. que dicit ꝗ vir non p̃t dimittere vxorẽ ſuã ꝑpter furtum vel pro aliquo alio crimine excepto infidelitatis ꝛc
Porro
Sine iudicio eccīe null⁹ p̃t ſuã vxorem dimittere etſi notoriuz ſit impedimentũ. Scdo dicit ꝗ ſine accuſatione p̃t ep̃us de impedimento matrimonij inq̃rere. Nota g. que tãgit an in notorijs ſit ſeruãdus ordo iudiciari⁹ ꝛc
Significaſti
Nõ petit reſtitutionẽ ɔiugis q̃ cõtinẽtiam non ſeruauit etiãſi fuerit iniuſte dimiſſus. Nota gl. que tangit q̃d faciendũ ſit cum alter ɔiuguz alteri materiam adulterandi dedit. itẽ ꝗ p̃textu paupertatis nemo dz turpem vitam ducere
Ex litteris
Propter fornicationez coniugis p̃t repelli qui fuerat fornicat⁹ Nõ glo. que dicit ꝗ ꝓfeſſio in criminib⁹ nõ p̄iudicat niſi ꝑſeueret. Itẽ tex. tãgit de viro q̃ mulieri negauit alimẽta.
De illa
Mulier virũ labentẽ in hereſim ſine iudicio eccīe dimittẽ non dz etiamſi hoc fecerit vt vir a ſuo reuocetur errore ꝑpt̃ ɔfuſionẽ quã mulier videt͡ ſibi facere. quia ab eo recedit.
Quanto.
Iſta decretalis docet q̃liter ⁊ q̃n alter ɔiugũ volare p̃t ad ſcd̃a vota ꝑpter hereſim vel infidelitatez alteri⁹ ɔiugis. Sz ſm̄ Panor. hoc mõ ſumatur. Uinculuz ɔiugale non diſſoluit͡ altero ɔiugum fideliũ in hereſim lapſo. ſed ſi vn⁹ infideliuz ɔiugũ cõuertatur ad fidem ⁊ alter nollet ſibi cohabitare vel nõ ſine blaſphemia vel ſine pcc̃o mortali ſoluitur coniugiũ ⁊ ɔuerſ⁹ cõtrahere poterit. h. d. Nõ tex. ⁊ gl. qui ponũt caſ⁹ in q̃b⁹ q̃s p̄uatur iure ſuo ſine culpa. Itẽ g. ponit metra ſuper eo. c. Deſere ſpernentem vel blaſphemare volentem. Ulte credentẽ ſcelus ad mortale trahẽtem Nam ſunt abſq3 mora tunc vincula rupta p̄ora
Gaudemus.
Iſta decretalis ĩ hac materia eſt notabilis ⁊ magiſtra ⁊ p̄mo querit an pagani qui in gradibus ɔtraxerũt illicitis poſt ɔuerſionẽ poſſunt in tali matrimonio remanere. Item an plures prout in paganiſmo habuerũt poſt baptiſmuz poſſunt retinere vxores. Itẽ tãgit de repudio an hodie apd̃ eccīaz ꝓcedat. itẽ ponit tex.

ꝙ nihil ad nos de his que foris ſunt Item tangit de mendacio ⁊c.

Deus qui
Diſpenſat eccā cū conuerſis de nouo vt vtanē mrīmonio cum relictis fratrum contracto iuxta moſaicā legem De materia huius.c. vide glo. q̄ allegat tibi.c. Olim aliter.viij.q.i.

Titulus de dona. inter virum et vxorem et dote poſt diuortium reſtituēda

Mulieres
Si mulier propter aliquam licitam cām a marito ſuo fuerit ſeparata tota dos ē ſibi reſtituēda. Vide g. q̄ tangit que ſunt cauſe licite ſepatōnis ſcʒ conſanguinitas

Significauit
Facto diuortio mulier recipit doteʒ ⁊ ptem ſuam de rebus ꝯſtāte mrīmonio adq̄ſitis qd̄ verum ē ſi pctm̄ viri fuerit alias non. Nota gl. q̄ ponit caſus in q̄bus fallit reſtitutio

De prudentia
Cū eccā delegat cām mrīmonij ꝑ cōſequēs intelligit̄ ꝯmittere cām dotis. Nota glo. que videt̄ tractare coram quo iudice cā dotis ſit tractanda an coram ſpūali an ſeculari

Plerūqʒ
Propt̄ adulteriū mulier a viro ſepata ꝑdit dotē Nō g. q̄ videt̄ tāgere an vir poſſet de iure ꝯpelli ad recōciliādū ſibi vxorē fornicariā Itē dic̄ g. ꝙ crimina et iniurie ꝓcedūt ex mente.

Et ſi neceſſe
Ubi nō eſt mrīmonium dos aut donatō propter nuptias nō exiſtit. Nō glo. que tāgit de conditōe in tex. poſita ꝙ talis nō dʒ apponi et ꝙ ex improbitate nemo conſequitur actōem

Nuper. a.
Vir non poteſt d̄ iure vxori ſue ī donatōem cōcedere poſſeſſiones ad ipſum quo ad vitam conceſſas niſi dominus conſenſerit Cuʒ nullus ꝑt plꝰ iuris in aliū transferre ⁊c. Item vxor dat viro dotē. et vir vxori donatōeʒ ꝓpter nuptias

Per veſtras
Marito vergente ad inopiam ꝓ dote ſatiſdatio poteſt peti Nota g. que tangit an in dote et in minorībꝰ alendis poſſet committi vſura ſiue fenus Et dicit glo. ꝙ tutor qui ī bonis minoris nihil hʒ niſi pecuniaʒ cogit̄ fenorari ꝓ alimentādo minore

Donatio
Donatio inter ꝯiuges facta ē inualida niſi morte donatoris fuerit cōfirmata et perit ſi reuocet̄ tacite vel expreſſe vel ſi donatiōem recepit poſq̄ʒ debitum carnis ꝑſoluerit Item ſoluto mrīmonio dos redit ad muliereʒ. ⁊ donatio propter nuptias ad virū niſi aliud obtineat conſuetudo

Titulus de ſecūdis nuptijs

Capellanum
Secunde nuptie non ſunt benedicende et benedicens puniendꝰ ē Nō gl. que dicit iſtud intelligendum fore ꝑma vxore viuente et ad exhortatōem cōtinentie. et ſic ſacerdos nō dʒ intereſſe clandeſtinis ſponſalibus

Dominus noſter
Non debʒ matrimonium contrahere mulier donec ſibi cōſtet de morte primi mariti. nota glo. que dicit ꝙ ī dubio ſemp preſumit̄ ꝓ matrimonio qd̄ fieri debʒ niſi quando dubitatur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

an contractum ſit vel non Item nōt gl. ꝙ hoc caſu id qđ ab initio valuit poſtea infirmat̄ ꝛc

¶ Uir autem

Uir aut mulier ad bigamuꝫ trāſiens nō dꝫ a preſbitero bn̄dici. qꝛ cū alias bn̄dicti fuerint eoꝝ bn̄dictio iterari nō dꝫ. Itē tāgit glo. de ſacramentis iterādis et de conſuetudine circa iſta

¶ Super illa

Mulier mortuo marito ſuo p̄t infra tps luctus ſine infamia alteri nubere Nota glo. que tangit cām qꝛ cū apoſtolus dicat nubat in dn̄o ⁊ tps non adijciat nec nos adijcere debem⁹.

¶ Cum ſecundū

Ut ſupra capitulo primo. Nota gl. que tangit et etiam text. ꝙ licet mulier infra annū luctus marito ſuo mortuo poſſet alteri nubere ſm canones tamen videtur ſe dehoneſtare et facere ſeipſam ſuſpectam ꝙ viuente p̄mo marito incontinenter vixit. ac etiam exhibet ſe fuiſſe ingratam primo marito et eum non multum dilexiſſe in vita mariti ſui et ideo puniri debent pena legali contenta in legibus ī gl. allegata ꝛc. Aliter tamen ſentit gl. ꝙ ſcꝫ omnis pena ſit abolita vide eam Item etiam tenet abbas

¶ Et ſic eſt finis quarti libri decre·

¶ Incipit liber quint⁹ decretaliū

¶ Titulus de accuſatōnib⁹ inquiſitionibus et denunciationib⁹

Si legitimus

Accuſatus fatigari nō debet ſi accuſator nō fuerit legitimus Notat glo. ꝙ accuſator debꝫ eſſe bone fame nec inimicus accuſati ⁊ ſine crimine. Item dicit gl. ꝙ geſtans trabē in oculo proprio feſtucam nō poteſt eruere de oculo fratris ſui

¶ Siquis

Si ep̄s denūciat⁹ fuerit ⁊ poſtq̄ charitatiue monitus fuerit cām ſuā non emendet ⁊ eam corrigere noluerit ad p̄mates cauſa ei⁹ deferat̄ Nota gl. ꝙ in denunciatōne ad penitentiam p̄cedere dꝫ monitio ſecus ſi ad infligendum penaꝫ. et glo. alle.

¶ Illa prepoſitorum

Ad accuſandū abbatē non admittitur niſi monachi ⁊ illi quoꝝ intereſt Nota glo. ꝙ hoc caſu intereſt monachis Item intereſt patronis Itē intē eſt parochianis Itē ꝙ ſentētia debꝫ abſoluere vel condemnare

¶ Omnipotens deus

Cū aliquis accuſatur vel denunciat̄ vel cōtra eū inquiritur ſtatim ē grauata ei⁹ opinio vt interim non debeat promoueri. Et an valebit electio iterū de eo facta vide Inno. in c. Accuſatū de ſimonia

¶ Nulli ep̄orum

Ep̄s non poteſt a ſua accuſatione repellere familiarem accuſantem q̄uis fuerit criminoſus Notat glo. de familia ꝙ ep̄us precipue debet habere honeſtā familam et imputet ſibi qui malā tenet familiā. Itē mores famulorum quos approbo poſtea reprobare non valeo ꝛc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# De accuſationibus ꝛc̄ in anti.

¶ Debis
De delicto vnius hominis nō debet niſi ſemel accuſari Notat gl. ꝙ crimina ſemel dimiſſa iterum in vltōez venire diuina clementia non patit̄ et d̄ delicto vnius hominius ſepius queri non debet niſi in duobus caſibus in glo. poſitis. et alle.

¶ Repellantur
Cohabitantes inimicis accuſati repelluntur ab accuſatione q꞉ infeſtationes blaſphemie affectio ſolet amicicie incitare. Nota glo. que dicit ꝙ cohabitās inimico meo p̄ſumitur inimicus meus

¶ Accuſaſti
Accuſans aliquem qui propter ſuā accuſatōez occiſus eſt niſi fecerit hoc pro pace. xl. diebus in pane et aqua cum ſeptem ſequentibus annis penitere deb꞉ Sed ſi debilitatus fuerit ꝑ tres quadrageſimas penitere d꞉. ꝛ intellige iſta d̄ illo q̄ iniuſte accuſat. ſ. per calumniam quia ille qui iuſte accuſat reus non eſt

¶ Euidentia
Euidēs delictū nō ē op⁹ in accuſatōne ꝓponere. Notat glo. hic vnū fore caſum notorij ſc꞉ per euidentiam facti Item dicit ꝙ in confeſſum nō ſūt ꝑtes iudicis niſi ſnīam dare

¶ Cum. p. manconella
Laic⁹ clericū etiā de excepto crimine accuſare nō p̄t. qd̄ intelligendū eſt vt dicit gl. qn̄ ſc꞉ inimicicia eſt int̄ eos et mala preſumptio. Notat gl. ꝙ numerus compurgatoꝝ eſt arbitrari⁹. Item qualiter ꝓcedi d꞉ qn̄ purgandus compurgatores hr̄e neq̄t

¶ Ex parte tua
Monachi ſuū p̄nt accuſare abbatem et expenſas habēt de monaſterio. et hoc verū niſi eſſent excōmūicati vel inimici vel cōſpiratores Notat g. ꝙ monachi hoc caſu p̄nt accuſare abbatem. non obſtante ꝙ iurauerunt ſibi obedientiam. Item tangit glo. in fine an monachus ſtans ī ſtudio poſſet agere

¶ Si conſtiterit
Si clericus accuſat⁹ vel denūciatus ꝯfiteat̄ ꝙ poſt ebrietatē an̄ dormitōnem celebrauerit miſſa꞉ ꝛ ſuꝑ hoc cōuincatur ſuper repetitōe eccleſie amplius nō audit̄. Notat glo. qd̄ ſit eccleſiam hr̄e in commendā Ite꞉ qd̄ ſit ꝑnoctare ꝛ de ebrietate

¶ Meminimus
Qui ſemel tulit matrimonium in criminali cōtra aliquem eū poſtmodu꞉ accuſare nō poteſt. nota ꝙ ille p̄ſumitur inimicus alicuius q̄ ſponte contra eū in cauſa criminali teſtit̄ omni꞉

¶ Licet in beato tulit
Si accuſator in aſſignato termīo nihil dicat amplius nō audit̄. Vel ſic. An̄ inſcriptōem poteſt accuſator deſiſtere quandocunq꞉. nota tex. q̄ dicit nihil de contingentibus omittendū fore. Itē dicit de odore bone opinionis. notat g. ꝙ iudex nō debet ſtatim abſoluere. Item ꝙ hoc caſu quis tenetur iniuriam ꝛc̄

¶ Veniens
Qui iurat ſe nō accuſaturū aliquem ampli⁹ eu꞉ nō poterit accuſare. nota gl. q̄ in hoc ē ingrā et ſingularis tangens an ī cauſa criminali p̄t interuenire ꝓcurator Et in quib⁹ caſib⁹ hoc fallit Item dicit ꝙ publice vtilitatis eſt abſentes a quibuſcunq꞉ defendi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ quelibet ꝓ eo verbũ faciẽtẽ audiri

### Super his

Denunciator criminis non inſcribit
accuſator inſcribit Excipiens etiã in
ſcribit ad penã extraordinariã ſi exce
ptio illa deijciat ab obtẽto alias nõ
Item ad excipienduz de crimine ad-
mittitur ꝓcurator. Notat glo. caſus
in quibus non requiritur inſcriptio.
Item dicit glo. quid ſit inſcriptio. et
ad quid obligat ſe inſcribens.

### Qualiter et quando

Si inqſitores in inqrẽdo errauerint
et in ꝓceſſu pñt ipſi ꝺ nouo inqrere
Nota text. notabilẽ qui primo dicit
ꝙ non debent naſci iniurie vnꝺ iura
naſcũtur Item dicit ꝙ non debz illũ
pudere qui alijs preeſt vt errorem ſu
um corriget. Nota gl. que tangit an
iudex errans in ſententia poſſet eam
denuo pronunciare ⁊ corrigere. et g.
alle. ad hoc iura. Item tãgit glo. que
via dicatur via regia ſcz via iuſticie.

### Cum dilecti

Propter crimen in modum inqſitio
nis probatũ poteſt eps a ſua eccã re-
moueri Notat g. ꝙ non creditur iu-
dici in ꝑiudiciũ alteri⁹ ꝑtis niſi qua
tenus conſtiterit ꝑ legitima documẽ
ta Item tangit glo. de dilapidatõne
ſimonia et naufragio

### Cum propter

Teſtificari nec inquiſitõez poſſunt ꝓ
ſequi inimici Nota gl. que querit an
ne criminoſi et infames repellãtur a
denunciatione. Item dicit ꝙ hereti
cus admittitur. Itẽ tangit g. qles ini
micicie et qualis amicicia repellit a
denunciando et teſtificando. et con-
cludit glo. hoc iudicis arbitrio relin
quendum fore ⁊c

### Cum dilectus

Denunciantes epm repellunt tribus
caſibus in hoc capitulo contentis. ſ.
ſi ſunt concubinarij publici. Item ſi
charitatiua monitio non ꝓceſſit Itẽ
ſi fuerint conſpiratores contra epm

### Inquiſitionis

Si crimen in modũ inqſitionis eſt ꝓ
batum et impedit etiã poſt penitẽtiã
ordinis executõem vel bñficij retẽtio
nẽ procedit ſicut in accuſatõnis iudi
cio. alias proceditur ſm arbitriuz iu-
dicantis Item contra non infamatũ
ſuper veritate criminis inqri nõ debz
etiã ſi libellus diffamatorius ſit i oc-
culto porrect⁹. aut teſtis iurat⁹ ſe de
putat illius contra quẽ producit ini-
micũ. nec etiã ſi tm̃ conſtet ꝑ famã ſed
indicet illi purgatõ canoica que qdẽ
duoꝝ vel triũ fama nõ infamat Nõt
glo. ꝙ in nullo occulto crimine impe
ditur executio poſt peractam penitẽ
tiam preterꝙ̃ i homicidio et ſimonia
et glo. alle. ad hoc iura.

### Ad peritõem

A nõ ſuo iudice facta inqſitio poteſt
a domino papa rata haberi. Vel ſic.
nulla eſt inquiſitio vbi ordo iudicia
rius nõ ſeruatur. Vel ſic. Si inqſitio
ꝑ papam delegetur ſpecialiter de ea
legat⁹ ſe intromittere non pt Tangit
glo. quando ius videt cõſentire in iu
dicem Itez an probationes facte co
ram non ſuo iudice preiudicant.

### Accedens

Exceptio criminuz nõ retardat poſ-
ſeſſionem dandã electo niſi electus ſu
per his publice fuerit diffamat⁹ No
ta tex. qui videtur ſubtiliter innuere.
ꝙ vbi alicui indicit purgatio ſi defi-
cit in purgatione proceditur contra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ip̄m ſicut ante purgatōem
¶ Qualiter et quādo
Supioꝛ contra ſubditū ſuū maxime
p̄latū ſuꝑ his d̄ quibꝰ eſt infamatus
inq̄ret et tunc eū vocabit ⁊ tradet ca
pitula et dicta et nomina teſtiū ⁊ co
pias excipiēdi et defendendi ei dabit
Et ſi repiat̄ nocēs ⁊ grauit̄ deliq̄ſſe
remouebit̄ ab adminiſtratōe. hoc autē
in regularibꝰ nō ſeruat̄. rō aſſignatur
in fine tex. Nota ꝙ p̄lati ſunt poſiti
ſicut ſignū ad ſagittā. et ꝙ ſubditi nō
faciliter dn̄t admitti ad accuſatiōem
prelatorū ſuoꝝ Et iterū ex tex. nota
ꝙ accuſatōem dꝫ p̄cedere legitima in
ſcriptō. denūciatōeꝫ charitatiua mo-
nitio et inq̄ſitōem clamoroſa inſinua
tio Itē nota bn̄ glo. huiꝰ capituli q̄ ē
ſingularis et magiſtra ī hac materia
¶ Sicut olim
Metropolitani ſingulis annis cōci-
lium ꝓuinciale celebrent ad corrigen
dos exceſſus et mores reformandos
et ꝑ dioceſim certas ꝑſonas ꝯſtituāt
q̄ oīa inueſtigent et in ſequenti ꝯcilio
referant Et q̄ hoc ſtatutū neglexerit
obſeruare ab officio ſuſpendatur
¶ Olim I
Inq̄ſitio cōtra religioſos dꝫ abſq̄ ſo
lennitate et ſtrepitu iudiciario expe-
diri Vel ſic. pendē. inq̄ſitōe cōtra ab
batē ad ſuorū monachoꝝ inſtantiaꝫ
impetrata ipſis monachis nō debet
inferre grauamina ipe abbas propt̄
q̄ inq̄ſitio deferat̄ Notat g. ꝙ cā ince
pta int̄ p̄latū et ſubditū ſuſpenſa ē iu
riſdictio p̄lati ac ſi eēt ab eo appella
tum. et glo. allegat
¶ Prelatorum exceſſus
Pendēte inq̄ſitōe de dilapidatōe cō-
tra p̄latū interdici ſibi dꝫ omne ge-
nus alienationis Notat glo. ꝙ cons
tus cupiditatis eſt per iuſticiam co-
ercendus Itē tāgit etiā glo. de penis
malꝰ infligēdis Itē quos timor di ꝛc̄

¶ Titulus de accu. inqui. et denun.
li. vi.

¶ Poſtq̄ coram eo
Qui ꝯfeſſus ē crimē ſuū corā inq̄ſito
re puniri dꝫ. nō obſtante ꝙ cōfeſſus
poſtea excipit ſe de eodē crimīe cōfeſ
ſo nō fuiſſe in antea ſeu ꝑus diffama-
tum. ac etiam ꝙ inq̄ſitor eidē nō tra
didit capitula ſuper quibꝰ fuerit ac-
cuſatus vel denunciatus
¶ Si is qui
Si cōtra inq̄ſitorē a papa cōtra ali-
quē datū nō excipit̄ ꝙ ꝑmo ſuꝑ fama
inq̄rē debeat poſtea de eodē ꝯtra ipꝫ
exceptō data eſt inualida qꝛ ꝑmo de-
buit hoc facē ⁊ ī ꝑncipio ꝓceſſus in
q̄ſitoris reclamare vel cōtra ipm ap
pellare Itē g. tāgit an excommunica
tus poteſt denunciare

¶ Titulus de calumniatoribus
¶ Cum fortius
Subdiaconus qui calumnioſe accu-
ſat diaconū priuatur ordine ſubdia
conatus et verberibus publice caſti
gatus dꝫ ī exiliū deportari Nota g.
ꝙ ex perſona aggrauat̄ iniuria et q̄
ꝑpoſito ſuo manꝰ intulerit capite pu
nit̄ et auget̄ crimē dignitate ꝑpoſiti.
¶ Cum dilectus
Denunciator criminis in ꝓbatōe de
ficiēs ab officio et beneficio ſuſpēdit̄
donec ſuā innocentiā purget Notat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

g.ꝙ ſi denūciās nō ꝓbat qd̄ intēdit calūniari pſumit̄ Itē tāgit g.q̄liter ꝓbabit̄ ꝙ quis calumnioſe non denunciauit et videtur ꝙ ꝑ iuramētū ſuū

## Titulus de ſimonia

**In ordinando**

In ordinatiōe clerici nec ep̄s manū nec archidiaconus vocē nec notari⁹ ſcripturam vendere debet Glo. dicit ꝙ notarius hoc caſu qui nihil habet de publico poteſt gratuito ⁊ ſine pacto oblata recipere. et alle.

**Qui alium**

Qui ordinatū in ecc̄a ꝑ pecuniaȝ expulerit et eam ſibi ſic vēdicauerit deponi debȝ Notat glo. ꝙ hoc caſu duplex committit̄ peccatū in recipiēdo pecuniā ⁊ locū viuentis occupando

**Si dominus**

Quilibȝ catholic⁹ admittit̄ i teſtimoniū ꝯtra ſimoniacū nulla diſtinctōe facta. et tāgit g. an hereticus etiaȝ admittatur contra ſimoniacum vel pagann⁹. et ar. a contrario ſenſu ꝙ non

**Accuſatum**

Pendente accuſatione ſimoniaci ſup ſimonia diffamari, nō debet ſimoniacus ad celebrandum miſſas admitti. Nota glo. que querit anne ipſo iure ſimoniacus publicus ſit ſuſpēſus cuȝ ipē videat̄ hr̄e caracterem vicioſum.

**Quotiens**

Ut ſupra capitulo proximo ſȝ precedens capitulū loquit̄ in accuſato diffamato. iſtud vero. c. loquit̄ de inq̄ſitione. illud loquit̄ de ſimoniaco i genere. iſtud declarat de ordine Notat g. ꝙ prelatorum ē inquirere d̄ exceſſibus ſubditorum

**Sicut ſimoniaca**

Inter oīa alia crimina citi⁹ debȝ cōtra ſimoniacū procedi Et q̄uis ꝙ i aliis criminib⁹ luce clariores dēnt eſſe ꝓbatōes. ſigna tamen habentia aliquam ꝓbabilitatē admittūtur. vl̄ ſic ſm panor. Simoniacus ē deponend⁹. h. d. Nota g. que dicit quo peccatū ſit grauius an homicidium an ſimonia.

**Tanta eſt**

Serui ꝯtra ſuos dominos et quilibȝ crimināſi admittūtur ad accuſandū ſimoniacuȝ Et oīs peccator miſſam celebrare poteſt pret̄ ſimoniacū queȝ quilibȝ ut remoueat̄ ab ordine male ſuſcepto accuſare p̄t etiā meretrix

**Non ſatis**

Pro ſpūalibus non debȝ exigi pecunia vt ab intrantibus religioneȝ nec regimen eccleſiarū pro aliquo cōmittatur precio. nec ꝓ ſepultura criſmate vel oleo aliqua diſtribuantur cū pacto pecunia ⁊c

**Cum in eccleſie**

In his q̄ ſimoniā inducūt non valet aliqua conſuetudo Nota g. q̄ arguit ꝓ et ꝯtra et videtur ꝙ ex pacto nihil dari debeat et non debet aliq̄d ſaltē tp̄ale exigi ſȝ quod offert̄ p̄t recipi licite ex poſt facto Item tangit glo. ꝙ ꝓ mr̄imonio licite aliq̄d accipit̄. nō tamen pro bn̄dictōne nubentium. q̄r grā in ea confertur

**Cum ſit**

Epiſcopus in conſecrando eccleſias nihil debet petere ꝓcurationem tamen poteſt exigere. Nota gl. q̄ dicit ꝙ epūs iuris auctoritate procuratōnem accipit et non pro labore Et q̄ peccat legis auctoritate non videtur peccare Itē q̄d ſi ecc̄a non hȝ vnde

¶ De hoc autem.
Conuicti vel cõfeſſi de ſymonia vel notorij deponãtur ĩfamatis indicit̃ purgatio quaꝫ ſi preſtare nequerint deponantur Nota g. que tangit qñ ꝓfeſſio p̃iudicat ⁊ qñ nõ . itẽ ꝙ nõ ẽ beneficiũ qđ fit ex nc̃itate. Jtẽ tãgit g. de conſenſu patroni ⁊ cui hoc caſu pecunia ſit reſtituenda ⁊c.

¶ Cum eſſent.
Symonia ꝯmittitur ſi pro ꝓſecutione alicui⁹ negotij ꝓmittat̃ bñficiũ nõ gl. que eſt ſingularis ⁊ notabilis expediẽs ſe qualiter ⁊ quando quis põt ſeruire ep̃o et prelato ſub ſpe remunerationis cõſequendo bñficiuꝫ.

¶ Inſinuatum eſt.
Symoniac⁹ notorius in bñficio a bñficio deponit̃ . idem ĩ infamato q̃ ſe purgare nõ p̃t. nõ glo. q̃ tangit q̃t pſone requirantur in purgatiõe ep̃i item q̃t in ſacerdote ⁊c. ⁊ ponit verſ⁹
Pontificẽ parcũ man⁹ expurgat duodena. Quinta ſacerdotem leuitam tertia pena. Maior maiori minor eſt adhibenda minori

¶ Nemo p̃bꝛoꝛum.
Relaxare crimen alicui⁹ ꝓpter pc̃iũ vel recõſiliare aliquẽ non penitẽteꝫ vel minus digne penitẽtẽ vel reconſiliationẽ alicui⁹ impedire ꝓpter pc̃ium ſymoniacum ẽ. Tangit g. an q̃s poteſt capere pecuniam ad capiendum furem ⁊c

¶ Querelam
Ecc̃ia emi vel redimi non p̃t. nõt g. ꝙ nullũ ſpirituale vel ſpũali annexũ p̃t vendi vel emi. itẽ tangit an prelatus poſſit emere vel vendere caplo ſuo irrequiſito. ⁊ ar. pro ⁊ cõtra

¶ Ea que
Nihil eſt pro criſmate exigendũ ec̃ ſi hoc habeat conſuetudo . Nõ gl. ꝙ bona denominatio maluꝫ non excuſat. quia q̃dcũq̃ nomen imponit̃ ſymonia eſt. ſimiliter dicitur de vſura Jtẽ dicit ꝙ de ſui natura malum eſt vendere ſacramenta ⁊ in veteri teſtamento fuit prohibitum

¶ Ex diligenti.
Qui pro bñficio ecc̃iaſtico facit homagium ſymoniã ꝯmitit. Tangit g. ꝙ venia non datur niſi correcto. itẽ ꝙ ſymonia iure diuino ⁊ humano ẽ ꝓhibita. itẽ dicit ꝙ diſcret⁹ ꝯfeſſor ſiue penitẽtiari⁹ eſt querend⁹

¶ Etſi queſtiones
Cardinalis ꝓ palefredo a nobili viro recepto ſymoniã non preſumitur ꝯmiſiſſe. Nõ tex. q̃ ponit ea que ſunt conſideranda in donatiõe ſcꝫ pſona dantis et accipientis. Jtẽ qualitas muneris ⁊ donatiõis temp⁹. itẽ tangit g. notabilia circa munera

¶ Ueniens
Ei qui dedit reſtituitur pecunia cũ inuenitur tota ecc̃ia deliquiſſe. Tangit gl. ꝙ conſuetudo non valet ꝙ ꝓ paſtu etiam aliquid detur in mg̃ ei ſu religionis. itẽ graui⁹ punitur auctor ſceleris qui prohibere debuit. ⁊ g. alleg.

¶ Ex tue fraternitatis
Occult⁹ ſymoniac⁹ vt abſtineat monendus eſt non cogendus Tangit g. ꝙ intẽtio eſt inſpiciẽda. iteꝫ ꝙ furtũ nõ ꝯmittitur ſine affectione furandi item tangit an ſymoniacus ip̃o iure ſit ſuſpenſus.

¶ Ad noſtram
Pro miniſtẽio ecc̃iaſtico celebrãdo ſiue pro vicarijs aſſignandis ſeu ꝓ criſmate nullaten⁹ pecunia exigatur ꝓut etiã ſupra tactũ eſt in. c. ſ̃. eodẽ.

non ſati s ⁊ dicetur etiã infra.e.intm̃

¶ De ſymoniace.

Simonia ce ordinati neſciẽter quia
ſymoniaci nõ ſunt pñt diſpenſatiue
in ſuis ordinib us remanere. Notat
g.ꝙ poſtꝙ̃ ꝯſtiterit eis de hoc ꝙ ſy
moniace ordinati ſunt debent renun
ciare ⁊ alle.iura.

¶ Mathe⁹ cardinalis.

Non eſt aliqͦ preſtandũ ꝯtradicen
tibus electioni anteꝙ̃ electo plenuꝫ
ius fuerit adqͥſitũ. Glo.tãgit an vo
luntas turbata ſit voluntas. Itẽ ꝙ
malorũ mores infirmitas animi nõ
excuſat. Itẽ tãgit tex.⁊ doc.an ⁊ qͥlr̃
ſecretũ confeſſionis p̃t manifeſtari

¶ Ad aures.

Pro abſolutiõe excõicationis nihil
eſt exigendũ. Glo.nõt ⁊ q̃rit an etiã
dans pecuniã ꝓ abſolutiõe ſit ſymo
niacus.quia nõ dubitatur de recipi
ente.item querit quid de expenſis cõ
tumacie excõicati

¶ De regularibus.

Iſta decre.docꝫ qͥliter ꝓcedendũ ſit
cũ regularib⁹ ꝑ ſymoniam receptis.
Vel ſic ſm panor. Monachi ꝑ ſymo
niã recepti ſi ſũt ſymoniaci ad artio
ra monaſteria transferũtur.alias p⁹
renũciationẽ vel ĩ eiſdẽ vl'ĩ aliis mo
naſteriis eiuſdẽ ordinis poterũt col
locari. Gloſa.querit an ſymoniaco
licet renũciare eccĩe ſine licentia epi

¶ Ex inſinuatione

Symonia ꝯmiſſa per patrem nocet
filio. Tangit g.ꝙ hoc caſu factũ alte
ri⁹ alteri nocꝫ etiamſi ignoret ⁊ ſine
culpa qđ eſt mirum Itẽ tangit g.an
capitulũ poſſit diſpenſare cũ ſymo
niaco ignorante.item dicit ꝙ ille di
gnus eſt miſericordia qui alieno vi

cio laborat ⁊ non ꝓprio

¶ Nobis fuit.

Electio facta ſymoniace ignorante
electo caſſatur niſi pecũia fuerit da
ta in fraudem ⁊ epũs cũ tali diſpen
ſare non p̃t. Tangit g.ꝙ ſi electores
ꝓpter pecuniam ad eligendum moti
non fuerint non caſſatur electio.tan
git etiã g.ꝙ nulla miſericordia ẽ ha
benda cũ ſymoniace electo ſcienter
gl. alle.

¶ Dilectus filius

In beneficiis poſſũ vexationẽ meã
redimere cum mihi plenũ ius fuerit
adquiſitum.ſecus ſi nulluꝫ ius mihi
fuerit adqͥſitũ. Tangit g.an ⁊ qñ licꝫ
redimere vexationes.iteꝫ dicit quid
ſit pena concuſſionis

¶ Quam nobis.

Pro bñdictionib⁹ nubentiũ ⁊ exeq
is mortuorũ nõ eſt pecunia exigẽda
Nõt g.ꝙ eps iudex ⁊ ſacerdos pñt
capere ſũptus .iteꝫ ꝙ ſacerdos p̃t lo
care operas ſuas qui aliunde nõ hꝫ
⁊ poteſt petere a ſubditis vt teneãt
circa predictas p̃ſtationes laudabi
lem conſuetudinem.

¶ Dilectus.

In hoc.c.habes qualiter ſit in mo
dũ accuſationis vel inquiſitionis ꝓ
cedẽdũ ꝯtra ſymoniacos regulares.
Itẽ tãgit g.aliquos caſus in quib⁹
pactũ ſiue ꝯditiones licꝫ interueni
re in ſpũalibus. Item tãgit qualiter
ꝓcedendũ ſit cõtra collegiũ vel vni
uerſitatẽ.itẽ ꝙ ſentẽtia lata ꝯtra dã
tem rõne ꝯnexitatis preiudicat reci
pienti

¶ Licet hely.

Is contra quẽ inqͥritur de ſymonia
non p̃t teſtes repellere ꝑ exceptionẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

furti ſeu adulterij ſed ꝑ ꝯſpirationē
hñ pͦt. vel ſic. Monachi de ſymonia
ꝑiurio ⁊ dilapidatōe ac inſufficiētia
pñt accuſare ſuū abbatem ⁊ vide g.

Per tuas

Ponitur caſus iſti⁹. c. in verſib⁹ iſtis
Qualiter in qualē ꝑ q̊s que culpa ꝓ
batur. Adde modū zeli ſic diſtingue
ſicȝ beli. Nō g. que eſt nōbilis ⁊ ſin
gularis qui ⁊ quales teſtes ſunt in
ſymonia admittendi

Sicut tuis

Nō imputatur electo ꝯfirmato cuȝ
ipo ꝓhibente ꝓ ipi⁹ ꝯfirmatione pe
cunia data fuerit. Itē tangit g. vnū
ſatis notabile de excōicatione ſcȝ ꝑ
que verba fertur excōicatio. itē dic̄
ꝙ abbas ꝯfirmatus pͦt excōicare et
etiam poꝛ. itē tangit g. an ſñia excōi
cationis ferri pͦt ſub conditione.

Tua nos.

Tpe īgreſſus pͦt quis id qͦd vult ec
cleſie pura intētione donare. Uel ſic
⁊ clari⁹ ſm Panoꝛ. Si cleric⁹ cū pa
cto ꝯfert eccleſie bona ſua vt in ipſa
recipiatur in canonicū ⁊ illa ſibi re
tineat pro prebenda ſymonia ꝯmit
titur. Nō g. ꝙ aliqͥs pͦt licite ꝓ ꝓben
da rogare vel vt in canonicum reci
piatur alicui⁹ eccīe. Iteȝ dicit tex. ꝙ
eccīa non iudicat de occultis

Per tuas

Ordinat⁹ vti pͦt ſuſceptis oꝛdinib⁹
licȝ oꝛdinatoꝛ dicatur ſymoniac⁹ ſi
oꝛdinat⁹ hoc pꝛobabiliter ignora
uit. Nō g. que dicit ꝙ vis animo fie
ri non pͦt coꝛpoꝛi tñ pōt. Uñ vulgo
dicitur denchen is tzol vrij. Itē tan
git tex. ⁊ etiam g. ꝙ edificans cōtra
conſcientiam ⁊c

In tantum.

Pro criſmate ex nominis variatiōe
nihil eſt recipiendum. nec archidia
conus ꝓ inueſtitura neqȝ pecuniam
nec decani albā vaccaȝ recipe debēt
Nota tex. qui tāgit de illo qui ꝑmo
recipit ꝓciū añꝙ̄ tradat rem. item
gratis gratis debet fieri ⁊c

Per tuas.

Pro ꝓñtatione ad certū titulū faci
enda nō eſt aliqͦd pꝛomittenduȝ. vel
ſic. Qui remittit actionē ad bñficiū
ex intitulatiōe adquiſitum ſymoniā
ꝯmittit. Tangit g. quis poteſt diſpē
ſare in ſymonia

Conſulere.

Adminiſtrationē rerū eccīarū ꝑ pe
cuniā adquirere ſymoniacū eſt. Ar.
g. ꝙ ſola volūtas facit aliquē ſymo
niacū. ⁊ hoc non eſt veruȝ dūmodo
voluntas ſit contenta ſuis terminis

Sicut pꝛo

Ratiōe conſuetudinis nihil ē ꝓ ſpi
ritualib⁹ exigendū. Notat g. ⁊ arg.
ꝓ ⁊ ꝯtra etiā ex ꝯſuetudine poſſȝ ali
quid exigi peti atqȝ recipi ꝓ ſpūali
bus. ⁊ vide hic Hoſti. ſingulariter.

Quoniam

Ponit hec decre. qualiter procedē
dum ſit cuȝ monialib⁹ monachis ac
etiā alijs regularib⁹ ſymōiace rece
ptis in ſuis monaſterijs. Et ſic ſm
Panoꝛ. ſūmatur Religioſi pꝛecio re
cepti vna cuȝ recipientib⁹ de mona
ſterio expelluntur ⁊ in artioꝛib⁹ mo
naſterijs ad agendū pñiaȝ detrudū
tur. ſed recepti ante iſtud conſilium
ponebantur in alijs locis eiuſdem
oꝛdinis niſi multitudo ſit ī cā. ita tñ
ꝙ renūciatur ꝑme receptiōi ⁊ de no
uo recipiuntur. h. d. Tangit g. ꝙ mo
niales vbi ſūt notabiliter pauperes
poſſunt recipe aliaȝ dūmodo habe
at victum ⁊ tantum poꝛtet ſecum ſi



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoc non fiat in fraudem ꝛc

¶ Audiuimus.

Symoniacū eſt aliquē ꝓhibere inſtitui vel impedire habitū religiōis aſſumi ꝑtextu muneris exigēdi. nōt g. an liceat alicui redimere ius ſuum ſiue vexationes iniuſtas

¶ Ad apoſtolicam.

Eccleſiaſtica ſacramēta ſunt libere ꝯferenda ⁊ ꝯſuetudo laudabilis circa ea eſt ſeruanda. nō gl. que dicit ꝙ ꝑtextu pietatis nō eſt faciēda impietas. Itē dicit ꝙ laudabilis ꝯſuetudo eſt circa ſacramenta ſeruanda.

¶ Ne dei ecciam

Pro inſtallationib⁹ abbatuꝫ cyſterciensiū ſolennitates ſeruari non debent ⁊ qualiter epo eoꝝ dioc. iurare debent determinat hoc. c. Nō ꝙ ſubiectio nōt dn̄m. obediētia iudiceꝫ. et reuerentia nōt patrē in iuramentis vt hic notant doct.

¶ Jacobus canonicus

Pretextu ꝯſuetudinis non ꝑt exigi prandiū a canonico de nouo recepto. Nō g. ꝙ hoc caſu ꝯſuetudo magis preiudicat ꝙ̄ profectū aliquem faciat ⁊ dicit ꝙ ꝓ paſtillis nihil exigi debꝫ

¶ Si quis ordinauerit

Symoniacū eſt aliquē ordinare vł ꝑntare ſuꝑ ꝓmiſſione ꝙ eos nō inquietet ſuꝑ ſua ꝓuiſione. Nō glo. q̄ dic̄ qd fit ſymonia. Iteꝫ ꝙ remittere fit idē qđ dare. itē tāgit de affectu ſiue opere ꝛc

¶ Mandato noſtro

Symoniaci ex ſolo affectu animi ꝑ pn̄iam ſuo pn̄t ſatiſfacere creatori. Arguit g. ex hoc. c. ꝙ ꝑncipis bn̄ficium eſt late interpretandum. Item ꝙ cui ꝯceditur min⁹ ꝯceditur ⁊ maius cū min⁹ ꝯcludatur in maiori. l. ſ. ꝯ. i. ff. de ver. ob. ⁊ in Barto. itē tangit an ſola volūtas vel affect⁹ animi facit aliquē ſymoniacū

## ¶ Ti. ne ꝑlati vices ſuas vł ecc. ſub annuo cenſu cōcedant.

¶ Preterea

Qui dant pecuniā vt epalē vel aliā iuriſdictioneꝫ exerceant officio ſuo ꝑuantur. ⁊ cōferens illud ꝯferre nō poterit ⁊ alias canonice puniet. ar. g. an qn̄ eps vices. i. iuriſdictionem ſuam poteſt cōmittere

¶ Quoniam

Regimen eccie ſub annuo cenſu cōmitti nō dꝫ. Nō g. q̄ dicit ꝙ eps vł ali⁹ ꝑlat⁹ ſi eccie ſue ꝑeſſe non ꝑt iuſta de cā ꝑt ponere vicariū ⁊ illi de fructib⁹ eccie ꝓuidere.

¶ Querelam

Fruct⁹ ecciarū ſub annuo cenſu pn̄t ꝯcedi. Nō g. q̄ dicit ⁊ querit an ſucceſſor locantis ecciam. i. fruct⁹ eccie ſue debꝫ ſeruare locationeꝫ ꝑdeceſſoris ſui. Iteꝫ tangit g. q̄tuplex ē eccleſia ⁊ quot modis ſumit hoc nomen eccia ꝛc

## ¶ Ti. de magiſtris

¶ Quoniam eccia

In qualibꝫ cathedrali eccia vnus magiſter in grāmatica eē dꝫ ⁊ pro licentia docendi nullū ꝑciū exigat Nō g. que dicit ꝙ magiſter dicitur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a monēdo ſiue monſtrādo.itē q̄ ali-
os docꝫ ab alijs tunc edoceri nō. dꝫ
⁊ alle.g.concoꝛ.

¶ Prohibeas.

Pro docendi licentia exactū repeti
tur iā ſolutū.nō tex.qui dicit gratis
accepiſtis gratis date.itē dicit gl.ꝙ
in pari cā turpitudinis potioꝛ ē cō
ditio poſſidentis.item ꝙ negligēti-
am ſubditoꝛū ſupplere dꝫ epus

¶ Quanto.

A volentib⁹ alios docē nulla eſt pe
cunia exigēda nulla ꝯtraria etiā cō
ſuetudine obſtante. Nō g.ꝙ cupidi
tas eſt radix omniū maloꝛū.item ꝙ
magiſtri debent eſſe moꝛigerati et
habere facūdiā ⁊ bonā ꝯuerſationē
in teſtem doctrine. ⁊ gl.alle.ꝯcoꝛ.

¶ Quia nonnullis.

Iſta decre.addit ad decre.ſ.e.c.ſ. ⁊
dicit ꝙ ī q̄libet loco q̄ ſufficē valeat
mgr̄ in grāmatica ⁊ in eccīa metro-
politana theologus habeatur. Nō
g.que tangit ꝙ doctoꝛ p̄t petere col
lectā.itēꝫ an iudex p̄t petere ſūptus
q̄ dꝫ gratis iudicare.itēꝫ dicit ꝙ ſpi
ritualia ſū tp̄alib⁹ diu ſtare nō p̄nt

¶ Super ſpecula.

Innouatur hic qd̄ dictū eſt.ſ.c.p-
rimo de theologo ī cathedrali eccā
ſtatuēdo ⁊ additur ꝙ de q̄libꝫ eccā
ad theologiā docibiles aliq̄ mittāt
Uel ſic ſm̄ Panoꝛ. Prelati ⁊ capl̄a
ad ſtudia theologie ſcholares doci
les trāſmittē tenentur q̄ in abſentia
redditus p̄bendarū ſuaꝝ ⁊ bn̄ficio
rū ꝑ q̄nq̄nniū integraliter ꝑcipiant
Et ſi ꝓꝓrij reddit⁹ ad ſuſtentationē
ſtudij eis nō ſufficiūt dꝫ p̄lat⁹ cū ca
pitulo eis ꝓuidē.magiſtri vero do
nec docuerint integre ꝑcipiunt fru
ct⁹ bn̄ficioꝛū ſuoꝝ.h.di. nō tex .qui
dicit ꝙ defraudari nō debent dena
rio in vinea dn̄i laboꝛantes.Itē nō
g.q̄ dicit ꝙ ille iuſtam hꝫ accuſatio
nē ignoꝛātie q̄ neminē hꝫ a quo ad
diſcat.itē dicit g. ꝙ ho c caſu q̄tidia
ne diſtributiōes nō dantur ⁊c.

## ¶ Tit.de magiſtris in cle.

¶ Inter ſolicitudines.

In ſtudijs romane curie pariſieñ.
exonieñ.bononieñ. ⁊ ſalamañ.dbēt
eſſe mgr̄i catholici ſcholas regētes
ī linguis hebꝛaica.arabica.⁊ caldā
duo ſcꝫ ꝓ q̄libꝫ lingua⁊ ſtatuit hec
cle.ꝑ q̄s eis debeat de ſtipendijs et
ſūptib⁹ ꝓuideri Nō g.q̄ dicit ꝙ du
plex eſt gr̄a ſcꝫ opans ⁊ cooperans
Gr̄a opans p̄parat hominis volū
tatē vt velit bonū .Coopans adiu
uat ne fruſtra velit bonū

¶ Cum ſit

Is ad quē ſpectat magiſterium vel
doctoꝛatū tribuere pri⁹ ad doctoꝛā
do recipit iuramētū ꝙ ī ſolēnitate
ſua nō expēdat vltra ſūmā triū mili
um turoneñ.argenteoꝛū qd̄ ſi nō fe
cerit etiāſi ſit epus ꝑ ſex mēſes a col
latione magiſterij ē ſuſpenſ⁹. Tāgit
g.q̄ dicūtur doctoꝛes⁊ q̄ dicunt̄ ma
giſtri.⁊ ꝙ aliq̄ moleſte ferunt ꝙ no
minant̄ mgr̄i⁊ ꝙ mgr̄ dicitur quaſi
maioꝛ in ſtatione

## ¶ Ti.de iudeis ⁊ ſa.et eo.ſeruis

¶ Preſenti.

Cū ſeru⁹ xp̄ian⁹ emitur cā mercimo
nij a iudeo pro.xij.ſolidis ipſum

redimere qſcꝫ pt idē ſi velit fieri xpi
an⁹ Nō g. q̄ querit qd fiet ſi nō cō
pareat qui iſtum xpianū redimat.

¶ Multorū.

Iudei pñt habē in eoꝝ poſſeſſioni-
bus ꝛ agris colonos originarios
xpianos. Et nō hic abb. q̄ dicūtur
coloni aſcripticij ꝛ qui dicūtur ori
ginarij. Itē nōt g. ꝙ ex tpe ſeruitus
adquiritur. ꝛ ſeruitia ꝯſueta fieri de
bent. Itē dicit ꝙ dn̄s colono iuito
ipm de vno loco ad aliū transferre
non pt

¶ Iudei de

Lex non pmittit iudeos nouas eri
gere ſynagogas. pmittit tn̄ antiqs
ipos inqete habere. Itē dicit g. ꝙ ſi
antiq̄ ſynagoge corruerēt iudei poſ
ſent eas reformare in pſtinū ſtatuꝫ
nō tn̄ vt ampliores faciāt. ꝛ all'. ꝯcor.

¶ Quia ſuper

Iudei ipa die paraſceues hoſtia vl'
feneſtras apertas non habeant ſed
clauſas teneāt tota die. Nō gl. q̄ po
nit rōnē hui⁹ quia iudei illo die cō
ſueuerunt deridere xpianos in ꝯtu
meliam creatoris.

¶ Iudei ſiue

Excōicari debēt xpiani q̄ in domi
bus iudeorū ſeruiūt iudeis vel ſara
cenis ꝛ pncipes ſeculares qui iude-
os baptiſatos bonis ſuis ſpoliari
pmittunt. Itē dicit g. qd ad nos de
his qui foras ſunt. et ponit caſus ī
quib⁹ ecc̄ia intromittit ſe de his q̄
foras ſūt ꝛc.

¶ Ita quorundam.

Iſta decre. ponit tres penas q̄bus
puniendi ſūt xpiani q̄ deferunt ſara
cenis arma ꝛ qui ſeruiūt eis in ſuis
galeis ſcꝫ ꝙ ꝓ ipo iure ſunt excōica
ti. itē ꝙ omnib⁹ bonis ſuis debent
mulctari. itē ꝙ fiunt ſerui capiētiuꝫ.
Nota g. de armis ꝛ an excōicatus
poſſit iterū excōicari

¶ Conſuluit

Ut. ſ. in. c. iudei de ciuitate ꝛ dicit d
ſynagogis iudeorū de nouo nō edi
ficādis. nō g. que dicit ꝙ Conſtāti
nus impator contulit pmo liberta-
tē ecc̄ijs ꝛ iudeos ſeruituti ſubiecit

¶ Ad hec omnib⁹

Non debēt ꝓ aliq̄ pacto vel pcio
cū iudis morari ꝯtinue xpiani. nōt
g. hoc verbū ꝯtinue atqꝫ aſſidue ꝙ
interpolatim pñt. hoc intellige put
dicit g. itē dicit ꝙ inocēs omni ver
bo credit

¶ Sicut iudei

In pma parte dicit ꝙ iudei nō de-
bent baptiſari inuiti ſed voluntarie
bn̄. Scdo dicit ne q̄s audeat eos ſi
ne iudicio ꝯdēnare nec ī ſuis bonis
ꝯſuetudinib⁹ impedire nec coacta
ab eis exigē ſeruitia. vltimo ne q̄s
eorū cymiteria inuadat vel mutilet
Nōt gl. cui liceat interficere vel pu
nire. itē dicit ꝙ iudei nō ſūt hoſtes
nr̄i licꝫ ſint hoſtes fidei nr̄e ꝛc.

¶ Quā ſit laudabile

Qui pdicat infidelib⁹ ꝯmedere pt q̄
illi apponūtur dūmō tn̄ modū cano
nicū nō excedat. in fine indulgetur
cuilibꝫ de ſui prelati licētia vt vale
at eis pdicare. Nōt gl. ꝙ ſancti⁹ eſt
mori q̄ idolatris veſci. Iteꝫ tangit
etiam g. in fi. ꝙ null⁹ pt predicare ni
ſi miſſus.

¶ Significauit

Pro redēptione xpianorū licꝫ aliq̄
portare ſaracenis q̄ alias eſſent ve-
tita. etſi q̄s iurauerit ſe cū mercibus
non iturū in terrā ſaracenorum niſi
pax eſſꝫ vl' treuga. ſi pax ſit aut treu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ga ⁊ portet merces ꝓhibitas nō ex cuſat a pena excōicatiōis.hoc vult tex.in fine.

¶ Quod olim

Iſta decretalis excōicatos dicit fo re omnes q̄ tpe guerrarū cuȝ ſarace nis ꝯmertia habuerīt vel ſbſidia ad eorū naues pſtiterint put etiā ſupi⁹ in diuerſis hui⁹ tituli.c. tactū eſt.

¶ Et ſi iudeos

Iſta decre.in pma parte ſui tangit ī gratudinē iudeorū qui xpianis ꝓ gratia faciunt ꝯtumeliā ꝙ patiūtur cohabitationē ⁊ familiaritatē eoꝝ ⁊ faciūt xpianis ſicut mus in pera ſerpens in gremio ⁊ in ſinu ignis. in ſcda parte dicit ꝙ iudei nō dēbēt hr̄e ī ſuis domib⁹ nutrices xpianas

¶ Poſtulaſti.

Si iude⁹ clericū pcutiat ei ſatiſfacē ꝓ iniuria cogend⁹ eſt. Nō g.ꝙ iude us ſpūali pena puniri non pt quia iam extra ecciam eſt ⁊ nihil ad nos de his q̄ foris ſunt.⁊ g.alle.

¶ In nonnullis

Iudei ⁊ ſaraceni in eoruȝ habitu a xpianis debēt eē diſtincti ⁊ eē eorū mulieres in dieb⁹ paſſionis dn̄ice in ornatu nō debent incedēr nomē ſaluatoris nr̄i blaſphemare. Uide g.que alle.iura circa diſtinctionem habitus

¶ Cum ſit nimis

Iudeis nō ſunt publica officia cō mendāda. Nō g.⁊ tex. q̄ dicūt ꝙ iu deus eſt blaſphemus xpi.iteȝ id qd̄ iniuſte extortū eſt dabitur pauperi bus.⁊ g.ar.contra hoc

¶ Ad liberandum.

Iſta decre.quaſi in ſūma dicit aliq̄ ſupratacta ſcȝ quib⁹ penis puniēdi ſunt xpiani qui ſaracenis arma fer rū ⁊ ligamina ꝯtra xpianos trāſmit tunt ac etiā ipſos in galeis adiuuāt vel eis adminiſtrant. Et dicit tex.ī pn.de terra ſancta ⁊ ei⁹ liberatione. et dicit hic Abb.ꝙ pena iſta impo ni dȝ p pncipes ſeculares ⁊c.

¶ Ex ſpeciali.

Iſta decre. q̄ſi idē dicit qd̄ decre.ſ̄ cum ſit nimis.⁊ loquiturregi portu galie. Sȝ ſic ſummatur ſm Panor. iudei vel pagani publicis officijs p̄ ficiēdi nō ſūt ⁊ ſi eis regalia iura vē dantur ad ea colligenda p̄ficiend⁹ eſt xpian⁹ non ſuſpect⁹ Et tāgit g.d̄ ioſeph qui fuit fidelis diſpenſator pharaonis .de quo habetur.xxij.q. ij.ꝙ ait

¶ Nulli iudeo

Baptiſatū aut volentem baptiſari iude⁹ cā ſui ſeruitij emere nō pt. Se cūdo dicitur ꝙ ſi cā mercimonij eū emerit q̄ xpian⁹ non eſt nec actu nec ꝓpoſito ꝙ ſibi licȝ ſi velit baptiſari pt pro.xij.ſ.ab ei⁹ ſubtrahi ſeruitu te. Tertio dicit ꝙ ſi habent emptuȝ cā mercimonij ⁊ infra tres menſes ipm venalē nō expoſuerint vel ſi ꝓ ſuo ſeruitio ipm emerint ſtatīȝ ſine precio liber erit.vid̄ g.que eſt ī hac materia ſatis notabilis

## ¶ Ti.de iude.et ſarace.in cle.

¶ Cedit.

Principes xpiani cōpeſcere debent ſaracenos ſibi ſubiectos ab inuoca tione publica nominis machometi ⁊ a peregrinatione quam facere ſo lent ad ſepulcrū illi⁹. Nō gl.q̄ tāgit hiſtoriaȝ de machometo ⁊ qualiter



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſaracení ip̄m colunt ⁊ de meſquitis
eorum.i.eccijs ⁊ vnde machometꝰ
habuit ortum ⁊ qualiter quidaȝ ro
manus ip̄m enutriuit ⁊c̄

## ¶ Ti.de hereticis

¶ Dubiꝰ

Infidelis ē q̄ dubiꝰ eſt in fide.nec il
li credēdū̄ eſt fidē veritatis q̄ ignoꝛ
rat. Nōt gl.ꝙ nullus in fide tituba
re debȝ.quia ſine aliq̄ dubitatione
firmiter credendū eſt .itē dicit gl. in
fine ꝙ dubiꝰ in fide teſtis eſſe nō p̄t

¶ Qui alios.

Errare ſeip̄m demōſtrat q̄ alios cū̄
p̄t ab errore nō reuocat .Querit g.
an indifferent ſpectat ad omnes id
qd̄ dicitur in hoc.c.g. dicit ꝙ quo
ad pcc̄m ꝯmiſſuȝ ꝑtinet ſolū ad pre
latos ſȝ quo ad pcc̄m ꝯmittēduȝ ꝑ
tinet ad omnes ⁊c̄

¶ Firmiſſime.

Hereticꝰ vel ſciſmaticꝰ niſi añ fineȝ
vite catholice ecc̄ie fuerit īcorpora
tus ꝯdemnabitur.et qui ecc̄ie vnita
tē nō tenet nec baptiſmꝰ nec elemo
ſyna q̄ntumlibȝ copioſa neqȝ mors
ꝓ noīe xp̄i ſuſcepta ſibi ꝓficere po
terit ad ſalutē. Nō glo. que dicit ꝙ
multis modis dicitur hereticus

¶ Fraternitatis.

Auctore ꝯdēnato ip̄iꝰ ſcriptura ſer
uari non dȝ Nō g.que ar.ꝙ licȝ lex
fuerit abrogata eiꝰ tñ rō plerūqȝ ad
mittitur. Itē ar.de ſcriptura orige
nis cuiꝰ rō admittitur

¶ Si quis ep̄us

Hereticū heredē nemo ꝯſtituere p̄t
Et videtur iſtud .c.in effectu velle
ꝙ ep̄us nō hñs niſi conſanguineos
hereticos aut paganos illos here
des inſtituere non poteſt

¶ In eos qui.

Preſbri neqȝ clerici nō debēt aliqd
in vita neqȝ in morte illis dare qui
catholici nō ſūt licȝ fuerint eorūȝ cō
ſanguinei.dicit tñ glo.ꝙ cā pietatis
ne fame perirent ſub ſpe melioratiꝛ
onis p̄t eis aliquid dari.

¶ Cum xp̄us

Xp̄us verꝰ eſt deus et homo ex ani
ma rōali ⁊ humana carne ſubſiſtēs
Nō g.que dicit ꝙ tā laici q̄ etiam
clerici tenētur ſcire ſymbolū ſed cle
rici magis ꝑſcrutabiliter

¶ Sicut ait

Heretici et eoꝝ defēſores decernū
tur ſentētie excōicationis ſubiacere
Nō g.que tangit quibꝰ modis ꝑdi
tur ꝑuilegiū.itē dicit ꝙ omni ꝑuile
gio ceſſante mali puniendi ſunt.

¶ Ad abolendam

Hereticꝰ male ſentiens vel male di
cens de ſacramētis ecc̄ie excōicatꝰ ē
⁊ ꝯuictꝰ niſi ſe correxerit ⁊ errorem
abiurauerit.ſi clericꝰ ē degradet̄ et
curie ſeculari tradat̄ ꝑ quā etiā pu
nietur.eadē eſt etiā pena ſuſpecti de
hereſi ſi ſe non correxerit ⁊ relapſis
om̄ino audiētia denegat̄.ſeculares
p̄ncipes q̄ iurare nolūt de ecc̄a con
tra hereticos defendēda excōicant̄
⁊ terre eorū ſupponūtur interdicto.
Ciuitates aūt ip̄oꝝ reſiſteñ .aliarū
ꝯmercio ⁊ ep̄ali dignitate ꝑuantur.
Exempti vero ſubſūt ordinarijs ſu
per his qui cōtra hereticos inſtitu
untur.h.d.i.fm Panor. Vel hic q̄ de
ſacramentis ecc̄ie ſentit aliter q̄ ro
mana ecc̄ia vel q̄s ip̄a hereticos is

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicat epſs vel caplm eccia heretici ſunt cenſendi. hoc dicit.
Nõt g. ꝙ ſe. va. iuriſdictio ptinet ad caplm. itẽ in tribꝰ caſibꝰ quis traditur curie ſeculari pꝰ depoſitionem

¶ Vergentis.
Bona hereticoꝝ ꝯfiſcãtur nec ad filios vlteriꝰ reuertũtur. Nõ g. q̃ tãgit caſꝰ in qbꝰ filij tpaliter puniunt ꝓ parẽtibꝰ ꝛ cũ parentibꝰ licȝ dicatur ꝙ filiꝰ non portabit iniqtatẽ patris. hoc fallit in certis criminibꝰ vt in glo. ꝛc

¶ Si aduerſus.
Qui heretico p̃ſtat patrociniũ aut ꝓ eo ꝯficit iſtrumẽtũ ab officio ſuſpenſus ꝑpetuo eſt ꝛ infamis Nõt g. finaleȝ ꝙ papa p̃t ĩfamiã irrogare q̃ ad forũ ciuilẽ ꝙ tollere eã p̃t.

¶ Cum ex iniuncto
Hec decre. ꝓhibȝ ne laici audeant p̃dicare verbuȝ dei vel occulta celebrare ꝯuenticula vel rep̃hendere ſacerdotes etiãſi fuerint ſimplices. itẽ dicit tex. de aſina balaã vide g. que tangit de correctione manifeſta et occulta. itẽ tangit de prelato inutili itẽ ꝙ epũs inſtituit ꝛ deſtituit

¶ Excõicamus
In hac decre heretici excõicantur ꝛ relinquũtur iudici ſeculari. ꝛ bona eorũ etiã ꝯfiſcant. Vide tex. ꝛ plege eũ qui ponit diuerſas penas quibꝰ puniẽdi ſũt credentes hereticis receptatores ꝛ defenſores eorundeȝ.

¶ Sicut in vno
Laicis interdicitur officiũ p̃dicãdi Nõ g. q̃ dicit ꝙ p̃textu pietatis nõ eſt impietas faciẽda. Itẽ nullꝰ p̃t p̃dicare niſi mittat quia dñs dixit diſcipulis ſuis eũtes ĩ mũdũ vniuerſũ

¶ Excõicamus
Iſta decreta. excõicat certos hereticos ꝛ nominat eoꝝ ſectas q̃ licȝ diuerſis noĩantur noĩbꝰ ꝛ facies videantur habẽ diuerſas caudas tñ ad inuicẽ habent colligatas

¶ Abſolutos
Iſta decre. dicit ꝙ nullꝰ tenet heretico ſatiſfacere q̃ntũcũqȝ fuerit ſibi obligatꝰ Vide g. q̃ q̃rit an etiã pena appoſita hoc caſu ſolui debeat. iteȝ qd ſi iuraui ſoluere ꝛ non ſoluã

## ¶ Ti. de hereticis li. vi.

¶ Quoniã epõrũ
Solus epũs ꝯuocatis notabilioribꝰ clericis ſue dioc. p̃t ſacerdotẽ degradare cuȝ difficile ſit alios epõs ad hoc ꝯuocare. ꝛ loquit iſta decre. in heretico in alijs criminibus antiqua iura ſunt ſeruãda

¶ Quicunqȝ
Excõicati ſũt qui hereticos ꝛ eorũ receptatores ꝛ fautores ſciẽt ecc̃aſtice tradũt ſepl̃ture ꝛ anq̃ abſoluãt ꝓ-is manibꝰ eos debẽt extumulare. itẽ inhibȝ etiã iſta decre. laicis ne publice vel p̃uate de fide catholica diſputent. itẽ dãnat hereticos ꝛ eoruȝ filios ꝛ ſc̃dam generationem. Item promotos ꝑ hereticos dãnat ꝛ eoꝝ beneficijs eos p̃uat ꝑpetuo. itẽ emãcipationẽ filioꝝ irritat ꝛ annullat

¶ Filij vel heredes
Nõ creditur filijs vel heredibꝰ ĩfirmorũ q̃ dicũt tp̃e infirmitatis eorũ parentes conſolationes duntaxat cũ eſſent inſane mentis ab hereticis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

receptiſſe ſi tempore vite fuerint de hereſi ſuſpecti

¶ Super eo

Recidiuans in hereſim abiuratã lȝ ſine vlla audientia tradendꝰ ſit iudici ſeculari ſi tñ penitet ſacramẽta ſibi miniſtranda ſũt. quia ſcriptuȝ eſt eccleſia non claudit gremiũ redeũti

¶ In fidei fauorẽ

In negotio inquiſitionis heretice prauitatis excõicati et participes vel ſocij criminis ad teſtimoniũ admittãtur ſi ex circũſtantijs non falſa dicere preſumatur. Vide glo. circa iſta.

¶ Preſidentes

Iudices excõicati vel de facto iuriſdictionẽ exercentes pñt iudicare hereticos ꝛ eorũ fautores. Et vide g. q̃ tangit an officialis excõicati poſſit iudicare. itẽ hic eſt caſus vbi excõicatus iudicat.

¶ Cum contumacia

Suſpectus de hereſi ſi vocatꝰ fuerit vt de fide reſpondeat ſi ꝯtumaciter ſe abſẽtat excõicat. Et ſi excõicationẽ ad annũ ꝯtumaciter ſuſtineat ꝓ heretico ꝛ tanq̃ hereticus condemnandus eſt

¶ Accuſatus de hereſi

Iſta decre. habet q̃ttuor partes. in ꝑma parte ponit tres caſus in qbꝰ dicitur q̇s relapſus in hereſim. in ſecũda parte dicitur q̄ ꝑiurꝰ in cã hereſis certis tñ caſibꝰ teſtimoniũ perhibet. Tertio ponit ſex caſꝰ olim dubitatos an ad officiũ iq̇ſitoꝝ ſpectarent. Quarto dicit religioſos in hereſim incidentes puniendos grauiꝰ alijs ſacerdotibus laicis et clericis. Nõ g. que tangit inter alia de inq̇ſitoribꝰ quando ipi poſſunt exercere ſuam iuriſdictionem.

¶ Statutum.

Nõ valȝ ſtatutũ ciuitatis oppidi vł ville caſtri vel alteriꝰ loci ꝑ qḋ negotiuȝ inq̇ſitionis heretice prauitatis directe vel indirecte ꝯtingat impediri. Nõt g. q̄ inq̇ſitoruȝ familia poſſit portare arma. ꝛc non obſtantibus ſtatutis.

¶ Ne aliqui.

Sicut officium legati nõ expirat re integra mortuo papa. ſic ꝛ officiuȝ inquiſitorũ heretice prauitatis ĩ fauorez fidei re integra non expirat. Nõt g. differentiam inter inq̇ſitorẽ ꝛ conſeruatorem ꝛc.

¶ Ut officium

Iſta decre. ponit tria dicta. In primis informat inquiſitores q̄ in ꝓcedendo contra hereticos debent plus timere deum q̄̃ homines ꝛ cẽ in abſoluendo eos. Secũdo dicit ꝛ inſtruit inq̇ſitores qualiter ipi in examine teſtium ꝓcedere ac ſe habere debent ꝛ de perſonis que teſtificata ſcribere debent. Tertio inſtruit inquiſitores qualiter procedere debent contra eos ꝑ quos negotiũ inq̇ſitionis impediri poſſit vel differri. Nõ g. q̃ tangit de ſimulatione ꝛ de notorijs

¶ Ut cõmiſſi nobis

Iſta decre. dat inquiſitoribꝰ plura vtilia. Primo dat eis ptãtem ꝯmittendi citatiões ꝛ ſñiarũ denunciationes. Secũdo dat eis ptãteȝ ꝯuocãdi peritos cleruȝ ꝛ populum vt eis aſſiſtãt. Tertio dat eis poteſtatẽ ꝓcedendi ꝯtra illos qui de ſua ꝓuincia ad aliã ſe trãſferunt ꝓuinciam. Quarto dat poteſtatem repetendi libros ꝛ proceſſus commutandi et

mitigādi penas p̉uādi ⁊ p̉uatos nū
ciandi officijs ⁊ honoribus hereti
cos fautores ⁊ defenſores eoꝝ.ita
tn̄ ꝙ hoc fiat de dioceſanoꝝ vel in
eoꝝ abſentia vicarioꝝ ſuoꝝ ꝯſilio
niſi ijdem ſcienter talibus beneficia
ꝯtuliſſent

¶ Contra xp̄ianos

Contra xp̄ianos qui ad ritū trāſi
erūt iudeoꝝ ꝓcedendū eſt tāꝙ ꝯtra
hereticos.⁊ idē de xp̄ianis q̄ fuerūt
iudei ⁊ baptiſati ad iudaiſmū redie
runt niſi coacti fuerint baptiſati.

¶ Decreuit.

Uxoꝛ ꝓpter hereſim mariti ſui dote
ſua nō p̉uabitur ⁊ hoc verū ſi tp̄e cō
tractus matrimonij hereſim ignora
bat. Notat gl. ꝙ hoc caſu preſumit̄
ignorantia donec probetur ſciētia.

¶ Statutum

Iſta decretalis declarat qualiter fi
lij hereticorum puniuntur ⁊ in quo
gradu ⁊ quō deb; hoc intelligi . et
dicit. Si titius fuerit heretic⁹ ⁊ ha‑
buerit filium ⁊ filiam vterq; iſtoꝝ
ſubiacebit pene ⁊ probibitioni etſi
ipſe filius habeat filium ipſe nepos
ex filio ſubiacebit probibitioni ⁊c.
prout g. declarat quā vide.

¶ Inquiſitores.

Inquiſitores heretice prauitatis ꝑ
papam deputati ſine ſpeciali man‑
dato pape contra epiſcopum non
inquirunt . Sed ſi epiſcopum circa
hereſim culpabilem ſciuerint pape
hoc denunciabunt.

¶ Per hoc ꝙ

Ordinarius ſiue delegatus pt̄ in ꝓ
uincia ſiue dioc. ſua inquirere ꝯ he‑
reſi non obſtante ꝯmiſſione inquiſi
tori facta per papam Item dicit de
cretalis qualiter ſimul ⁊ inquiſitor
⁊ ordinarius poſſunt in hoc facto
inquiſitionis procedere ⁊ ſentētiam
ſimul ferre. item ſi non poſſunt con
cordare debent proceſſu; ad papā
mittere ⁊c.

¶ Ut inquiſitionis.

Iſta decretalis approbat in prima
parte ſui et ſeruari precipit leges ca
nonibus non contrarias per frede
ricum contra hereticos promulga
tas. Secūdo precipit rectores loco
rum parere inquiſitorib⁹ ordinario
vel alteri eoꝝ in inueſtigatione ca
ptione cuſtodia ⁊ punitione hereti
corum ⁊ fautorum ſuorum ⁊ eorum
ꝓmulgationibus vl' appellationib⁹
non obſtantibus. ita tamen ꝙ de il
lo crimine cum ſit mere eccleſiaſticū
nec iudicent nec cognoſcant ꝯtrafa
cientes ⁊ non parentes ⁊ eoꝝ fau
tores excōicat quā excōmunicatio
nem ſi per annum ſuſtinuerit vult
eos vt hereticos condemnari. Nōt
gloſa ꝙ conſtitutio facta contra ca‑
non ligat ⁊c

¶ Cum ſc̄m leges

Bona hereticoꝝ ip̄o iure ſūt ꝯfiſ‑
cata. qd̄ ꝓbatur triplici argumēto
legali. ſ; apprehēſio bonoꝝ fieri nō
d; ꝑ iudicē ſecularē niſi poſt ꝓnun
ciatum fuerit ſuper crimine ꝑ iudi
cem eccl̄iaſticū qui hoc poſſit.

¶ Statuta.

Iſta decre. in p̄ma parte ſui conce‑
dit in negotio inquiſitionis hereti
ce prauitatis ꝓcedi poſſe ſimplicit̄
⁊ de plano. in ſc̄da parte dicit quid
iuris ſi ex publicatione nominum
accuſatoꝝ ⁊ teſtium ip̄is p̄iculum
immineret. et quid ſi non immine‑
ret . Et ſi fictiones vitari precipit
ne dicatur periculum vbi non eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel ecōtra. In tertia ꝑte ꝯſtōnes et
ſtatuta p̄deceſſoꝝ ſuorū papa ſuꝑ
hoc negotio edita his ꝯſtōnibꝰ nō
aduerſa corroborat. nō hic g. q̄ i ꝓ
ceſſu ſuo tangit de proceſſu iudicia
li ſūmarie ⁊ de plano ⁊ ſine figura
iudicij. quid opant̄ illa verba et q̄s
poſſit talia ꝯmittē an inferior a pa
pa. itē tāgit q̄s dicat̄ iuſtꝰ metꝰ ⁊ q̄d
dicat̄ ꝑiculum ſcꝫ mors detrūcatio
mēbri ꝓprij vel parentū vel deuaſta
tio ſubſtātie ſuorū vel parentum

## Tit. de hereticis in cle.

Multorum.

Iſta cle. ponit. v. q̄ ꝑt q̄libꝫ facere ſi
ne altero ſcꝫ dioceſanꝰ ⁊ inq̄ſitor in
negotio inq̄ſitionis. Itē ſcd̄o dicit
que non ꝑt facere ſine altero ⁊ q̄n̄o
impeditꝰ vel intereſſe nolens ꝯmitit
alteri vices ſuas. Tertio ꝓuidet cir
ca muros vel carceres hereticorū
ipſorū claues cuſtodes ⁊ cuſtodū mi
niſtros. Quarto ponit iuramentū
cuſtodū miniſtrorū ſuoꝝ notarioꝝ
⁊ alioꝝ officialium. Quinto punit
ep̄os ⁊ inq̄ſitores ⁊ eorū ſubſtitutos
q̄ faciendo vel omittēdo delinquūt
in hoc officio. Sexto ꝯfirmat antiq̄
iura huic ꝯſtitutiōi nō obſtātia

Nolentes.

Iſta cle. in p̄mo determinat etatē in
q̄ſitorū. Scd̄o punit inq̄ſitores qui
p̄textu officij ſui illicitis modis pe
cuniā extorquēt. vel ob delictū cleri
corū ecc̄iarū bona confiſcāt. Tertio
p̄cipit officialibus notarijs ⁊ ſocijs
vt hoc facientes reprehendant ⁊ ſu
perioribꝰ denuncient ſi ꝓbare pn̄t.
Quarto ꝓhibꝫ inq̄ſitoribꝰ abuſū ar
morū ⁊ circa q̄ntitatē officialiū ꝛc.

Ad noſtrum

Iſta cle. dānat ſectā beggardorū et
beginaꝝ alemānie ⁊ ꝯtra ipoꝝ erro
res ⁊ cecitates excitat dioceſanorū
⁊ inquiſitorū officiū. ⁊ vide eā quia
eſt ſingularis in hac materia ⁊ tan
git pulcra dicta facietia multū ad
ſalutē xp̄ianorū. itē tāgit de oſculo
an ſit mortale pcc̄m ⁊ de actu vene
reo.

## Ti. de ſciſmaticis ⁊ ab eis or.

Quod a p̄deceſſore.

Ordinationes bn̄ficiorū collatiōes
facte a ſciſmaticis ſūt irrite ipo iure
Nō gl. que dicit ꝙ ecc̄ia dicitur va
care qn̄ hꝫ paſtorē ſciſmaticū. item
tangit g. q̄d ſi iſte ſciſmaticꝰ aliquid
adq̄rit ecc̄ie an ecc̄ia poſſꝫ hoc tene
re. quia ꝯmodū cū inꝯmodo ꝯpen
ſari debꝫ. Gl. ſoluit ꝙ in fauorē ec
cleſie hoc ſeruare poteſt

Fraternitati.

Ordinatꝰ a ſciſmatico executiōē or
dinis nō recipit niſi cū eo fuerit diſ
penſatū. Nō g. q̄ dicit q̄liter ꝓcedē
dū ſit cū diſpenſatione qn̄ pcc̄m eſt
occultū ⁊ qn̄ pcc̄m eſt manifeſtū. et
poſt diſpenſationē ſuꝑ pcc̄o occul
to quis ꝑt accuſari ꝛc.

## Titu. de ſciſmaticis. li. vi.

Ad ſuccidendos.

Iſta decre. ponit declarat atq̄ ad
memoriā reducit omnibꝰ xp̄ifideli
bꝰ qualiter iacobꝰ ⁊ petrus colum
nenſ. ⁊ iohannis fratris iacobi pa
tris dicti petri filij propter eorum

ſciſmaticā ⁊ hereticam prauitatē fu
erūt a cardinalatu depoſiti atq; re
ſecti ⁊ qualiter fuerūt puniti vt cete
ris eſſēt in exemplū. Nō gl. q̄ ſatis ē
notabilis ⁊ tangit de arbore infru
ctuoſa. Itē tangit de iuſtitia ⁊ de tu
nica xp̄i ꝑ quā ſignificatur eccīa.

## Ti. de apoſtatis et rei. bap.

Preterea

Si apoſtata ī crimine dep̄hēſus vi
olenter detinet̄ ab eccā non reperit̄
Nōt g. ꝙ triplex ē apoſtaſia ſcȝ a fi
de ab obedētia a regula ſcȝ cū quis
recedit ab ordine ⁊ religione.

Ex litterar

Qui p̄bȝ miniſteriū rebaptiſationi
irregularis eſt ꝓmoueri non p̄t niſi
forſitan ſit occultū. Nōt g. ꝙ mino
ri etati ſubuenitur. Itē tangit g. an
ingreſſus religionis tollat irregula
ritatē. quia hoc caſu hui⁹. c. ſine diſ
penſatione delinquēs q̄ꝗ̄ intrauit
religionē ꝓmoueri ad ordines n̄ p̄t

Tue fraternitatis.

Clerici de apoſtaſia infamati defi
ciēte ꝓbatione ſe purgare cogūtur.
Nō g. q̄ intelligit iſtud. c. de clerico
in ſacris vel in aliqua religiōe ꝓfeſ
ſa ꝯſtituto nō aūt ꝺ clerico ſeculari
qui p̄t renūciare facto nō tm̄ verbo
de quo vide doc. hic

Quidam ſicut

Apoſtatāt q̄ p⁹ baptiſmū legis vete
ris ritus obſeruāt Nō tex. qui dicit
ꝙ quis nō dȝ indui veſte lino lana
q; ꝯtexta. Itē meli⁹ ē viam dei non
agnoſcere q̄ꝫ agnitā preterire. Item
dicit g. ꝙ nemo dȝ claudicare ī du
as partes. itē ꝙ nemo p̄t duob⁹ do
minis ſeruire

A nobis.

Religioſi q̄ dimittūt habitū ſi no
lunt ip̄m reaſſumere ſūt in carcerē
trudendi. Nō g. que dicit ꝙ homi
nes bandici ⁊ nō aſperitatib⁹ imo
p̄miis ad fidē ſūt inuitādi Itē dicit
ꝙ cleric⁹ p̄t vxorē ſuaȝ ligare vt pe
na docente fiat obediēs

Conſultationi tue

Religioſus q̄ ī apoſtaſia recipit or
dinē nequit ſine ro. pon. licētia ī ſuſ
cepto ordine miniſtrare. Nō g. que
tangit caſus in quib⁹ ſolus papa hȝ
diſpenſare

## Ti. de his qui filios occidūt.

Veniens

Mulier q̄ filiū interficit eſt ī mona
ſterium detrudenda. Nōt gl. ꝙ ſm
leges mulier aliter punitur quia do
min⁹ nō vult mortē pcc̄oris. itē dic̄
tex. in fine ꝙ meli⁹ eſt ꝙ mulier vni
nubat q̄ꝫ ꝙ multis ſe exponat.

Intellexim⁹

Propter interfectionem filij vxor a
viro ſeparari nō dȝ. Nō gl. q̄ dicit
q̄s de⁹ ꝯiūxit homo nō ſeparat. itē
dicit ꝙ hoc caſu iuramentuȝ nō va
luit quia poti⁹ debuit pet. mala q̄ꝫ
malo conſentire

De infantibus

Iſta decreta. docȝ qua pn̄ia puniri
debēt parētes qui filios ſuos occi
dunt ſiue ꝑ ignorātiam ſiue ſcienter
⁊ eſt nōbilis. Nō tex. qui dicit vnū
valde notabile verbū ꝙ ibi debȝ eē
ꝯſideratio pietatis vbi non volun
tas ſed euentus mortis cauſa fuit.
Itē nota g. que tangit hoc caſu de
graui ⁊ leui culpa precedeñ. et ſm
hoc ꝯſiderat penitētiā imponēdam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶Ti. de infan. et lang. exponen.

¶Si a patre

Qui exponit ſeu exponi ꝑmittit ſuū filiū ſiue ſeruū ꝑdit ius qḋ in eis habebat. idē in languidis ſi eis alimēta negentur. Nō g. ꝙ hoc caſu q̇ tacet conſentire videtur. Itē dicit ꝙ paternus affect⁹ vincit omnē affectū cū pater plus diligit filiū ꝙ̄ ſeipm̄ prout eſt g. nō. in. l. iſti quidā. ff. qḋ metus cā. Itē tangit g. ꝙ infantes ⁊ languidi alendi ſunt. Itē ar. gl. inducendo ꝙ abbas monachū vagabūdū reducere dʒ qḋ ſi non fecerit ⁊ aliqḋ in mūdo adquiſierit monaſterio nō dabitur. ⁊ alle. gl. ad hoc iura ꝓ et contra.

¶Tit. de homicidio.

¶Si quis per

Qui proditionaliter ⁊ ꝑ inſidias interficit aliquē ab eccīa nō hʒ īmunitatē. Nōt g. ꝙ ab eccīa nō defendit̄ q̇ delinq̄t ꝯtra ei⁹ īmunitatē ſiue ſit ī eccīa ſiue ei⁹ cymiterio

¶Interfeciſti.

Hic habes q̇ ſit pena ſiue pn̄ia imponenda ei qui latronem interficit vbi ab eo poterat ſe liberare vel vbi ad cautelam penitētiam facit quam agere non tenet̄. Nōt gl. ꝙ licitū eſt publicū latronē interficere. nō gl. q̄ dicit de ceruiſia ꝙ illa cōiter fieri ſolet in anglia. itē ꝙ penitens non dʒ portare gladium.

¶Si perfodiens

Nocturnus fur ſine culpa diurnus aūt nō ſine culpa pt̄ occidi. Nōt g. ⁊ querit qḋ ſi fur vult me interficere nunqḋ poſſum eum preuenire. item quid ſi percuſſit me ⁊ receſſit nunqḋ poſſum eum inſequi. Item notat ꝙ a lege diuina omnis ſcientia ſūpſit exordium

¶Cum iuramento.

Propter obſeruātiā iuramēti homicidiū ꝯmitti non licʒ. Nō tex. de herode q̇ iurauit de ſācto Iohāne. nō g. q̄ dic̄ ꝙ ī generali ſermone multa excipiuntur quia omnia illicita intelligūtur excepta ⁊c̄. Item que ſpecialiter petita nō fuiſſent ꝯceſſa etiam non excipiuntur ⁊c̄

¶Si aliquis

Qui ꝓpinat venena ſterilitatis homicida eſt ⁊ hoc intellige q̄ntum ad penam legalē. Nō glo. que dicit ꝙ hoc caſu quo ad penam ſpūalē nō eſt irregularis ac ſi hominem interfeciſſʒ.

¶Sicut dignum

Hoc. c. premittit octo q̄ ꝯſideranda ſunt in pn̄ia iniungenda ꝓ homicidio. nō tex. qui dicit ꝙ idē exceſſus magis puniēd⁹ eſt in vno ꝙ̄ in alio Itē dicit q̇ potuit hominem liberare a morte ⁊ non liberat euʒ occidit Nō g. que eſt multū notabilis ⁊ tāgit quib⁹ modis ꝯmittitur homicidium. Itē ꝙ pcc̄m nō dimittitur niſi ablatum reſtituatur ⁊c̄.

¶Preſbyterum

Qui cauſa diſcipline aliquē interficit vel occaſionem mortis prebuit ī ꝑpetuo deponendus. nō. gl. ꝙ leuis caſtigatio magiſtris ꝑmiſſa eſt. item ꝙ iſte q̄ntum ad gratiam innocens eſt nō q̄ntum ad legem

¶Continebatur

Clericus cuʒ laico ludens nec diligētiā adhibēs irregularitatē incurrit ſi ex ludo homicidiū ſubſequat̄. Nōt g. ꝙ clerici debēt in ludo reſpicere ꝙ ludus nō ſit noxius. ⁊ ꝙ cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

laicis ñ ludãt. ⁊ g. all'. ad hoc iura ꝛc.

¶ Lator preſentium.

Homicidiũ fortuitũ nõ ĩputatur ex ludo licito ſubſecutũ. Nõ gl. q̄ dicit ꝙ licʒ etiaʒ q̄ꝫ ludere ſicut Iſaac. itẽ Joſeph luſit cũ fratrib⁹ ſuis. ⁊ dicit g. ꝙ hoc caſu ludus licitus fuit

¶ Suſcepimus.

Regularis qui ꝑ re tꝑali aliquẽ interficit vel occaſioneʒ mortis p̄ſtat irregularis cenſetur. Nõ gl. que dicꝫ ꝙ clericus defendendo res ſuas ⁊ ſaluando ipas non dʒ aliquẽ interficẽ

¶ De cetero

Diacon⁹ q̄ homicidio caꝫ dediſſe videtur nõ videꝫ ad ſacerdotiũ ꝓmoued⁹. Gl. exponit cãm. id ẽ ꝯcilio vel p̄cepto vel ope vel ſuggeſtiõe. iteʒ q̄ cãm dãni dat dãnũ ꝛc.

¶ Ad audientiam

Homicidiũ caſuale imputaꝫ ei q̄ dedit operã rei licite ſi nõ adhibuit diligentiã quã debuit. Vel ſic ex culpa ꝯtingens homicidiũ caſuale ĩputaꝫ h. d. Nõ tex. q̄ dicit ꝙ in dubijs ſemitã debem⁹ eligere tutiorem. Tangit g. ꝙ quis p̄t moderate ⁊ leviter corrigere familiam ſuam ꝛc.

¶ Dilectus filius

Cum quis dat operã rei licite caſuale homicidiũ ſine culpa contingẽs ei minime imputatur. Nõt gl. ꝙ ſol⁹ actus nõ facit quẽ irregularẽ ſi non aſſit voluntas ⁊ culpa.

¶ Ex litteris

Caſuale homicidiũ nõ nocet ei qui vt non occideret curauit diligentiã adhibere. Nõ gl. que videtur tangẽ differentiã inter infamiã ⁊ graue ſcãdalum. itẽ dicit ꝙ ꝓpter ſcandalum q̄nq̄ꝫ innocens punitur ꝛc.

¶ Ex litteris

Huius. c. caſus eſt vt. s̄. in ꝑrimo. c. Tangit gl. hui⁹. c. qualiter clamare dʒ q̄ñ preſumitur ibidẽ aliqueʒ poſſe pertranſire ſcʒ caue caue

¶ Significaſti.

Ut. s̄. in. c. dilectus fili⁹. Nõ g. q̄ tangit ꝙ in defectum ꝓbationis ſtatur iuramento alicui⁹ cũ queritur de cõſcientia ipius ⁊ tunc delictuʒ ſolum deum habʒ vltorem

¶ Petrus diaconus.

Cum amici mei ꝑ me aliquẽ interficiũt cõtra meã prohibitionem mihi non nocet Nota glo. que dicit ꝙ petrus hoc caſu non fuiſſʒ reus etiam ſi non prohibuiſſʒ dũmodo tamen non dediſſet conſilium. item dicit g. ꝙ de voluntate nõ debʒ ſe quis purgare ꝛc.

¶ Significaſti

Cum quis a plurib⁹ percutitur ⁊ neſcitur ex cui⁹ ictu interficitur in dubio debent omnes pro homicidis haberi. nõ tex. ⁊ g. qui dicunt ꝙ licʒ vim vi repellere. ⁊ qualiter hoc ꝓcedat deducitur in g. cũ moderamine culpate tutele. alioīodo in continẽti. vt dicit ff.

¶ Tua nos.

Monachus cyrurgiã exercens irregularis ẽ ſi ex ea mors fuerit ſubſecuta. Nota g. que tangit ꝙ euentus mortalitatis nõ imputatur medico. Itẽ dicit gl. ꝙ promouendus abſtinere debet ab oĩ eo per quod poſſet ad effuſionem ſanguinis peruenire.

¶ Sicut ex.

Si concept⁹ viuificatus interficitur qui hoc facit homicida reputatur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nõt g. dr̄am hoc caſu qñ fet⁹ viuit ĩ corpore matris. Itẽ qñ aĩa eſt ĩfuſa ꝛ ſ'm hoc lex diſtinguit

¶ Poſtulaſti

Clerico iuſtitiã petenti de laico nõ ĩputatur ſi iudex ſecularis ſãguinis vindictã exerceat in eũdem. Nõ g. q̄ dicit abſit vt ea que propter bonuz acim⁹ nobis ĩputentur ſi preter volũtatẽ noſtrã cuiq̄ maluz contingat ꝛ all'. gl. plures ꝯcor.

¶ Exhibita

Qui occaſionem mortis dat ꝛ ꝓpter imperitiã medicorũ aut incuriaz parentũ moritur leſus irregularis eẽ ſi veniã petierit nõ dicetur Nõ ꝙ lz ludere ꝛ glo. alle. ad hoc ꝯcor. itẽ d. g. ꝙ totũ id qđ facit eccĩa eſt miſericordia ꝛ alle.

¶ Ioannes.

Homicidiũ caſuale non imputatur ei q̄ nõ occidit nec fuit in culpa etiã ſi ad cautelam veniã poſtulauit. Tãgit g. ꝛ tex. ꝙ cuz campana datur ſignũ ꝑp'o. itẽ dic̃ gl. ꝙ nobis imputari non debz.

¶ Petitio tua.

In iuſto bello interficiẽs nõ efficit irregularis. nõ g. que dicit ꝙ licz clerici poſſũt alios exhortari ad bellũ in propria perſona tñ pugnare non pñt. itẽ d. ꝙ ſancti⁹ ẽ in hac vita ſub inferiori habitu dño famulari q̄ alta indebite appetendo dãnabiliter miniſtrare.

¶ Quidam

Caſus eſt hui⁹. c. vt caſ⁹. s̄. in. c. ex litteris ꝑmo. s̄. e. Nõ glo. que dicit q̄liter ꝛ quibus verbis ꝑmonitio hoc caſu fieri dz. quia dz clamare. caue caue. Itez dicit g. ꝙ caſus fortuitos nullus hominũ conſilio ꝓuidere pt ꝛ alleg.

¶ Ti. de homicidio. lib. vi.

¶ Pro humani

Iſta decre. ponit horrẽdũ factũ aſſiſinorũ ꝛ ponit multitudinẽ penaꝝ his qui homines ꝑ tales aſſiſinos interfici mandant vel procurant ac eõſ ipos aſſiſinos receptant. Tangit g. de ptãte petri ꝛ ſucceſſorũ ſuorũ. itẽ tangit g. de pñia ſera. ꝙ non ſit tutũ expectare pñiam vſq3 ad finem vite. Itẽ dicit gl. de ordine ſcz ꝙ vbi ordo nõ ſeruatur ꝛc. itẽ tãgit de ptãte ꝙ qui p̄ſ̃ti reſiſtit omnipotẽti deo reſiſtit ꝛ alle. concor.

¶ Prelatis.

Sine pena irregularitatis pñt clerici de ſuis malefactorib⁹ ꝯqueri corã iudice ſeculari etiaz de criminib⁹ ex quibus debetur pena ſanguinis expſſe ꝓteſtando ꝙ ad penam ſanguinis nõ intendũt. Nõt g. ꝙ hoc caſu requiritur proteſtatio expreſſa

¶ Is qui mandat

Mandãs aliquẽ verberari circa mutilationez mẽbri vel ne occidatur ſi talis mutiletur vel interficitur mandans eſt irregularis. ꝛ idem dicẽduz eſt in mandatario ꝛc

¶ Ti. de homicidio in cle.

¶ Si furioſus.

Si furioſus aut infans ſeu dormiens hominẽ mutilet vel occidat nullã ex hoc irregularitatẽ incurrit. Et idẽ dicẽdũ eſt de illo q̄ mortẽ aliẽ vitare nõ valens ſuũ occidit vel mutilet inuaſorem. Nota g. bene que eſt magiſtra in hac materia ꝛ Io. ponit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pluꝛes in ea allegationes ꝛc.et cōcor
dat dubia et opiniones

¶Titulus de torneamētis
Felicis
Caſus ē talis ⁊ pt tot⁹ titulus ſic ſū⸗
mari Qui ad toꝛneamēta eūtes ludē
di cā ibidē decedūt carēt ecc̄aſtica ſe
pultura.ſec⁹ ſi illuc iuerūt cā petendi
debita Nō ꝙ ſcḋm leges licet aliqd fa
cere ad oſtētatōem viriū Itē nōt gl.
ꝙ ꝑ penitentiā viaticū intelligit̄ Itez
nōt g.ꝙ hoc caſu mai⁹ ꝯcedit̄ ꝫ min⁹
ꝓhibetur
¶Ad audientiam
Iſtud.c. eſt ſupꝛa ſūmatū i fine ſūma
rij capituli pmi ⁊ tangit ꝺ illo ꝗ alia
ex cā ſcꝫ ꝑcipiēdi debita ſua moꝛtu⁹ ē
ſub equo in toꝛneamētis Et gl.tāgit
ꝙ animus eſt inſpiciendus ꝛc.

¶Titulus de clericis pug.i duello
¶Porro
Cū clerico pugnāte i duello pt epūs
ſuus diſpenſare ſi ex duello moꝛs vl̄
membꝛoꝝ mutilatio non fuerit ſub⸗
ſecuta Nota glo.ꝙ duellū ē ꝓhibitū
⁊ poti⁹ cleric⁹ dꝫ pati oīe malum ꝛc.
¶Henricus
Qui ꝑ aliū aliquē i duello inficit ir⸗
regularis eē cenſet̄ Nō g.que tangit
ꝙ deū tētare nō debem⁹. Item tāgit
qbus modis committit̄ homicidiū.

¶Titulus de ſagittariis
Artem illam
Iſta decre.ꝓhibꝫ illā artē moꝛtiferā
⁊ odibilē baliſtarioꝝ atqꝫ ſagittario
rū exerceri aduerſus xp̄ianos catho
licos ſub pena anathematis Et intel
lige tex.de bello iniuſto.quia i bello
iuſto licet pugnare etiam cum bali⸗
ſtis Tāgit glo.ḋrām inter canonē la
te ſnīe ⁊ ferende. Itē miti⁹ agit̄ cū le
ge ꝙꝫ cū miſtro legis Itē ponit ḋrām
inter iſta verba p̄cipio ſub pena excō
municatōis ne hoc fiat.et excōmuni⸗
co illum ꝗ hoc fecerit

¶Titulus de adulteriis et ſtupro
¶Si quis ſeduxerit
Violatoꝛ v̄gīs ducꝫ eam i vxoꝛē vel
dotabit eā.qḋ ſi nō vult vel nō pt do
tabit̄ verberabit̄ vel i monaſteriū de
trudit̄ Tāgit g.ꝙ dos fiet iuxta facul
tates dantis et honeſtatem puelle
¶Peruenit
Iſta decre.ponit penā qua punitur
ꝗ virginē ſeduxit Nō g.ꝙ hoc v̄buꝫ
ſtupꝛo ꝑtinet ad virgines qꝛ virgīes
ꝓꝑie ſtupꝛātur Itē ꝙ hoc caſu miti⁹
agitur iure canonico ꝙꝫ ciuili
¶Si vir ſciens
Maritus vxoꝛē in adulterio ꝑſeuerā
tē retinens particeps eſt peccati ⁊ pe
nitentē ſemel ex vꝛbanitate recipe dꝫ
Nota glo. que dicit ꝙ pꝛōn⁹ eſt tur⸗
pitudinis ꝗ celat crimē vxoꝛis.xxxij.
q.i.ca.i.et.c. queadmodū ꝺ iureiurā.
cū ꝑ hoc quodāmodo lenociniū vi⸗
det̄ committere pꝛeſumptiue
¶Maritis
Maritis ex ſuſpitōe violēta ꝑmiſſuꝫ
ē vxoꝛes ſuas accuſare ⁊ ipi plus ce
teris de adulterio ipas accuſare pn̄t
et defendere Nō gl.extraneo hoc ca
ſu vxoꝛē accuſare non licet. Itē tāgit
gl. de xl.dieb⁹ infra quos vir hoc pt
¶Significaſti
Propter cōfeſſionē adulteri non pu⸗
nitur adulter licet propter infamiaꝫ
inde oꝛtaꝫ debeat ſe purgare Notat



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

glo.ꝙ licet aliquis duo ſunt ꝯnexa q̄
uis conſtat de vno tamen non ꝯſtat
de alio Itez tangit quis debeat recō
ciliare ecc̄am Itez tāgit qn̄ ſacerdoti
indicēda ē purgatō ⁊ q̄liter iſto caſu

¶ Intelleximus

Mulier petēs reſtitutōez mariti ꝑ ex
ceptōz adulterij manifeſti repellit ni
ſi vir etiā adulterat⁹ ꝓbet̄ Nōt g.i fi.
caſus i qb⁹ vir vxorē adulterā accuſa
re nō p̄t Itē tāgit g.i pn.ꝙ licet muli
er ſpōte recedat a viro ſi volens redi
re nō fuerit admiſſa dꝫ ſpoliata

¶ Tua fraternitas

Adulē neq̄t adultere ꝯſortiū declina
re. Dubitatō fuit in hoc.c.an delictū
ſupueniēs rei iudicate de iure vel de
facto afferat p̄iudicium ⁊ videt̄ ꝙ ſic
Itē nōt g.ꝙ licꝫ vir adultere debitū
reddere nō teneat̄ ipam tn̄ de domo
expellere ꝓpria auctoritate nō dꝫ ⁊ g.

Titulus de raptoribus alle.

¶ De illis

Raptor ab illo epo punit̄ i cui⁹ dio
ceſi rapinaz ꝯmiſit ⁊ iudex domicilij
eidē ſuffragat̄ ꝙ remittit eū ad locū
delicti ut eū dꝫ vel pleni⁹ ⁊ ſic rōe ra
pine ſortit̄ q̄s forꝫ nō ſui iudicis ⁊ ab
eo poterit puniri ꝓprio iudice ſuffra
gāte.h.d. Primo ponit̄ exceſſus. Se
cūdo pena.ibi Placuit Notat gl.qn̄
q̄s p̄t conueniri in dioc̄.alteri⁹ tā in
foro cōtētioſo q̄ȝ etiā penitentiali ⁊c.

¶ Super eo

Raptor publicus repellit̄ ab ecc̄e ſa
cramētis atq̄ȝ admittit̄ ſi voluerit pe
nitere ſiue in morte ſiue in vita. Uel
ſic et clari⁹ ſm panor. Manifeſt⁹ rap
tor vel ecc̄e violator ſi reſtituit vel re
ſtituēdo cauet in vita et in morte ad
penitentiā et ad ſepulturā admittit̄.

Si vero noluit cauere cū poſſet ⁊ in
morte nō p̄t clerici ei⁹ ſepulture inter
eſſe nō debēt et clerici intereſſētes vl̄
iniūgētes penitentiā ꝯtra hāc diſpo
ſitōez deponūtur ab officio ⁊ bn̄ficō
Nō glo.q̄ tāgit ꝙ inanis eſt exactio
quā excludit iopia debitoris.c.odar
dus ꝺ ſoluti. Itē tāgit g.an q̄s p̄t pe
nitere de vno pctō et de alio non an
valeat talis penitētia

¶ Excommunicationi

Qui mercatores aut alias euntes ꝑ
mare ex cā honeſta ſpoliant reb⁹ ſuis
excommunicationi ſubdant̄. Itez nō
debet ſibi quis ꝺ calamitate alterius
aliquid vendicare ⁊ alle.glo.concor.

¶ In archiepiſcopum

De criminib⁹ cognoſcūt epi et penā
imponūt ſꝫ vindictā ſanguinis nō at
tingūt. Nō g.q̄ tāgit an cā criminalis
poſſet ecc̄aſtico iudici cōmitti ⁊ q̄lez
penā iudex ecc̄aſtic⁹ p̄t infligere. ⁊ q̄
les cauſe pn̄t ſibi delegari

¶ In literis

Uiolatori ecc̄aꝝ ſepultura eccleſiaſti
ca non negatur ſi ꝑ ſuū presbyteꝝ in
fine fuerit abſolutus Notat g.ꝙ in
cendiarij eccleſiaruꝫ poſtq̄ȝ ſūt publi
cati a ſolo papa abſoluuntur

¶ Cum cauſa

Tenꝫ mrīmoniū cū raptore ꝯtractū.
nec eo ꝯſūmato alt̄ ſine licētia alteri⁹
p̄t religionē intrare Nō gl.q̄ ad hoc
ſolet allegari an ſtat̄ ꝓfeſſioni ꝯiugū
i p̄iudiciū mrīmonij ſpūalis ſiue car
nalis Itē ꝙ ꝯſenſus ſol⁹ ſufficit alte
rius coniugum vt alter coniugū poſ
ſit intrare religionem

¶ Accedens ad

Crimē rapt⁹ nō impedit mrīmoniū
inter raptorem et raptam contractū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſi cōſenſus poſtea interueniat Nō ꝙ ſm ātiquos canones et leges raptor non potuit cōtrahere cum rapta

## Titulus de furtis

Qui furatur
Qui furatur hoīem et eū vendiderit cōuict⁹ morte moriaẜ Et intellige hominē liberū qꜫ q̄ furaẜ ſeruū hac pēa nō teneẜ Itē tāgit gl. ꝙ pena mortis ſm canones nō imponitur et alle.

Fures
Si fur vel latro ī furādo vel depdādo occidantur ꝓ eis non eſt orandū ſed ſi cōphenſi vulnerati fuerint et diacono vel preſbytero ꝯfeſſi cōmunio eis non ē deneganda. Tangit gl. ꝙ in neceſſitate laicus poteſt audire confeſſiones ꝛc.

Siquis
Tpe neceſſitatis famis atq̧ nuditatis pmittiẜ furtū in pane et veſte. Tāgit glo. ꝙ tpe neceſſitatis omnia ſunt communia. et alle. iura. Itē querit g. quare fornicatō nō admittiẜ ita bñ ī neceſſitate ſicut furtum ꝛ homicidiū Uide glo. que querit et non ſoluit ergo tu cogitare debes

Qui cū fure
Qui ptem capit cū fure occidit aīaꜫ ſuam qꜫ non ſolum fur reus ē ſꜫ etiaꜫ ille q̄ furti conſcius querēte poſſeſſore non indicat Tāgit gl. an et quādo q̄s teneatur furem indicare

Ex literis
Fur occult⁹ p⁹ pactā penitentiā et reſtitutōꜫ ꝓmoueẜ ad ordines Arguit g. ꝙ miti⁹ agiẜ cū ſpōte ꝯfeſſo q̄ꜫ ꝯuicto Itē tāgit ꝙ penitentia nō valet ſine reſtitutōe niſi ꝑ inopia fieri nō pt

## Titulus de vſuris

Plures
Si creditor de fructib⁹ pignoris recipit ſortē deductis expenſis tenetur creditor pignus reſtituere Tangit g. ꝙ illud dicitur fructus quod remanet deductis expēſis ꝛ qd̄ ipo iure ꝑ fructus liberatur pignus

Quoniam
Iſtud. c. vult idē in ſumma quod capitulum ꝑcedēs ſed addit tacite idē eſſe in laicis nam in precedenti. c. tm̄ fuit mentio facta de clericis. et gloſa modicum tangit et alle.

Quia in omnibus
Manifeſti vſurarij ad communioneꜫ altaris ad xp̄ianam ſepulturā vel ad oblationem offerendam admitti nō debent Nota glo. que tangit ꝙ multitudo non excuſat peccatū. Item dicit ꝙ vſura in vtroq̧ teſtamento ē ꝓhibita Item dicit de quatuor principalibus concilijs

Super eo
Non licet vſuras recipere ut etiaꜫ captiui inde redimerentur ex ipſis. Tāgit gl. et dicit ꝙ pretextu boni malū fieri non dꜫ Item dicit tex. ꝙ pro alterius vita non eſt mentiendum.

Cum tu
Uſurarij qui ſunt ſoluendo per penā concilij lateraneñ. compellūtur reſtituere vſuras quas etiaꜫ ante conciliū receperūt facultatibus non exiſtentibus debēt poſſeſſiones empte ex pecunia fenebri vendi. ꝛ debentibus recipe ſatiſfieri. hoc dicit. Nota text. q̄ dicit ꝙ peccatum non dimittitur niſi ablatum reſtituatur.

¶ In ciuitate

Qui vendit rem plus q̄ valeat eo q2 differt ſolutõez precij peccat niſi dubium ſit an tempore ſolutionis plus vel minus valeat. Notat gl. de p̄cio rerum q̄ non ex affectione ſingulorū ſed cõi eſtimatõe taxari debeat Itez dicit q̄ res tantum valet quantū vē di poteſt ꝛc

¶ Preterea

Uſurarius monit⁹ nõ deſiſtēs ſi clericus eſt ab officio et beneficio ſuſpenditur. ſi laicus ē excommunicat̃ Nota glo. que tãgit q̄d operatur hic ſuſpē ſio in clerico Itē dicit q̄ epūs poteſt hoc caſu diſpenſare

¶ Conqueſtus

Fruct⁹ rei pignorate cõputant̃ in ſortē. ſed vnū caſum excipit ſcz ſi pignus ſit feudum eccē tamen eccā iterū non debet ſeruitiū recipere a vaſallo. Uide glo. que alios etiam ponit caſus.

¶ Qua nos

Heres vſurarij filius vel extrane⁹ vſuras extortas per defunctū reſtituere compellitur Nota gl. q̄ q̄libet filius tenetur de portione ſua ꝛ quantū ad eum ꝑuenit Item glo. querit quid ſi vnus filiorum non eſſet ſoluendo. an alius deberet totum ſoluere. et gloſa arguit ꝓ et contra

¶ Conſuluit

Mutuãs ea mēte ut pl⁹ ſorte recipiat non dans parabolam iuramenti niſi aliquod recipiat et intellige ꝑabolã. quia facit iurareq̄ ſibi tali die ſoluet ſam cum non poſſit. ne periurij reus videatur debitor. prolõgat terminū creditor et ob aliq̄d recipit̃ vendens rem plus debito quia ſolutiõem p̄cij retardat tenetur de his in iudicō anime. Tangit gl. an mutuans poſſit aliquid ſecundario ſperare ꝛc

¶ Quã pernicioſum

Uſurarij ſuper vſuris conuenti appellari non pñt quomin⁹ ſatiſfaciant de vſuris. Uide glo. in hoc. c. que videt̃ idem innuere in quolibꝫ crimine manifeſto alias ſi iniuſte grauaret̃ app. nõ eſſet deneganda

¶ Per miſerabilem

Per ſubſtractõez cõmunionis xpianorū eccā iudeos cogit ad vſuras reſtituēdas Notat glo. q̄ iudei puniūtur per eccām pena corporali et etiã pecuniaria ita tamen q̄ ad vindictã ſanguinis non procedat

¶ Quas dudum

Uſurarius q̄ fecit debitorē iurare de ſoluendis vſuris vel non repetendis eccleſiaſtica cenſura compellit̃ ab exactione deſiſtere et receptas reſtituē

¶ Quia fruſtra

Non auditur vſurarius ꝑ reſcriptum impetratum ſuꝑ recuperãdis vſuris quas alteri ſoluit niſi prius reſtituat quas extorſit. Nota glo. que tangit an delinquens contra vnã legē ꝑdit beneficiū alterius legis Itez q̄rit an ne ſufficiat cautio ad reſtituēdūz vſuras ꝛc. Item q̄d ſi nullus repetat.

¶ Cum in dioc.

Manifeſti vſurarij etiaz nemine accuſante per penam lateranenſis cõcilij per ordinarium compellūtur Nota glo. que tangit q̄ principes impediētes ꝓceſſum cõtra vſurarios pñt excommunicari. Item tangit quando vſurarius dicatur manifeſtus

¶ Salubriter

Maritus fructus rei dotalis ſibi obligate pro dote non ꝯputat in ſortē.

Nota glo. que ponit caſus vbi de re dotali maritus tenetur cōputare fru ctus in ſortem . et que requirūtur ad hoc vt non computet Item dicit g. contra illud Qui emolimentuꝫ ſentit et damnum ſentire debꝫ

Michael laicus

Iſtud capitulum idem videtur dice re in ſumma quod.c. Quia fruſtra s. e. Uel ſic ſummatur ſm panor. Repe tens vſuras nō auditur niſi reſtituat extortas per ſe vel per aliuꝫ a quocū ꝗ cauſam habet Nota glo. que vide tur dicere ꝙ iſto caſu fili⁹ tenet ex de licto patris ⁊ agitur hic ex facto pris

Quanto

Iudei qui a chriſtianis graues vſu ras extorquent vel de ſuis bonis de cimas et oblatōes non ſoluunt eccle ſijs priuantur chriſtianorū commer tio Notat glo. ꝙ ceſſat argumentuꝫ a contrario Item dicit de vſura que dicatur moderata et que īmoderata

Nauiganti

Mutuās nauiganti pecuniā ⁊ quāꝗ in ſe recipiat periculum vſurarius eſt cenſendus. Item qui dat decem ſoli dos ut alio tempore ſibi totidem mē ſure tradantur ſi dubitetur et poſtea plus ſoluant vſurarius nō eſt cenſen dus. eodem modo excuſatur qui pā nos vel alias merces vendit ut certo termino recipiat pro eiſdem. ſi tamē tempore contractus non fuerit ven diturus Nota gloſam que dicit mu tuū dantes nihil inde ſperantes. Itē dicit glo. ꝙ nulla cōpenſatio admitti debet vt vſura exigatur Item tangit glo. de dubio ꝙ propter dubium ex cuſatur. dicit tamen propter pericu lum animarū cautius fore abſtinēdū

Titulus de vſuris li. vi.

Uſurarum

Iſta decretalis primo innouat ⁊ ob ſeruari precipit lateranenſe conciliū contra vſurarios editum. Secundo precipit dominis et vniuerſitatibus terrarum ne permittant alienigenas in terris ſuis cōducere domos ad ex ercendum fenus vel conductas habe re ⁊ ꝙ aliquis eis ad hoc domos nō locet ad aliquod tempus et imponit penam clericis contrafacientibus et etiam laicis

Quanꝗ

Manifeſto vſurario licet mandaue rit vſuras reſtitui eccleſiaſtica ſepul tura negatur niſi primo ſatiſfaciat. Uel ſm formā huius decretalis ido nee caueatur. ſepelientes eos contra hanc conſtitutionem lateranenſis cō cilij penam incurrunt. teſtamenta eo rum aliter facta non valent. Nec de bet eis aliquis intereſſe vl' eos abſol uere vel ad confeſſionem admittere. Tangit gl. quis dicatur vſurari⁹ ma nifeſtus remittendo ad glo. s. c. pro ximo. quibus auteꝫ vſure debeant re ſtitui. vide per hoc gloſam hanc ⁊ ſi militer qn̄ ꝓcurator adquirat dn̄o.

Titulus de vſuris in Cle.

Ex graui

Officiales cōitatum facientes dictā tes vl' ſcribentes ſtatuta ſuper vſuris ſoluendis non repetendis vel non re ſtituendis vel iudicātes ſm illa vel

non delentes illa ſi poſſũt infra tres menſes de libris communitatum vel illa ſeruantes excommunicati ſunt. hoc pmo. Fenoratores in cauſis vſurarum edere coguntur libros rationum ſuarum. hoc ſecundo. Pertinaciter aſſerens vſuras nõ eſſe peccatũ hereticus eſt. hoc tertio. Nota glo. q̃ eſt in hac materia ſingularis

Titulus de falſariis

Falſidicus teſtis

Qui falſum dicit teſtimonium deum iudicem et partẽ offendit Nota tex. qui dicit q̃ vterq3 reus eſt qui veritatem occultat et mendacium dicit Tãgit gloſa de ſententia p falſos teſtes vel inſtrumenta lata et qualiter puniri debet falſus teſtis et ẽ notabilis

Super eo

Sententia lata per falſas literas nõ debet executioni mandari. Tãgit g. q̃ per falſas literas nulla attribuitur iuriſdictio Item q̃ executor ſuperſedere debet cum allegatur falſitas. et qualiter hoc pcedit alle.

Ad audientiam

Clericus falſificãs ſigillu3 principis deponitur et ei caracter aliquod euidens ſignum imprimitur et in exiliũ mittitur. Tangit hic gl. qualiter iſte caracter debet imprimi. et per quem Ite3 q̃ fiat ſine emiſſione ſanguinis

Cura ſepe

Exiſtens in curia literas ap. non recipiat niſi a manu pape vel officialiu3 eius ab ipſo deputatoru3. perſone tñ ſolennes per nũcios recipere poſſũt de manibus tamen predictorum. Si contrafaciẽs fuerit laicus excommunicatur ſi clericus ſuſpenditur ab officio et beneficio Vide glo. que loqtur de excommunicato impetrãte

Licet ad regimen

Hic habes. ix. modos falſitatis. qui melius per inſpectionem oculorũ intelliguntur q̃3 elocutione aliqua exprimantur Nota glo. que ponit etiam alios modos falſitatis qui ponũtur in textu. eſt etiam notabilis et vtilis

Quam graui

Falſe ſunt litere papales ĩ quib' eps vocatur filius vel inferior frater vel vni ſcribitur in plurali. Notãt doct. ex hoc capitulo q̃ ſtilus curie ẽ attẽdendus in literis et deſeruit hoc ad multa.

Ad falſariorum

Qui per ſe vl' per alios literas papales ſeu apoſtolicas falſant excommunicati ſunt cum ſuis fautoribus ⁊ clerici ab officio et beneficio ſunt priuati et degradandi et curie ſeculari tradendi per quam etiam laici puniunt Si autem clericus falſis literis vtit officio et beneficio ſpolietur. Si laicus excommunicetur. Item dicit gl. allegans ignorantiam ⁊c.

Accedens

Non preſumitur quis falſare literas d ſimplici iuſticia nec punitur ſi hoc comperto deſiſtat illis vti. Nota gl. que dicit q̃ non preſumitur q̃ quis in re modica velit committere dolũ. Et tangit glo. quid ſi quis falſum affirmet de re propria cuius noticiam habuerit preſumitur ne pma facie cõtra ipſum. Vide glo. que arguit pro et contra

Ex conſcientia

Propter paucarum literarum raſuram in loco non ſuſpecto reſcriptum non probat̃ falſũ. Nota gloſã que dicit ꝙ modica ſuſpicio non debz ſapiẽtis animum immutare. et alle. glo.

## Titulus de ſortilegiis

### In tabulis

Furta rerum eccleſiarum non ſunt ĩ tabulis aut codicibus aut alias ſorte vel inſpectione aſtralabij inquirẽda et hoc dicit cum capitulo ſequenti quod incipit. Ex tuarum. Notat gloſa in capitulo primo ꝙ quelibet ſors non ſit mala. Item gloſa in capitulo ſecundo tangit de ſimplicitate ⁊ de eo qui bono zelo aliqͣ facit

### Eccleſia vrã

Sors intantum in electiõibus reprobatur ꝙ etiam electio compromiſſariorum per ſortem non debz admitti neqꝫ aſſumi. Notat glo. an quis poſſet ſeipm eligere Item ꝙ perſona electa nullo caſu debet computari inter eligentes Item ad quem pertinet cõfirmatio et examinatio proceſſus et etiam perſone electe. Item glo. arguit de ſancto mathia qui fuit ſorte electus ꝛc. Item dicit glo. ꝙ ſors in pluribus caſibus admittitur. Itez dicit ꝙ ſors in ſe non eſt mala ſed ex cauſa prohibetur

## Titulus de colluſione

### Scripta

Si accuſator ab accuſatione deſiſtit debz iudex inquirere an hoc per colluſionez faciat Uel ſic ſm panoꝛ. Accuſatore deſiſtente ab accuſatione pt iudex ex officio ſuo inquirere ſup crimine illato quod intellige ut hic per eum Nota gloſam que tangit drãm inter factum bonum ⁊ illud quod bene ſit. quia iudei bonum opus fecerũt ſed tamen non fecerunt bene. de quo vide glo. Et nota glo. magnam que compendioſe dicit de tribus generibus cauſarum. et qualiter dupliciter a lite recedatur vide eam

### Crimina

Crimina probata puniri debent etiam ſi accuſatus cuz accuſatore ĩ amiciciam redijt

### Audiuimus

Beneficõ ſeu officio ſuo priuatur ꝗ per colluſionem conſtituit illud cenſuale. Uel ſic. Clerici ſuper ſuis beneficijs colludentes ab eiſdez debẽt penitus remoueri Uel ſic et generalius ſm panoꝛ. Colludens in cauſa beneficiali beneficõ priuari debet. hoc dicit. Nota gl. que dicit quid ſit colluſio. eſt inter actorem ⁊ reum latens ⁊ fraudulenta conuentõ. Item dicit ꝙ colludium nõ debet manere impunitum. et alle. ad hoc concoꝛ.

### Intantum

Iterum contra illum inquiritur de crimine qui per colluſionem pri⁹ fuerat abſolutus Uel ſic ſm panoꝛ. Abſolutio ꝯ crimine illato per colluſionem facta non impedit facultatez iterũ accuſandi et inquirendi de illo crimine. hoc dicit Notat gl. prima qñ prelatus debet inquirere quando. ſ. ſcandalum videtur Item tangit glo.

quid ſit tergiuerſare

## ¶ Titulus de delictis pueroruꝫ

¶ Pueris

Impuberes preterq̄ꝫ invicio carnis delinquē poſſunt. puniuntur tamen mitius q̄ꝫ adulti. Nota textum qui dicit ꝙ puerilis etas plena eſt furtis mendacijs et periurijs. Item tangit glo. de pueris ſeptem annorum ꝙ cō fiteri et mentiri poſſunt Item ratiōe etatis mitius agitur.

¶ Referente

Pater ex delicto filij impuberis non tenetur Uel ſic In puero multum re linquitur quod in adulto grauiť pu nitur. Uel ſic. Impubes percutiens alium nō debet puniri pena pecunia ria ſm conſuetudinem terre. nec ob. ꝙ poteſt exigi a patre Tangit hic g. ꝙ pater non debet puniri pro filio. Item notat gloſa ꝙ ab epiſcopo ha bente regalia a principe pro regali bus illis appellandum ſit ad papam. de quo vide glo.

## ¶ Titulus de clerico venatore

¶ Epiſcopum

Iſte titulus ponit penas quib⁹ pu niuntur epiſcopi preſbyteri et diaco ni habētes canes aut accipitres aut huiuſmodi ad venandum Epiſcop⁹ enim tribus menſibus a communio ne ſuſpenditur. ſi preſbyter duobus. ſi diaconus ab omni officiō ſuſpendi tur Poteſt tamen ſic breuiter ſumma ri Clerico prohibetur venatio et cō trafacienti pena imponitur. hoc di cit cum ſequeñ. de qua in textu. No ta gloſam que diſtinguit de multipli ci venatione. Item tangit quādo ad mittitur venatio Itez dicit ꝙ iſto ca ſu plus punitur minor q̄ꝫ maior. Itē dicit ꝙ clerici ſpecialiter ſūt ſerui do mini.

¶ Omnibus

Summatū ē ſupra capitulo primo.

## ¶ Titulus de clerico percuſſore

¶ Si quis

Qui ī aliquo gradu ſacro percuſſor extiterit corripiatur a crimine. et ſi ſe non emendauerit deponatur. Uel ſic Clericus alium percutiens et moni tus non deſiſtens deponendus eſt. Nota gloſam que tangit de eo qui ī vſu habet percutere et in ludo ꝛc.

¶ Preterea

Epiſcopus duobus mēſibus ab ad miniſtratōe miſſarū ſuſpenditur q̄ fe cit aliquem vltra modum crudeliter fuſtibus verberari Uel ſic. Non po teſt epiſcopus penam grauem verbe rum imponere Notat glo. ꝙ ex tēpo ris prolixitate preſumitur hic. et ſic etiam preſumitur ex temporis breui tate Item notat gloſa in fine ꝙ epūs querens timeri verberib⁹ deponi de bet ab officio.

¶ Preſentium

Duobus annis a miſſarū celebratōe ſuſpēditur pſbr q̄ aſſociat repellētes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

violentiam in cõflictu vbi aliq mor-
tui ſunt et lapides proiecit licet nul-
lum percuſſit Uel ſic. Non punit̃ cle
ricus ut homicida ſi fuit ipe in confli
ctu pro parte violentiaz repellentiũ
licet ibi aliqui mortui ſunt ⁊ ipe lapi
des proiecerit ex quo nullum ipe p
cuſſit. hoc dicit. Tangit glo. ꝙ preſby
ter hoc caſu ſe defendẽdo lapides ꝓ-
ijcit ⁊c.

Continentia

Aſſumẽs arma ut cuz alijs predoni-
bus reſiſtat licet facto neqꝫ conſilio
ſuo homicidium fuerit ſubſecutũ ad
ordines promoueri nõn poteſt ſi ab
alijs homicidium fuerit perpetratuz
Uel ſic Clericus qui fuit in conflictu
vbi aliqui fuerunt occiſi ſine eius fa-
cto vel conſilio ꝺ iure communi pro
moueri poteſt. hoc dicit ſm illum in
tellectuz Alio modo legitur ꝙ diſpẽ
ſatiue poteſt talis promoueri Nota
tex. et glo.

## Titulus de maledicis

Innotuit

Maledicens pape puniendus eſt vt
deinceps alij deterreant̃ et abſtineãt
a tali reatu et ipſe arceatur. hoc dicit
Nota glo. que eſt notabilis et mgr̃a
et videtur arguere quãdo quis tene-
tur dimittere iniuriam et quãdo nõ
et remittit et alle.

Statuimus

Iſta decretalis ponit penam quam
patitur qui contra deum vel ſanctũ
aliquem blaſphemiam publice dicit
Nota textũ ꝙ in arbitrarijs plus dꝫ
puniri delinquens in beatam virgi-
nem qꝫ in aliquem alium ſanctũ No
ta glo. q̃ dicit quantũ delictũ ſit blaſ-
phemare qꝫ grauiter etiam remittat̃.
Itẽ tangit glo. ꝙ vna iuriſdictio iu-
uatur per aliam. Item notat g. ꝙ qñ
non exprimitur aliqua ſpecialis mo
neta intelligit̃ vſualis et alle.

## Titulus de clerico excommũi cato miniſtrante

Si quis epũs

Epiſcopus pſb̃r aut diaconus depo
ſitus iuſte, pro certis criminibꝰ ſi au
ſus fuerit miniſterium ſibi duduz cõ
miſſum attẽtare ab eccleſia abſcinda
tur Notat hic glo. ꝙ idem dicenduz
eſt ſi iniuſte dummodo ſententia non
ſit lata contra ordinem iuris

Si quis pſb̃r.

Si degradatꝰ vel ſuſpẽſus celebrat ⁊
monitꝰ nõ deſiſtit excõicat̃. ⁊ ſi nec ſic
deſiſtit ad reqͥſitõem ecc̃e ꝑ p̃ncipẽ ſe
culare ĩ exiliũ mittat̃. Nõ gl. q̃ tãgit
an degradatꝰ ꝯficiat. Item tangit ꝺ
inuocatione auxilij ſecularis

Clerici autem

Interdictꝰ vel excõicatꝰ celebrans et
monitus nõ deſiſtẽs deponit̃ Nõ g.
q̃ tãgit qͣs poſſet cũ deposito diſpen
ſare et ipm̃ reſtituere ⁊c

Latores preſentium

Excõicati vl̃ interdicti ſi celebrãt de
ponunt̃ niſi ꝓpt̃ eorũ multitudinẽ pe
na minuet̃ Nõ g. q̃ tãgit qñ pcendũ
ẽ multitudini ⁊ qñ nõ Itẽ tãgit glo.
q̃ dicunt̃ multi Tãgit g. drãm ſuſpen
ſionis ab officio et bñficio. Itẽ qd ſi
dicat epͤs ſuſpẽdo te ab officio ⁊ bñ
ficio

Illud dñs

Excõicatus celebrãs deponit̃ niſi pe
na illa miſericorditer remittatur. Et
ſm hoc nihil affert iſtud. c. de nouo.

ideo ſummo'aliter ut aliqd afferat.et
ſic.ſi habēs noticiā excōicationū.ꝑ ſo-
laȝ famā celebrat dȝ de rigore depo
ni licet cū eo poſſit miſericorditer di
ſpenſari. hoc dicit ſm panor. Tāgūt
hic doc.ꝛ glo.tāgit ꝙ in notorijs nō
eſt opus monitiōe Itē dicit ꝙ papā
etiā fallit obliuio Itē tāgit de fama
ꝛ an qs debeat ſe credere ex fama ex-
communicatū;non viſis literis.

¶ Fraternitati

Excōicatus celebrans'a ꝑbñficio de-
ponitur.dicit glo.in hoc capitulo ꝙ
epūs poteſt predictos clericos perpe-
tuo deponere. tamen non poteſt cuȝ
eis diſpenſare vt dictū ē.s.e.clerici ꝛc

¶ Poſtulaſtis

Collatō bñficij excōicato facta non
valet et ſcienter excōicatis bñficia cō
ferens a bñficioꝝ callatōe ſuſpendit.
hoc primo. Celebrās in loco interdi
cto ſi ē clericus ſecularis bñficijs pri
uat.ſi monachus vel monialis in ar
tius monaſteriū detrudit Iteȝ dicit
glo.in fi.ꝙ hoc caſu clericus non au
ditur ſi dicit ſe iniuſte excōicatum

¶ Propoſuit

Excōicato poſt abſolutōem bñficiū
conferri poteſt. Uel ſic. Qui nō pro
bat contra eū cui facta ē collatio tpe
receptōnis beneficij vt excipit ſtat fa
cta collatio ꝑ prelatū. Uel ſic. Ualet
collatio beneficij ei facta q prius fuit
excōicatus ſȝ tempe collationū abſo-
lutus. Itē nota hic ꝙ excommunica
tus ſuā dȝ cuſtodire abſolutōem Itē
notat hic glo.ꝙ hoc caſu teſtes vtri-
uſqȝ admittūtur ſcȝ illi'q dicit aliquē
excōicatū et q dicit ſe abſolutū

¶ Apoſtolice ſe.

Qui ꝓbabiliter ignorat ſe ſuſpenſuȝ
celebrando irregularis nō eſt Uel ſic
Suſpenſus vel excōicat' celebrās ig
norant nulla indiget diſpenſatōe re-
ſpectu irregularitatis.alias ſec'. Nō
glo.q alle.paulū.d.veniā merui qꝛ ig
norans feci Itē dicit g.ꝙ qs abſens
et ignorans poteſt'excōicari et ſuſpē
di Item tangit glo.ꝙ nulla ſnīa vel
ſtatutū ligat niſi ſciatur Itē tangit d
eo q per epiſtolam excōicat an ſit ſta
tim excōicatus ꝙcito epiſtola ſit ſcri
pta vel quando recipit.

¶ Si celebrat

Iſtud.c.ē multuȝ difficile ꝛ hȝ plura
dicta et ergo caſus ſimplicit poni nō
ṗt. Uel ṗt dici ꝙ celebrās ī minori ex
cōicatōe.lȝ grauit peccet.tū irregula
ris nō efficit et eligere ṗt et ea q ſunt
iuriſdictionis exercere.ſcient tū eligi
nō ṗt. Itē ipe peccat ꝯferendo eccle-
ſiaſtica ſacramenta. collata tū nō ca
rent ꝟtute dūmō tū nō ī contemptū
eccleſiaſtice diſcipline et ꝯtra ꝓhibi-
tōem nō cōmunicet excommunicato

¶ Titulus de clerico nō ordina
to miniſtrante

¶ Si quis

Nō ordinat' ſacramentalit baptiſās
vl' celebrās ꝓpter ſuā temeritatē abij-
citur ab eccā et nūqȝ ordinabit. Nō
gl.ꝙ baptiſm' tpe neceſſitatis a quo
libet poteſt recipi etiā ab heretico. ī
forma tamen eccē ꝛc.

¶ Ex literis

Diaconus miſſam celebrās ad ſacer
dotium non promouetur ad temp'a
diaconatu ſuſpenditur ſed in benefi-
cio cum eo poterit diſpenſari. Tāgit
gloſa ꝙ clericus depoſitus debet cle
ricaliter viuere. nec debet in obpro-
brium cleri mendicare. Item querit
hic gloſa anne papa vel epiſcop'poſ
ſit hoc caſu cum diacono diſpenſare.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## ¶ Titulus de clerico per ſal. promoto.

¶ Tue litere

Qui ignoranter per ſaltũ de ſubdiaconatu fit preſbyter poſt penitentiã in diaconum ordinatur et demũ poterit in preſbytero ſecum diſpenſari. Notat hic glo. prima de negligẽtia que fuit hic craſſa et ſupina Itẽ querit quid de illo qui nullum habz ordinem et promouetur in ſacerdotem Item quid de laico Itẽ quid d̄ epõ. Itez dicit g. ꝙ ſicut vir et mulier vnũ faciunt matrimoniũ ita clericatꝰ ⁊ ſacerdotium vnum faciunt epm

## ¶ Titulus de eo qui furtiue ordines ſuſcepit

¶ Ueniens

Qui furtiue ordinatur male ſuſcepti ordinis poteſt per ſuum epm executionem habere et promoueri ad maius niſi excommunicatio lata fuerit contra talem Uel ſic et clarius Qui furtiue recipit ordinẽ in ſuſcepto miniſtrare vel ad ſupiores aſcendẽ nõ p̄t. Si cõtra hoc facientes lata erat excommunicatõ et hoc ſine diſpenſatione pape. Sed ſi excommunicatio lata nõ erat epſ et abbas potuerũt diſpenſare Nota glo. que dicit ꝙ ille furtiue ordines ſuſcepit qui citra ſententiã ſui epiſcopi et ſine examinatõe promouetur

¶ Cum in

Irregularis efficit̃ qui in vna die ad minores ordines et ad ſubdiaconatꝰ ordinem promouetur Notat glo. ꝙ oẽs minores ordines vna die cõferri pñt et glo. ad hoc alle. et remittit.

¶ Innotuit

Ut. ſ. e. in. c. Ueniens. Notat glo. et tex. notabiliter tãgit ꝙ epſ poteſt ferre ſniam excõicatõis ne q̃s plures ordines maiores ſuſcipiat. Itẽ tãgit d̄ illis qui contra ſniam excõicatõis ſuſcipiunt ordines ꝙ deponendi ſunt.

## ¶ Titulus de exceſſibꝰ prelatorũ

¶ Peruenit

In iſta decretali papa monet prelatos abſtinere a grauaminibus ſubditorum et cõminatur penã cõtrafaciẽtibus. Notat gl. ꝙ ſententia excõicationis non debet ferri ſine ordine iudiciario et ꝙ epſ in excommunicando dz requirere conſenſum capituli.

¶ Ad hec.

Epi eccãs ſubiectas archidiaconis ab eis liberare nõ pñt. Uel ſic ⁊ generalius. Nõ p̄t epſ ſine cã eccãm alteri ſubiectã ab ipſiꝰ ſubiectõne et obſequio liberare. h. d. Notat glo. ꝙ epi nõ debent alteri diminuere ius ſuuz citra eiꝰ ꝯſenſum nec p̄t epſ in preiudiciũ alteriꝰ alteri dare puilegiũ Itẽ dicit ꝙ ſeruitiũ ex conſuetudine preſtitum peti poteſt ꝛc.

¶ Ad aures

Archidiaconi eccleſias ſibi ſubiectas ad ſuos vſus retinere non pñt. Uel generalius et ſic. habens collatiõem ſeu ſubiectõnem beneficij illud ꝓ ſuo vſu retinere non poteſt ſeu ſibi conferre. hoc dicit. Notat g. ꝙ archidiaconi cauſa cuſtodie poſſũt eccleſias retinere. ſi ad eos pertinet inſtitutio adhuc non debent ſibi retinere ſz alios inſtituere

¶ Clerici

Clerici ſi ſunt ſodomite deponũtur.

et in monaſterio detruduntur ſi laici
excommunicantur Uel ſic. contra na
turam incontinentes ſi ſunt clerici ꝛc.
ut in primo ſum. Nota glo. ꝙ ſodo-
mite dicuntur filij diffidentie quia d̄
eorum ſalute diffidendum eſt. Item
dicit glo. de vicinitate ꝛc.

¶ Sane ſi epiſcopi

Quod iniuſte petunt epiſcopi ab ab
batibus poſſūt ipſi abbates propria
auctoritate denegare Subditus nō
tenetur parere ſuperiori aliq̄d exigē
ti ſeu p̄cipiēti ɔtra tenorē ſui p̄uilegij
hoc dicit Nota glo. que dicit ꝙ om
nis cura in dio. tam ī monaſterijs q̄ʒ
in alijs pertinet ad ep̄m niſi ſint exēp
ti. et alle.

¶ Illud etiam

Iſta decretalis ponit penam illorū
qui cum ſint vicarij volunt ſe ingere
re vel erigere contra perſonas id eſt
contra ſuos prelatos Uel ſic Uicari
us eccleſie vſurpans ſibi ipſius eccle-
ſie perſonatus contra preſtitum iura
mentum ad officij ſui executōem ad-
mitti non debet Nota glo. que dicit
ꝙ perſonis vilibus ſunt beneficia de
neganda et ſubtrahenda

¶ Cum ad quorundā̄

Denegatur prelatis procuratio qui
ſecum ducunt perſonas et euectores
vltra numerum in concilio lateranē-
ſi ſtatutum Et ſententia excommuni
cationis propterea in ſubditos lata
non tenet Uel ſic. Excommunicatio
lata contra ſubditum quia non parʒ
contra priuilegiuʒ ſibi a ſuperiore cō
ceſſum non tenet Nota glo. ꝙ ſentē-
tia excommunicationis lata cōtra p̄
uilegium pape non tenet et eſt nulla.

¶ Sicut vnire

Abbas ſubiectus epiſcopo monaſte
rium ſuum alteri monaſterio ſubijce
re vel vnire non poteſt ſine auctori
tate dioceſani etiam d̄ metropolita
ni cōſenſu Uel ſic Prelatus inferior
citra epiſcopum non poteſt ſuam ec
cleſiam vel ſibi ſubiectam alteri vni-
re ſine epiſcopi conſenſu etiaʒ metro
politani auctoritate intueniēte. hoc
dicit. Nota glo. que ponit caſus cer
tos quos papa ſibi ſoli reſeruauit

¶ Quam ſit graue

Clericus qui de ſuo crimine publice
gloriatur propter quod ſcandalum
inde ſecutum eſt ab officio et benefi
cio ſuſpenditur. et per hoc commune
ſummariuʒ nimis reſtringitur ſenſus
litere. quod videtur cōtra principiuʒ
c. et ido ſimpliciter poteſt ſic ſumma
ri Suſpendi debet cleric⁹ qui de ſuo
crimine publice gloriatur Notat h̄
glo. ꝙ confeſſio extraiudicialiter fa-
cta preiudicat hoc caſu. quia non re
fert vndecū̄q̄ʒ crimina claruerint vt
puniantur.

¶ Ex lr̄is veſtris

Epiſcopus cuius auctoritate homi-
cidium eſt commiſſum ab altaris mi
niſterio ꝛ officio pontificali ꝛ epiſco
patus adminiſtratione deponit̄ Uel
ſic Preſtans cauſam directe vel indi
recte homicidio committendo eo cō
miſſo priuari debʒ officio pontifica-
li et ſacerdotali et ab adminiſtratiōe
epiſcopatus remoueri. hoc dicit Uel
ſic. Clericus auctoritatē directe vel
indirecte vel conſilium homicidio
preſtans irregularis efficitur. No
tat gloſa. ꝙ clerici non prohiben-

tur conſilia dare principibus i crimi
nibus. dummodo tamen fungantur
potius vice conſulentis ꝙ̄ ſuggerētis
glo.alle.ar.ff.de queſti.l.i.

¶ Inter dilectos

Ab obtinenda dignitate repellitur
vſurarius ⁊ publicus aleator Uel ſic
Collatio beneficij facta indigno oc
culto caſſari debet ⁊ cōferentes ſcđo
ante caſſatōem prime collatōnis pua
ri debent ea vice poteſtate conferen
di. Notat gloſa ꝙ ludere in aleis li
cet cōuiuij cauſa ⁊ hoc ſm leges Itē
qui delictum ſiue peccatum ſuum ex
cuſat auctoritate ſiue conſuetudine
magis peccat Item tāgit de falſario

¶ Accedentibus

Abbates đ matrimonijs cognoſcere
et publicas penitentias iniungere et
indulgentias dare non poſſunt. niſi
ſpeciali iure hoc eis cōpetat. Uel ſic
et generali⁹ Cognoſcere de cauſa ma
trimoniali. item penitentias publi
cas et indulgentias cōcedere ſpectat
ad dignitatem epiſcopalem vnde in
ferior prelatus đ his ſe intromittere
non deb3 niſi ipī cōpetat hoc đ iure
ſpeciali. hoc dicit. Notat gloſa ꝙ qli
bet ſuis finibus debet eſſe cōtentus.

¶ Dilectus filius

Ad reuelandum peccatorez ſiue pec
catum in ſpenitentia confeſſum ſacer
dos vrgeri non poteſt Notat glo.ꝙ
nemo compelli debet ad indicandū
furem.ff.de preſcrip.v.l.ſolent. Item
notat glo.ꝙ ſententia excommunica
tionis lata ſub conditione ſuſpendit
ꝑ appellatōnem ꝛc.

¶ Dilecta filia

In preiudicium prelati non poſſunt
ſubditi ſingulares erigere ſigna colle
gij Uel ſic Clerici eccleſie vbi iā ſine
ipſis collegium eſt non poſſunt facē
re vnum corpus Uel ſic Priuati ho
mines regulariter nequeūt conſtitu
ere collegiu3 et habere ſigna collegij
niſi aliter eis conceditur. Notat glo.
quot modis dicitur corpus Itē tan
git gloſa de ſigillo quis poteſt habe
re ſigillum.

¶ Grauem

Qui contra iuramentum negat pre
latum dominū ſuum vel coram ſecu
lari iudice de ipō conqueritur vel eū
inuadit beneficō eſt priuādūs ſeu de
poni debet quod pro eodem eſt No
tat glo. quid ſit homagium Item ꝙ
omnis contumacia aduerſus preſidē
capite punienda eſt

¶ Nimis iniqua

Iſta decretalis ponit quindecim re
prehenſibilia in quibus prelati exce
dūt a qb⁹ papa ꝑcipit ꝑlatos abſti
nere Nō bn̄ iſtud.c.et ei⁹ glo.et inue
nies quātas tribulatōes ſuſtinent re
ligioſi viri a ꝑlatis eccleſiaꝝ ꝓpter eo
rum auariciam ꝛc.

¶ Nimis praua

Iſta decretalis ponit duodecim pre
dicatorum et minorum grauamīa a
quibus precipit prelatos abſtinere
Nō gl.q̄ dicit ꝙ oēs religioſi q ꝓꝑl'm
nō hn̄t ad ſynodū ire nō tenent̄ Itē
tangit gl.ꝙ religioſi ꝑlatis nō ꝑſtāt
iuramētum ſed clerici ſeculares

¶ Tanta eſt

Uiolās interdictū iuriſdictiōe et cla
uiū ꝑtāte ſe ꝑuat. Uel ſic. Nō ſeruās
interdictū ſuſpenſus ē ab officio ⁊ be
neficio et omni iuriſdictione. Hoc
dicit. Nota ꝙ violans interdictum
contemnit claues petri

Item nota qui non ſeruat ſententiā
interdicti tanq̄ʒ ſuſpenſus beneficia
conferre non poteſt. Item celebran-
tes in loco interdicto interdicti ſunt.
Item nota glo. que tangit et eſt ſin-
gularis de materia interdicti ⁊c.

## ¶ Titulus de exceſſibus prelato-rum li. vi.

¶ Cum ex eo

Mendicantes non poſſunt adquire-
re noua loca ad habitandum vel ali-
qua antiqua alienare vel mutare abſ-
q̄ʒ ſpeciali licentia pape que ď hac ꝓ-
hibitione faciet mentionem In adq̄-
rentibus tamen loca pro heremitica
vita ducenda ceſſat prohibitio No-
tat gl. prima qui dicuntur mendican-
tes. Item in fine dicit glo. ꝙ religio-
ſus mendicans de licentia prelati ſui
poteſt heremiticam vitam ducere

## ¶ Titulus de exceſſibus prelato-rum in Cle.

¶ Frequens

Iſta cle. prouidet contra. xxx. graua-
mina que prelati r̄ligioſis inferebāt
a quibus prelatos ceſſare precipit.
et ſuos ſubditos ceſſari facere iubēs
religioſorū priuilegia et iura ſeruari
Notat g. ꝙ epūs poteſt ab exemptis
moderatū petere ſubſidiū Itē tangit
de notario q̄ req̄ſitꝰ recuſat facere in-
ſtumentū Itē tangit et dicit ꝙ p̄ſta-
tio p̄t fieri ꝑ lrās Itez tāgit an priui-
legium de fructibus beneficiorū pri-
mi anni extendatur ad exēptos Itē
dicit ꝙ vna ē vniuerſalis eccleſia ex-
tra quam nullus ſaluatur Itez vnus
eſt dn̄s vna ē fides et vnū baptiſma.

## ¶ Titulꝰ de noui operis nūciatiōe

¶ Intelleximus

Quod edificatum eſt poſt denuncia-
tōem noui operis demoliri debet ex-
penſis conſtruentis Vel ſic. Cum ali-
quid noui conſtruitur ſiue iure ſiue
iniuria debet ſꝫm ſtatuta legum ⁊ ca-
nonum terminari Vel ſic. etiaʒ eccle-
ſia edificata poſt nunciatōnem noui
operis deſtruenda eſt expen̄ cōſtruē-
tis Nota glo. in capitulo primo que
tangit que requiruntur in denuncia-
tione et tāgit de noua eccā edificāda

¶ Cum ex iniucto

Summatum eſt. ſ̄. c. proximo. Nota
tamen in tex. ꝙ vbi non tenet princi-
pale nec acceſſorium. Notat gl. quis
debet denunciare nouum opus. Et
quis dicatur facere nouū opus. Itē
arguit glo. pro monachis ꝙ ſemper
preſumuntur habere bonam cauſam
Itē tangit tex. et glo. de ſcandalo. d.
Si ſcandaliſatur frater meus nō co-
medam ⁊c. Item dicit gl. ꝙ multa fi-
unt et etiam omittuntur propter ſcā-
dalum vitandum. et qualiter illa in-
telliguntur vide tex. et glo.

¶ Significantibus

In optōne eſt nunciantis nouū opꝰ
an infra tres menſes de p̄iudicio ſuo
an vero debeat oſtendere et interim
ceſſetur ab opere recepta cautiōe de
ope demoliendo ſtati edificare ꝑmit-
tat Notat g. ꝙ reſtitutio q̄n̄q̄ʒ differ-
tur licʒ ꝓbatōes ſūt i ꝓmptu ⁊ alle.

¶ Is cui opus

Non obſtante cautōe p̄ſtita ab edi-
ficante de demoliēdo opus tenetur
edificans expectare ſpatiū trium mē-
ſiuʒ ſi voluerit ꝓbare ip̄m edificaſſe
poſt denunciatiōeʒ in p̄iudiciū iuris
tui Ex iſto tex. notat glo. ꝙ in optio-
ne eſt denūciatoris an velit ſtati do-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cere de iure ſuo vel vſq; ad tres men
ſes an ſtatim recipere cautõꝫ de ope
re demoliendo

## ¶ Titulus de priuilegiis

¶ Epãlia
Non debent epiſcopi niſi in ciuitati
bus ſeu locis inſignib⁹ collocari No
ta textum qui tãgit aliquid vileſcere
propter ſuam numeroſitatem Item
notat gloſa in fine ſui ꝙ ſponſa ſtatī
nõ tradenda eſt
¶ Sicut in
Non obſtante priuilegio fori puniť
per eccleſiam laicus eccleſie malefa
ctor Nota textum qui dicit ꝙ laicos
coercere non eſt contra legem agere
ſed legi facere ſubſidium Item dicit
gloſa qui malos coercet miniſter eſt
domini cũ deo non poteſt pinguior
victima offerri ꝙ̃ reus iniquus
¶ Cum et plantare
Religioſi etiam exempti decimas a
laicis recipere non debent ſine dioc̃.
conſenſu. hoc primo Excommunica
ti et interdicti omnino non debẽt ad
mitti ad diuina etiam per religioſos
exẽptos. hoc ſecundo Religioſi etiã
exempti in eccleſijs non pertinentib⁹
ad eos ĩpleno iure non inſtituũt nec
deſtituunt inconſultis epiſcopis. ſed
rõem exigũt de temporalibus ab in
ſtitutis. hoc tertio. Hoſpitalarij ⁊ tẽ
plarij ſemel in anno celebrãt in eccle
ſia poſita in loco interdicto ibi tamẽ
non ſepeliuntur corpora mortuorũ.
hoc quarto Confratres exemptorũ
ſeu ipſoꝝ oblati qui in totum ſe non
tranſtulerunt iudicari poſſunt ab or
diarijs locoꝝ h. d. ſm panor. Nõt g.
ꝙ q̃libet teneť vitare excõicatos etiã
exempt⁹ Itẽ tãgit g. qd notãt illa ver
ba pleno iure ⁊ q̃ tũc eps hꝫ facere ⁊
exercere ĩ ꝑdictis eccleſijs Iteꝫ tãgit
g. de illis fratribus q̃ a priuilegiatis
emunt ⁊c. et dicunt ſe exemptos
¶ Dilecti filii
Priuilegijs ſuis ẽ ꝑuad⁹ q̃ ꝑuilegijs
derogat alioꝝ Nõ tex. ĩ fi. q̃ dić ꝙ pa
pa vult illoꝝ ꝑuilegia curtare q̃ autẽ
ticis ſcͥpturis ſe. ap. hoc eſt ꝑuilegijs
aliorum volunt obuiare
¶ Ad hec
Priuilegiatus excõicatũ ĩ cymiterio
ſepelire non dꝫ. Nota glo. que tãgit
ꝙ communicãdo excõicato mortuo
quis incidit in excõicatõem. qd non
eſt verum ſm opinionem hoſtieñ. et
etiaꝫ Jo. an. exceptis caſibus in. c. ex
cõi de hereticis ⁊c.
¶ Si de terra
Trigita ãnis faciẽdo ꝯtra ꝑuilegiuꝫ
ꝑdit illud ſiue renũciať eidẽ Nõ ĩ fi.
tex. ꝙ liberꝝ ẽ vnicuiq; ſuo iuri renun
ciare Nõt glo. ꝙ ꝑuilegiũ ꝑditur eo
ipſo ꝙ q̃s nõ vtitur eo. et ſic etiam le
ges ꝑ diſſuetudinẽ abrogant. q2 res
de facili ad ſuam naturã redigũtur.
⁊ alle. glo. iura ad hoc ⁊c. Hec tamen
decretalis non tenet vt infra eo. c. ac
cedentibus in fi.
¶ Porro quãuis
Priuilegiorum tenor inſpiciendus ẽ
et ſeruandus. Nota text. qui ſolet ad
hoc allegari ꝙ tenor priuilegioruꝫ ẽ
inſpiciẽdus. ſimile infra. c. prio Iteꝫ
dicit gl. ꝙ hoc caſu res deuoluta ad
tẽplarios cenſeť eodẽ iure cũ alijs re
bus eorum
¶ Recepimus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Solutio cēſus nō ꝓbat quē exemp tū niſi fiat ad iudiciū libertatis Nō glo. que dicit ꝙ licꝫ papa recipiat aliquos ſub protectione ſua propterea non ſunt ſubtracti a iuriſdictione ordinaria

¶ Sane

Alij ſibi aſſumere non dñt quod papa ſpecialiter alicui voluit indulgere Nota glo. quod vni per priuilegiūꝫ conceditur non debet alius auctoritate propria in exemplū trahere Itē arguit gl. quod vni conceditur etiaꝫ debet alteri concedi. veruꝫ eſt iure cōmuni. ſecus de iure ſpeciali

¶ Parentibus

Religioſi in domibus priuatis licet ibi ſint priuata oratoria non poſſūt ibi habere campanas. Nota gl. que dicit ꝙ ſi exempti excedant metas ꝑuilegiorum ſuoꝝ. vel ſi publice delinquant ꝙ poſſunt ab epis coerceri.

¶ Tuarum

In tota ꝓuincia priuātur exhortatōnis officio hoſpitalarij qui mittūt ꝓ elemoſinis colligendis falſo cruce ſignatos Et miſſi ſi ſunt laici excōmunicantur. ſi ſunt clerici a beneficio et officio ſuſpendant. et eadē ſuſpenſiōe puniū q̄ an͂ recōciliatōem in polluta ecca̅ celebrat Et ſuſpenſi per epos exemptos abſolui nō poſſunt ⁊ fratres ꝑuilegiatoruꝫ qui plene ad ipſos nō transferuntur nō cēſentur ꝑuilegiati. Nota glo. que tangit an ordinarius hꝫ ptātem in exemptos.

¶ Cum olim

Priuilegium ꝑditū d̄ cuius veritate et tenore conſtat per teſtes et ſm dicta eorum ſcꝫ teſtiuꝫ innouaū Nō g. q̄ probat qualiter amiſſio inſtrumenti ſiue ꝑuilegij probari dꝫ.

¶ Ex parte

Innouatio ꝑuilegij ius antiquū cōſeruat et nouū nō tribuit. Vel ſic Sine magna difficultate ꝑuilegia innouantur nec per innouatōem ius adq̇ritur ſed vet⁹ tantummodo ꝯſeruaū.

¶ Cum olim

Ecca̅ vtens duplici priuilegio exemptionis ſi ex vno ſuccumbat ex alio poteſt obtinere. et exemptus non iurat nec tenetur facere obedientiam dioceſano Vigore tamē exemptiōis non p̄t ſine licentia dioceſani eccam conſtruere in loco nō exempto Et ſi exemptus de facto in loco non exēpto ꝯſtruit ecca̅ cedit iuri epi. h. d. ſm panor. Nota g. q̄ tāgit cām poſſe cōtingi monacho ⁊c̄ Itē ꝙ ecca̅ ſine cōſenſu epi non debet edificari de quo vide gloſam ⁊ iura per eam allegata

¶ Accedentibus

Cōtra priuilegium preſcribitur ſpatio. xl. annorum Nota gloſaꝫ que tāgit et diſputat quando et qualiter ꝑuilegia preſcribantur Item qualiter hoc debeat ītelligi quod dicitur priuilegia eccleſiarum et monaſteriorū cunctis temporibus debent manere inuiolata. Item diſputat gloſa an ꝑuilegium vnico actu perdatur an nō

¶ Cum capella

Ratione vnius beneficij eſt quis ſubiectus et ratione alterius eſt exemptus Nota gloſam que arguit hic ꝓ et contra an vna et eadem res debeat duplici iure cenſeri. Et ſic in parte liber et in parte ſeruus.

¶ Ex ore ſedentis

Exemptus in capite ī membris ſubditus eſſe poteſt Vel ſic Abbas monaſterij exēpti ꝓ mēbris nō exēptis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad ſynodū epalē accederet ⁊ epo pere
ſeu obedire tenetur.h.d.ſm Panor.
Nota glo.ꝙ ſententia pape facit ius
quo ad omnes q̄ ſimiliter iudicare te
nentur Itē notat glo.de dictōnibus
iſtis quia quando vel ſicut quid ope
rantur in p̄uilegio ⁊c.

¶ Ex parte tua
Protectio pape non eximit aliquē
ab ordinaria iuriſdictione ſiue pote
ſtate Nota glo.que dicit ad quid va
lent tales impetratōes ſcʒ ꝙ qs dicit
eſſe ſub ꝓtectione dn̄i pape ⁊c. Solu
tio qꝛ plus ſolet timeri

¶ Paſtoralis
Religioſi priuilegiati a papa ſup ca
pellis in ſuos vſus cōuertēdis aucto
ritate epi poſſeſſionē earundē appre
hendere debent niſi aliud in priuile
gio exp̄matur Notat gl.ꝙ nemo rē
ſuam accipere debʒ intellige ſi poſſeſ
ſionem non habuiſſet ⁊c

¶ Petiſtis
Si templarij vel hoſpitalarij nō ſer
uent interdicta ꝓ eis in loco ꝓmul
gata nec alij ſeruare tenentur Nota.
glo.dicit iudices debere eē ſolicitos
ne turpi colludio querat ex miſerijs
preciū gaudiorū et alle.ad hoc iura.

¶ Quoniam
Priuilegium monaſterio conceſſum
ꝙ eius monachi excommunicari nō
poſſunt ꝯ monachis manentibus in
monaſterio vel in capellis vtroqʒ iu
re monaſterio ſubiectis et nō ꝯ alijs
monachis intelligatur ⁊c.

¶ Quia circa
Epus qui remiſit decimas epales p̄
ſentes et futuras ītelligitur remiſiſſe
Notat glo.ꝙ verbū p̄uilegij indefi
nite ꝓlatum ad futura extēditur Et
ar.glo.contra hoc.s̄.de.c.quanto

¶ Antiqua
Iſtud.c.ponit et declarat priuilegia
quatuor patriarcharū ſedium Nota
glo.que tāgit ꝙ null⁹ ſine culpa iure
ſuo p̄uari debʒ et hoc fallit in caſib⁹
in glo.enumeratis et ponit metrum.
Pauptas odiū viciū fauor et ſcelus
ordo perſoās ſpoliāt ⁊ loca iure ſuo

¶ Et priuilegia
Priuilegiū conceſſum religioſis ꝯ ſe
peliēdis ꝯfratribus tpe interdicti in
telligit̄ de illis licet ī ſeculo manenti
bus q̄ ſe et ſua offerunt monaſterijs.
vel q̄ bona ſua dederūt vſufructu re
tento Priuilegiū vero ꝙ venientib⁹
religioſis ad locum interdictum ipſi
celebrare poſſunt ſemel ī anno intel
ligitur ī vna eccleſia vbi ſunt plures.
Tangit g.an in eccā interdicta poſſʒ
celebrari.

¶ Quod nonnullis
Tpe generalis interdicti epi nō ꝓhi
biti q̄ non fuerūt culpabiles interdi
cti clā celebrare pn̄t. Nota glo.ꝙ tā
git an eps alteri⁹ dioceſis poſſet ce
lebrare in alia dioceſi tpe interdicti
ſine licentia epi illius dioc̄. Itē que
rit an canonici pn̄t intereſſe

¶ Quanto
Priuilegiati ꝙ excommunicari non
poſſunt per ordinarios etiaʒ excom
municari non pn̄t p indirectum. No
ta glo.que ē notabilis ⁊ mgrā et do
cet ꝙ quatuor modis fit fraus legi
ſiue canoni

¶ Ex parte tua
Qui in habitu tonſura et ceteris vt
laici conuerſantur deprehenſi ī ma

leſicijs ſe pro clericis defendere non
poſſunt Nota hic doc.et glo.qui tã
gũnt de duplici tolerantia ꝓbabili ⁊
ſimulata ⁊c

Super ſpecula
Pariſius et in locis vicinis ius ciui-
le legi non debet Notat glo.an leges
ciuiles ab omnibꝰ ſunt ſeruande Itẽ
tangit gl. ꝙ rõe vicinitatis ſentit qs
comodũ ⁊ incomodum

Quia intentionis
Innouatio ꝑuilegij ius vetꝰ cõſeruat
ʒ nouũ nõ tribuit No.g.q̃ tangit qd
opat innouatio ꝓtectõ ⁊ papalis cõ
firmatõ

In his
Priuilegiati etiaʒ vbiqʒ vbi poſſent
cũ altari viatico celebrare illud pñt
ſine licẽtia platoꝝ. Nõt gl.ꝙ ĩ ꝑiudi
ciũ alterius nõ dat ꝑuilegiuʒ generale.
Itẽ notat ꝙ indulgẽtia ſiue ꝑuilegiũ
ſemꝑ dʒ aliqd conferre.

Dudum inter
Indulgentia de vicinis noualiuʒ nõ
preſtandis nõ extendit ſe ad illas q̃s
ante impetratõem aliqui poſſidebãt
Notat gl. ꝙ priuilegiũ obtentũ taci
ta compenſatione non valet Itẽ lite
pendeñ ⁊c non valet

Quidam
Confratres ꝑuilegiatorum niſi ſe ad
eos in totũ trãſtulerit ad epalia iura
teneñ Nota glo.ꝙ hoc caſu nõ ſuffi
cit ſola receptio ſed oportet ꝙ ſequa
tur realis tranſlatio. ſicut nõ dicitur
quis eſſe de numero militari ⁊c.

Cõſultationi
Quo ad ꝑuilegium retentionis deci-
marũ ſemel nouale ſemꝑ remanet no
uale. Notat g.vnũ argumentũ ꝙ ex
quo res ẽ ſemel ꝑuilegiata ſꝑ erit ꝑui
legiata q̃ꝛ ꝑꝑetua ſũt et hoc verũ niſi
perdant vel quia illi quibꝰ conceduntur
tur illis non vtuntur ⁊c

Titulus de priuile.in vi.

Volentes
Exempti vel priuilegiati ut non te-
neantur niſi ſub certo iudice reſpon-
dere.ratione tamen delicti contractꝰ
aut rei ſi hec ſunt inita vl' ſita in loco
non exempto conueniuntur corã or-
dinario.ſed ratõe domicilij non.hoc
primo Secundo dicit ꝙ in monaſte
rio priuilegiato ut eiꝰ monaſterij mo
nachi a quoqʒ interdici ſuſpendi vel
excommunicari non poſſunt ceſſat ĩ
illis ordinaria iuriſdictõ quo ad illa
niſi illi monachi mitterentur ad prio
ratus ſubiectos ordinario quia etiã
tunc licet vtrobiqʒ ſunt monachi or
dinarij. etiam quo ad predicta illos
iudicant q̃diu ibi manent

Cum de diuerſis
Curia romana habet ſtudium gene
rale et eius priuilegia. Nota gl.q̃ vi
detur querere an iſtud capitulũ etiã
intelligatur ſm ꝙ dicit.c.preſenti.de
preben. vbi dicitur mori ĩ curia qui
moritur infra duas dietas a curia.
Itẽ dicit de fraude Item nota glo.q̃
vult ꝙ etiam ſtudẽtes non percipiũt
ꝓuentus de iure communi

Abbates quos
Iſta decretal' dicit quomodo intelli
gatur priuilegium quod habent ab-
bates de populo benedicẽdo ⁊ qui-
bus poſſunt abbates conferre tonſu
ram. Notat gloſa differẽtiam inter
benedictionem ſolennem et ſimplicẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Auctoritate ap.ſe.
Exempti etiam in locis non exẽptis
oratoria vel capellas ſine dioceſano
rũ licentia ↄſtruere non poſſunt nec
in exemptis ſine licẽtia pape.nec poſ
ſunt exempti aſſumere cauſas ꝓprias
ſuorũ liberorũ hoĩm i ſe etiã ſi ſint il
li ſui cenſuales Nota gl.que cã dicat
propria cã ⁊ quando dño fit iniuria
per colonum ſuum

¶ Ne aliqui
Priuilegium pape ꝙ quis excõmũi-
cari ſuſpendi vel interdici non poſſit
non extenditur ad ſniam ordinarioꝝ
niſi tale priuilegiũ fuerit conceſſũ re-
gibus et reginis vel ipſorum filijs vl'
religioſo loco vel ordini.

¶ Ut apoſtolice
Inferiores prelati quib⁹ ꝑ ꝓuilegiũ
conceditur vſus mitre ſi ſint exempti
in prouincialibus et epiſcopalib⁹ cõ
ſilijs vti poſſunt mitris aurifriſiatis
non habẽtibus laminas aut gẽmas
ſi non ſunt exẽpti albis et planis vtẽ
tur in alijs locis vtãtur mitris vt in-
dulta permittant.h.d.

¶ Cum pſone
Iſta decretalis in prima ſui parte de
mõſtrat quid iuris cũ quis ſe ſolo ꝓ-
uilegio dicit exemptum et infra quã-
tum tempus illud ordinario oſtende
re ſiue exhibere debꝫ Scđo qđ iuris
qñ preſcriptõnem ſuꝑ priuilegio alle
gat Tertio qđ iuris qñ allegat vtrũ
ꝗ.Uide glo.que tangit quando ⁊ q̃-
liter inſtrumenta ſunt edenda.

¶ Epiſcoporum et alioꝝ ꝓlatoꝝ
Interdictus ẽ ingreſſus ecc̃e regula
ribus vel ſecularib⁹ ꝗuis exemptis
q́ ſcienter celebrant vel celebrari faci
unt in ciuitatib⁹ vel locis interdictis
niſi ſm ꝑmiſſionēꝫ iuris.vel excõmũi
catos vel interdictos publice ad di
uina officia ſacramẽta vel ſepulturã
admittunt

¶ Per exemptõem
Si eccleſia eſt exempta tunc canoni-
ci monachi clerici ⁊ perpetuo dona
ti ſunt exempti non autem preſbyter
et parochiani. Si auteꝫ canonici ſũt
exempti tunc non ſunt exempti eccle
ſia et alij eius clerici. Si auteꝫ clerici
alicuius ecc̃e ſunt exempti tunc dicũ
tur exempti tam canonici ꝙ alij cleri
ci et non eccleſia niſi aliud habeatur
in priuilegio

¶ Si papa
Caſus iſtius decretalis eſt varius ꝗ
iſta decretalis poĩt diuerſas formas
priuilegiorũ in quibus diuerſa infe-
runtur verba quarũ quedã exemptõ
nes conferũt quedã vero minime ex-
emptõem ↄferũt. Nota de filiatõe et
ſubiectione tãgit g. Et in ea vide q̃li
ter narratiue lrẽ papales ꝓbant

¶ Licet vobis
Priuilegiat⁹ vt tꝑe interdicti ſubmiſ
ſa voce celebrare poſſit non dꝫ alios
etiam aliunde exiſtentes niſi deſuꝑ ꝓ
uilegiati fuerint admittere. et ſic ad-
miſſus poteſt cum familia' ſua ad au
diendum diuina intromitti. ſecus tñ
de familiaribus alicui⁹ conuentus q́
non admittũtur niſi ꝓuilegiati fuerit

¶ Quoniam epĩ
Epĩ cuꝫ altari viatico celebrare pñt
⁊ ſibi facere celebrari.ita tñ ꝙ nõ vio
lent interdictum.hoc dicit. Nõt glo.
de altari viatico quib⁹ ↄcedit in illo
celebrare et ad quid extendunt ſe in-
dulgentie deſuper conceſſe.

¶ Titulus de priuilegiis in Cl.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Religioſi
Iſta clementina ponit ſex caſus in q̄bus religioſos excommunicat et abſolutõem pape reſeruat ⁊ priuilegijs et exemptionibus eorū non obſtantibus eos per ordinarios locorū denunciari precipit Item ponit .vij. culpas religioſorum a quibus eos preſcipit abſtinere ſub certis penis quas eis imponi iubet et quas prelatis ipſorū imponit ſi non ſatiſfecerint Tertio ponit moderatõez circa primos duos caſus.

¶ Archiepiſcopo
Archiepiſcopi per loca exẽpta puincie ſue faciūt crucẽ añ ſe portari, ⁊ coram eis celebrare diuina. Ep̄s vero in dioc̄. ſua benedicit, et celebrat puilegijs non obſtantibus ꝛc

## ¶ Titulus de purgatione canonica

¶ Nobilis
Infamatus fidedignus per iuramẽtum ſe purgat alias ſecus et cenſetur nō idoneus enormiter peccans Nota glo. que arguit q̄ propter crimen perditur nomen dignitatis et propẽ monachatū perditur nobilitas Itez tangit gloſa q̄ aliter puniẽdus ẽ ſeruus q̄z liber.

¶ Si quis pſb̄r
Ab officio et beneficio ſuſpẽditur q̄ tertio monitus nō ſe corrigit cū hoc poſſit Uel ſic Infamatus tertio monitus ſe non corrigẽs vſq̄z ad purgatõem ab officio ſuſpenditur. hoc dic̄. Nota glo. que dicit q̄ crudelis eſt q̄ negligit famam. Item ex iſto capitulo habes qualiter contra infamatuz ſit procedendū. quia non eſt incipiendum a ſuſpenſione

¶ Moniales
Moniales infamate ſuper incontinẽtia vel libidine ſm regulam ſuam ſue opinionis malam famam canonice purgare cogāt Uel ſic et breuius ſm intellectum glo. Purgatõ indicenda eſt regularibus ſm tenorem regule. Uel ſic ſm alium intellectum Etiam regulares purgant ſe de delicto ſm regulam canonicam. ⁊ quilibet intellectus eſt bonus Nam regulares nō ſolum regulantur ſm regulā ſed etiā ſm canones Nota gl. que dicit qualiter detegi deb3 infamia. ſc3 p testes vel p aſpectuz corpis ꝛc.

¶ Si quis de
Qui confitetur ſe conſenſiſſe raptoribus ſponſarū alienarū a gradu ꝑprio repellatur et deb3 ſe purgare ſi ſuper hoc fuerit diffamatus Uel ſic Si delictum eſt probabile non indicitũ purgatio. alias ſecus Glo. tāgit drām inter temerariā et veriſimilẽ ſuſpitõem. et alle. ad hoc iura

¶ Quotiens
Infamatus contra quem crimen ꝓbari non poteſt ſe purgare debet iurando de veritate. cõpurgatores vero de credulitate iurabunt Nota in hoc capitulo habes formam qualiẽ purgatio debet fieri. Item tangit gl. q̄ ep̄alis dignitas eſt ordo.

¶ Nos inter
Ep̄s parochianū ſuū diffamatuz de crimine ad purgatõem compellit niſi parochian⁹ ab eo appellauerit legitime Nota glo. que querit an ep̄s in parochia ſua poſſ3 in quolib3 crimine taliter procedere

¶ Cum. p. manconella
Cõpurgatores debent eſſe honeſti

⁊ notū habere eū quē purgāt nec im
pediri debent a iudice vel alio. et de-
ficiens in purgatione pro cōuicto de
bet haberi. vide glo.

¶ Ex tuarum

Abſolutio infamati ſm vulgarē pur
gationem facta non valet. et ea non
ob. poteſt indici de nouo purgatō et
admittitur accuſatio. Nota gl. ꝙ ꝓpē
enormitatē delicti ſuſpenditur quis
ad ſtatim Item dicit glo. que dicun
tur iudicia peregrina

¶ Conſtitutus

Sufficit ꝙ purgator ſit ab ecc̄a tole
ratus bone fame nec de crimine dam
natus Nota glo. que inter cetera di
cit ꝙ nimia indagatio ſiue examina-
tio quandoqꝫ eſt vitanda. Itē tangit
glo. que requirenda ſunt in ordīnib⁹.

¶ Inter ſolicitudines

Propter magnitudinem criminis ſu
ſpēdi poteſt infamat⁹ nedum ab offi
cio ſꝫ etiam a beneficio donec ſe pur
gauerit. hoc primo. et augetur ꝓpter
hoc numerus compurgatorū. hoc ſe
cundo. q̄ debent eſſe probati et fide
les et ex cauſa interdum poſt purga-
tōem purgatus ab officio ſuſpendit̄
q̄s ad tempus. hoc tertio. et deficiēs
in purgatōe punitur ut conuict⁹ hoc
quarto. Nota glo. huius capituli q̄
ē ſinglaris ⁊ precipua in hac materia

¶ Cum dilectus

Tales ad purgatōem alterius debēt
perſone compurgatores admitti q̄ ꝑ
ſone quam purgare debent ſunt vici
ne et honeſte. Nota gl. que tangit ꝺ
vicinitate et honeſtate

¶ Cum in iuuentute.

Nō ſemꝑ propter infamiā purgatio
ē indicēda. maxīe cū ex eā vili orta ē.
Vel ſic et meli⁹. Si infamia ortū nō

hꝫ ex ꝓbabilib⁹ ꝯiecturis nō ē indicē
da de neceſſitate purgatio. p̄t tm̄ indi
ci ad inſtantiā purgādi. h. d. Nō tex.
ꝙ pr̄ q̄ diligit filiū corripit illū Itē
dicit ꝙ dictū facile ſeqtur multitudo
Nō g. q̄ dicit ꝙ natura hūana ꝓna ē
ad malū Item notat ꝙ quis poteſt ſe
ipm purgare et cum minoribus.

¶ De teſtibus

Cōpurgator iurare debet de credu
litate. hoc eſt tm̄ dicere ꝙ debet iura
re ꝙ credit purgandum verū iurare.
ꝗ alias ut dicit glo. anceps incurre-
ret piurium ad quod nemo cōpellit̄.

¶ Accedens

Infamatus publice de irregularita-
te debet canoīce ſe purgare. Vel ſic.
Infamat⁹ ſuꝑ defectu nataliū ſi vult
ꝓmoueri dꝫ ꝑmo ſe inde purgare Vi
de gl. q̄ docet qualiter q̄s dꝫ ſe ꝓbare
nō eſſe filiū ſacerdotis vel nō illegiti
mū cū illa ſit negatiua ⁊c̄.

¶ Cū dilectis filijs

Super notorio crimine non eſt pur-
gatio indicenda et pendente cā ſuper
criminalibus coram delegatis pape
purgatio ſuper illis ab ordinario re
cepta nō valet neqꝫ tenet Vel ſic. Ex
quo cā ē commiſſa iudicibus delega
tis purgatio preſtita corā ordinario
tenere non poteſt. Notat hic glo. ꝙ
ordo iuris ſeruari debꝫ in inquiſitōe
ꝑcipue circa clericos ſeculares

¶ Accepimus

Forma purgationis indiſcrete obla
ta nō admittit̄ ſed ei⁹ loco alia ſurro
gatur. Vel ſic. Nō ſufficit prelato de
criminib⁹ infamato iurare cū ſe pur
gat ꝙ ſit immunis de illis criminib⁹
ſed iurare debet ꝙ poſt promotōem
ſuam illa crimina non commiſit No
ta glo. que tangit ꝺ vicio incōtinētie

ꝙ pauci ſunt inmunes.

## ¶ Titulus de purgatōe vulgari.

¶ Cura ſuſcepti
Super rebus eccleſie vel alijs duella
ſiue purgatiões vulgares nõ ſunt ali
quatenus faciẽde Notat gloſa ꝙ fa
bricante diabolo facte ſunt purgatõ
nes vulgares Itẽ ꝙ deus tentari nõ
debet.
¶ Significantibus
Spoliati ex eo ꝙ in vulgari purga
tione ſuccunbunt reſtituuntur ſi veri
tas in contrariũ detegatur Nota g.
que dicit ꝙ ſnīa lata q̄ trãſiuit in rez
iudicatã facit ius inter ptes. Itẽ tan
git glo. qñ ſnīa poteſt reuocari. licet
non ſit appellatum
¶ Dilecti filij
In conuerſos de nouo nõ eſt vulga
ris purgatio indicenda vel exercẽda
Nota glo. que tangit ꝙ mitius agẽ
dum eſt cuz illis qui nouiter venerũt
ad fidem qꝛ nõdum firma radice ſũt
plantati Item dicit non tentabis do
minũ deum tuum

## ¶ Titulus de iniurijs et damno dato.

¶ Si rixati.
Ledens primum ſuum lapide vel pu
gno ſi mortuꝰ nõ fuerit ſꝫ iacuerit ĩ le
cto ledens operas eius et expenſas ĩ
medicis reſtituat. Nota gl. q̄ dicit ꝙ
difformitas in eſtimatõem nonvenit
quia liberum corpus eſtimationem
non recipit ꝛc
¶ Si quis aperuerit
Fodiens ciſternam et ipſam aperiens
ſi ipſam nõ cooperuerit ⁊ bos vel aſi
nus in eam ceciderit alteriꝰ reddet ꝓ
cium iumentoꝝ. quod aũt mortuũ ẽ
ipſius erit. Et dicit glo. hoc verum ſi
fodierit in loco publico ſecus ſi in lo
co priuato ꝛc
¶ Si bos alienus
Si bos alienꝰ cornupeta eſſet ab he
ri et nudiuſtertius. et non cuſtodiuit
eum dñs ſuus reddet bouem pro bo
ue et cadauer integrum recipiet Nõt
glo. de damno per negligentiã dato.
¶ Si leſerit.
Si quis leſerit agruz vel vineã alte
rius et dimiſerit iumentũ ſuũ vt de
paſcat aliena pro damno eſtimatõez
reſtituat niſi dãdo animal velit libe
rare ſeipſm ꝛc
¶ Si egreſſus
Si ignis egreſſus comprehenderit
aceruos frugum ſiue ſegeres ſtãtes ĩ
agris reddet damnũ qui ignẽ ſuccen
derit Uide glo. que dicit de negligẽ
tia et qui de contingentibꝰ omiſit nõ
debet eſſe in culpa.
¶ Si quis domum
Qui domũ vel areã cuiuſcunqꝫ incẽ
derit voluntarie ſublata vel incenſa
omnia reſtituat ⁊ tres annos penite
at Nota gl. que dicit ſecus hoc caſu
ſi contra volũtatẽ factũ fuerit. ⁊ ſi ni
hil de cõtingentibus omiſſum fuerit
¶ Olim ſcribentibus
Secularis ptãs q̄ bãniuit ꝑlatuz per
eccleſiaſticum iudicẽ ẽ de iniuria pe
cunialiter condemnãda Nota g. que
tangit qualiter expenſe et damna de
bent taxari. Item qualiter dꝫ intelli
gi moneta vſualis et ſi vſualis nõ ap
ponatur de qua moneta tũc dꝫ intel
ligi ꝛc. et qd ſi plures eſſent monete
¶ In noſtra.
Qui iurauit reſtauratõem damnorũ
non petere expenſas poteſt petere in

ramento in aliquo non obſtāte. Uel ſic. Statutum ſuper damnis non repetendis ad expenſas non extendit. Uide gl. que diſtinguit inter damnū circa rem et damnum extra rem.

Si culpa
Iſta decretalis eſt gregoriana et ponit quibus modis damnum alijs irrogatur vel iniuria et quando quis tenetur vel non Et gloſa eſt notabilis in hac materia

## Titulus de iniurijs li.vi.

Et ſi pignorationes
Repreſalie contra pſonas eccleſiaſticas concedi vel conceſſe non debent extendi.contrafacientes niſi revocēt infra menſem ſingulares perſone ſūt excommunicati vniuerſitates interdicte. Nota gl. que dicit ꝙ vulgaris locutio et qđ vulgus loquitur eſt cōſiderandum Item dicit glo. dr̄am inter concedere et extendere

## Titulus de penis

Ea que frequenti
Pc̄tā q̄ freqnēti ꝑuaricatōne iterant frequēti ſnīa ꝯdēnent Uel ſic Totiēs puniēdus ē criminoſus quotiēs delictū iterat. Nō g. ꝙ quotiēs q̄s deliqt totiēs puniri dȝ. Et ſic quotiēs clericus ī delicto reptus fuerit totiēs pena ab eo exigi dȝ

Preſbyter
Iſtud.c.dicit qđ faciendū ſit de pēa quā ſoluit interfector preſbyteri Uel ſic Interficiēs preſbyteꝝ puniend⁹ ē 
ꝛ pene pars ecc̄e cui ꝓfuit alia pſ ꝓ ei⁹ aīa diſtribuit.h.d. Nō gl. q̄ dic.q vos tāgit me tangit Itē dicit ꝙ eps nō lucrat penas q̄s recipit ꝛc.ȝ ecc̄a.

Licet iuxta
Archidiaconi et alij ꝓlati q̄ in criminib⁹ diſpēſare nō pn̄t penā pecuniariā imponere non pn̄t vbi a iure alia ſtatuit.h.d. Uel ſic et meli⁹ Non dn̄t ꝓlati ꝓ crimioſis ſuſtinēdis pecuniā exigere nec etiā correctōis cā ex cupiditate penā pecuniariā imponere.h.d. Nota gl. que diſputat an pena pecuniaria in delictis exigi poſſet

Calumniam.
Etiā ī pecuniarijs cauſis vict⁹ ī expēſis ꝯdēnat victori niſi ſnīa ꝓ abſente ferat Nota glo. que tangit ꝙ calumnioſe agens efficitur infamis. Itē ſi apparet de mala fide agentis

Quod in dubijs.
Deponuntur clerici pugnantes ꝛ ad pugnam alios excitantes vel officiū in naui exercentes Uel clericus dans operam bello ſeu cām deponend⁹ eſt Et gloſa videtur iſtud intelligere in bello iniuſto quia ī bello iniuſto licitum eſt exhortari ad bellum ut.ſ.de homici.c.petitio.

Tue diſcretionis
Clericus in magno crimine deprehēſus depoſitus in monaſteriū detruditur ad agēdum ibidē ꝑpetuo penitētiā Uel ſic Pro magno ſcelere a clerico commiſſo deponi dȝ et ī monaſterio detrudi ad agendū penitentiam.

Cōſtitutus h.d.
Nenī ꝯtrahētiū exigē ꝑt penā ad inuicē ꝓromiſſā cū vterqȝ venit cōtra cōtractū Nō glo. que alle. ꝙ non ſeruanti fidem non eſt fides ſeruanda.

Item dicit q̄ vltima mora nocet

¶ Super his

Clericus ex ſola captiōe infamis nō
eſt. Uel ſic Si teſtis propter vacilla-
tōem incarceratur infamiam non in
currit. hoc dicit. Nota glo. que dicit
q̄ genus pene non infamat per ſe ni-
ſi ſentētia precedat Et vide hic doc.
qui notant hic ꝺ duplici infamia iu
ris ⁊ facti. hic loquit̄ ꝺ infamia iuris

¶ Quam ad nos

Qui dꝫ certa die ſoluere quantitateꝫ
ſub pena ſi ſoluit partē ad penam in
tegram non tenetur Nota glo. que ē
notabilis i hac materia et diſtinguit
quando pena apponitur in aliquo
dando vel aliquo faciendo

¶ Ad aures.

Uaſalli qui interficiunt epm̄ ſūt om̄i
bus que tenebant ab ecc̄a ſpoliandi.
nec ſunt eis nec eorum heredibꝰ aliq̄
vlterius ab ecc̄a cōferenda. hodie ſūt
aucte pene in occidente capiente vel
banniente epm̄. de quibus penis vt ī
cle. ſi quis ſuadente. eo. ti. ⁊ ī doc. No
ta g. que plus dicit q̄ omnia alia bo
na ſua ſunt tradenda ecc̄e

¶ Dilectus filius

Qui conuincitur de mendacio con-
tra verba iudicis commiſſo a ſuperi-
ore punitur. Uel ſic. Qui iudici iniu
riantur per ſuperioris arbitrium pu
niri debent Uel ſic Prorumpens cō
tra iudicem temere arbitrio ſuperio
ris punitur. hoc dicit. Et dicit gloſa
iſtud verum cum litigator temere di
cit contra iudicē ⁊ iudicis aſſertōem
utputa cum iudex oſtendit per acta.

¶ In quibuſdam.

Patroni aduocati vel vice domini ī
eccleſijs plus ſibi vendicātes q̄ iura
permittunt. per cen. eccle. compeſcun
tur Et ſi p̄ ſe vl' p̄ alios inutilarint vl'
occiderint prelatos clericos priuanē
iure quod habēt ī eccleſia. et vſq3 ad
quartaꝫ generatōeꝫ non ordinantur
ſine diſpenſatione nec ad religionem
recipiuntur.

¶ Grauem capituli.

Domino excommunicato manente
ſubditi ad fidelitatem non tenentur.
Et ſi longo tempore ſic manens mo
nitus iuri non paret eccleſia ab ipſiꝰ
debitis ⁊ monitis abſoluatur. Nota
glo. de illo qui ſtat per annum in ex-
communicatione Item notat gloſa
q̄ in penis infligendis habetur reſpe
ctus nobilitatis

## ¶ Titulus de penis li. vi.

¶ Romana ecc̄a

De veteri iure poteſt archiep̄s cum
in prouincia iuriſdictōnem ſuam exe
quitur punire notorios iniuriantes
ſibi nuncijs ſuis ⁊ familie ſue ſi per id
ſua iuriſdictio impeditur alias nō ni
ſi conſuetudo amplius tribuat. ſꝫ ho
die tales iniurias tunc punit etiam ſi
per has ſua non impediatur iuriſdi-
ctio Uide glo. qn̄do quis poteſt eē
iudex in propria cā ꝛc.

¶ Degradatio

Iſta decretalis docet in primis qui
bꝰ aſſiſtentibꝰ fieri dꝫ degradatō. Se
cūdo quibꝰ veſtibꝰ ornamētis libris
et inſtrumētis in degradatōe fiat ex
ſpoliatio. Tertio quibus verbis vtat̄
ip̄e degradās. Uide g. que querit an
degradatus conficiat.

¶ Quamuis.

Quā̄q3 carcer inuentꝰ ſit ad cuſtodiē
dū reos. poteſt tamen ep̄s punire cle
ricos conuictos pena temporali vel

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

perpetua ipos carceri mancipando. Nota glo. de carcere et de pena temporali et perpetua que intelliguntur p talia verba ꝛc

Ubicunqꝫ

Ubicunqꝫ pena poſteris imponitur tēporalis vel ppetua talis pena nō extēdit ſe ad ſexum femineū niſi hoc ſpecialiter caueat in iure vel in pena ſic impoſita.

Felicis re.

Iſta decretalis in prima parte poīt penam inſequentium aut capientiuꝫ aut percutiētium cardinales et eorū ſocios Item in ſecundo punit eoruꝫ filios et nepotes Item in tertio ipis perſecutoribus penam addit. Quarto ponit quam ſatiſfactionem facere debent poſtqꝫ fuerint abſoluti. Item tractat de nudis conſiliarijs vel fauētibus huic crimini. Item punit inſequentes familiares pape vel cardinalium clericos vel religioſos

## Titulus de penis in Cle.

Siquis

Percutiens epiſcopum capiens banniens vel hoc mandans vel ratificās ſocius vel conſiliarius fautor et defēſator cum ſuis poſteris. et ciuitas in hoc delinquens et eius officiales penis varijs p concilium puniuntur

Multorum ad nos

Procuratores capi viros eccleſiaſticos ut renunciēt beneficijs. vel ut citati non vadant ad curiam. preter penam excommunicationis quā p antiquos canones incurrunt. ſi ſint prelati a perceptione fructuum per trienium ſunt ſuſpenſi. Inferiores vero beneficijs ſunt priuati. eandem penā incurrūt ipi citati qui ſe capi procurant. Reſignatio etiam ſic facta non tenet. etiā ſi per prelatos recepta fuerit vel ratificata. hoc dicit ꝛc.

Cupientes

Iſta clementina excommunicat religioſos mendicātes tranſgreſſores cōſtitutionis bonifa. de exceſſi. prela. c. vnico. li. vi. Item omnes religioſos qui in ſermonibus vel alibi proferūt aliqua vt retrahant populum a ſolutione decimarum quarum ſolutōem certis diebus etiam in confeſſionib⁹ ſuadere tenentur ſub certis penis qs incurrunt niſi ſint tales quorum monaſterijs vel eccleſijs competit percipere decimas Et etiam iſta clementina excommunicat violatores decretalis prime de ſepul. li. vi. ⁊ abſolutōnes pape reſeruat. Uide gloſam que dicit de multiplici ſuſpenſione Et nota qꝺ dicitur in text. ꝙ non ſufficit a malo abſtinere niſi etiam fiat qꝺ bonum eſt

## Titulus de penitētijs et remiſſionibus

Manifeſta

Peccata manifeſta publica ⁊ non occulta correctione corrigenda ſūt. Uide gloſam que dicit ꝙ predicta vera ſunt ſiue peccata fuerint grauia ſiue leuia ut ſedetur ſcandalum

Omi preſbyterum.

Iſta decretalis ponit penitentiaꝫ in



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

terficientis ſacerdotem.quia xij.ãnis penitebit.et hoc intelligendum eſt ſi temere hoc facit Item carebit cingulo militie et carebit vxore Nota glosam que tangit quedam crimina que impediunt mrĩmonium ɔtrahenduz

Significauit

Conſideratis circunſtantijs penitẽtia imponitur his qui occidendo excesserunt Uel ſic Conſideratis circũſtantijs arbitraria penitentia eſt indicenda ei qui ſe defendendo moduz exceſſit.hoc dicit. Nota glo.que tangit ꝙ penitentia ẽ arbitraria et ĩ ipa ſeruari debet mĩa. et ꝙꝙ quis aliqd facit bono zelo. tamen excedere non debet quia ſi exceſſerit ꝓut poſſit puniri debet. et eſt mitius agendum cũ aliquo ne a ſeruitio ecc̃e retrahaẽ

Quod autem

Remiſſiones ſiue indulgentie non ꝓſunt non ſubditis remittentium niſi proprij iudices id concedãt. Uide gl. que querit ad qd valent indulgentie Uel ſic Indulgentie que conceduñẽ per prelatos non ſubditis non proſunt niſi proprij iudices id concedãt

Quod quidam.

Non eſt vere penitens qui peccandi animum non deponit. recipitur tñ eius cõfeſſio Uel ſic Non eſt reſpuẽda confeſſio nonvalentis abſtinere a peccato.ſed debet recipi et ſibi exhiberi prouidum cõſilium.hoc dicit Et dicit glo.ꝙ talis penitentia nõ ẽ vera id eſt fructuoſa quo advitã eternam tamen valet ⁊c ut in glo.que ponit tria que operatur talis confeſſio et vltimo qꝛ deus citius illuſtrabit cor ſuum ad veram penitentiã de pe. diſt.v.falſas

Licet tam

Qui ex penitentia in pane et aqua certa die ieiunare tenetur ꝓpter panis carentiã alijs cibarijs vti poteſt. non tamen ad delicias Nota gloſaʒ que dicit ꝙ cibus non prohibetur ſʒ abuſus.

Queſitum

Sacerdotes greci operã dantes vel ſcientrr oppreſſionem filiorum procurantes ab officio altaris ſuſpendũtur et ſi hoc publicum eſt publice penitebunt. Uel ſic et melius ut faciat ad titulũ. Sacerdoti greco procurãti vel ſtudioſe negligẽti oppreſſionẽ filiorum nõn imponiẽ penitentia publica Sed debʒ abſtinere ab altaris officio et aliter in ſecreto agere penitentiam Sed ſi delictum eſt publicũ debet publice agere penitentiam. Dicit gloſa ꝙ iudei nolũt intelligere ut bene agant et tangit de negligẽtia ⁊ publica penitentia

Deus qui.

Sacerdos arbitrari debet penitẽtiã ſm quantitatẽ exceſſus et penitentis contritionem et alias circunſtãtias. Uide gl.ꝙ dicit nouitas detrahit iuri. Et circunſtantie aggrauãt peccatũ.et ꝙ paulatim lupꝰ comedit agnũ

Officij

Auditur confeſſio mulieris que ſibi partum alienũ ſupponit vel propriũ ex adulterio ſuſcepit et hoc non vult marito ſuo detegere. Nota hic glo. bene et dicta doctorum an filij tenentur credere matribus hoc caſu

Noua quedam

Abbatiſſe non poſſunt moniales benedicere neqꝫ ipaꝛuʒ confeſſiones audire nec euãgelium legere vel publice predicare Nota glo.que eſt ĩ hoc ſinglaris que docet qualia poteſt mu

lier exercere et non exercere . et ſunt
octo in numero
¶ Quod in te.
Tempore generalis interdicti conce-
ditur penitentia et viaticum morien
tibus. hoc primo. Clerici qui ſeruaue
runt interdictum poſſunt cum ſilen-
tio in cymiterio ſepeliri. hoc ſecundo
In conuẽtualibus eccleſijs clerici bi-
ni et bini vel trini poſſunt dicere ho
ras ſubmiſſa voce. hoc tertio. Pere-
grinis et cruce ſignatis tẽpore inter
dicti poteſt penitentia iniungi. Hoc
quarto.
¶ Omnis vtriuſq; ſexus
Quilibꝫ chriſtianus dolicapax tene-
tur ad minus ſemel in paſcha omnia
ſua peccata ſimil' ſuo proprio ſacerdo
ti confiteri et ſacramẽtum eucariſtie
ſumere niſi ex rationabili cauſa d cõ
ſilio proprij ſacerdotis abſtineat. Et
ſi ꝓprio ſacerdoti ex iuſta cauſa no-
luerit confiteri licentiam ab eo confi
tendi alteri petet. Item ponit penaꝫ
ſacerdotis reuelantis peccatum ſibi
in confeſſione detectuꝫ. quia deponẽ
dus eſt et in monaſterio ad agendaꝫ
perpetuam penitentiã detrudendus
eſt.
¶ Cum infirmitas.
Anteq; veniat medicus corporis vo
candus eſt medicus animarum. Et
nihil eſt a medicis ſuadendum vnde
poſſit incurrere detrimentum anime
Nota ꝙ anima eſt precioſior corpo
re. et al'.
¶ Cum ex eo
Non debẽt elemoſinaruꝫ queſtores
ſine literis pape vel dioceſani admit-
ti. nec tunc proponant vltra id quod
in ipſis lrĩs cõtinet̃. hoc pmo. Et dñt
eẽ modeſti et a locis et expẽſis incõ-
gruis abſtinere. hoc ſcdo In dedica
tõe baſilice vltra annũ etiã in ãniuer
ſario dedicatõis ⁊ in lrĩs indulgẽtia
rũ ꝯceſſis ab alio q̃ꝫ a papa vltra. xl.
dies remiſſio excedere non debꝫ. hoc
dicit vſq; in finẽ Et ponit iſta decre
talis formã quã ſolꝫ papa in p̃dictis
lrĩs ſeruare. et dicit ꝙ dio. fm illã for
mã debent lrãs ſuas moderare. Iteꝫ
dicit de abuſionibus queſtorũ Iteꝫ
dicit quot dies indulgentiaꝝ epĩ de-
bent dare in dedicationibꝰ eccaꝝ.
¶ Noſtro poſtulaſti
Archieps̃ p̃t ꝑ ſuã ꝓuinciã ꝯcedere ĩ
dulgẽtias. ita tñ ꝙ ſtatutũ generalis
ꝯcilij nõ excedat Nõ g. ꝙ archiepus
lꝫ nõ hꝫ iuriſdictiõem ꝯtentioſã ĩ ſub
ditis epĩ. ipe hꝫ tamen voluntariam
¶ Ne pro dilatõe
Epi et inferiores exempti pñt ſine li
centia ſupioris diſcretum ſibi eligere
ꝯfeſſorẽ Nõ gl. ꝙ vbicunq; ꝑiculum
timet̃ dilatio atq; mora vitanda eſt.
Iteꝫ notat ꝙ ſacerdos cito currẽ dꝫ
ad infirmũ Itẽ tãgit ꝙ an clericus ĩ fo
ro ꝯſciẽ ſine licẽtia ſui epĩ alienũ poſ-
ſit eligere iudicem ſiue confeſſoreꝫ

## ¶ Titulꝰ de peni. et remiſ. li. vi.

¶ Romana
Archieps̃ remeñ nõ p̃t dare ꝑtãtem
q̃ſtoribꝰ fabrice remeñ ecce ſuꝑ ſbdi-
tos ſuffraganeoꝝ ſuoruꝫ. pñt tñ q̃ſto
res ab eis charitatiue aliq̃d petere.
nec debet archieps̃ in ꝯcedẽdo indul
gentias ſtatutũ cõcilij generalis exce
dere Nota gl. ſuꝑ verbo ꝓuĩcie.
¶ Si epiſcopus.
Si epiſcopus dat ſubdito ſuo licenti
am eligẽdi ꝯfeſſorẽ ille ſic electꝰ nõ p̃t
abſoluere eligentẽ a caſibus epõ ſpe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cialitter reſeruatis.nec aliqua p̄t con
ſuetudine induci ut quis ſine licentia
ſui ſuperioris poſſz eligere confeſſo
rem qui euz poſſit abſoluere vel liga
re. Et nota hic gloſam que ponit ca
ſus epō reſeruatos.

¶ Indulgentie

Indulgentie ab vno vel a pluribus
epiſcopis in dedicationibus eccleſia
rum conceſſe non valēt ſi ſtatutuz cō
cilij generalis excedant Nota gloſaz
que dicit an vtile per inutile viciatur

## ¶ Titulꝰ de peni. et remiſ. in Cle.

¶ Cum ſcōm

Damnatis ad mortez hoc petentibꝰ
penitentia cōcedi dz necvalz ꝯtraria
ꝯſuetudo Et locoruz ordinarios ad
hoc exequendum excitat Notat glo
ſa ꝙ ſuſpenſus non debz deponi ſine
licentia iudicis quam iudex faciliter
concedere debet ꝛc

¶ Abuſionibus

Iſta cle. in prima ſui parte repetit cō
ciliū generale de queſtoribus nō ad-
mittendis ſine literis apoſtolicis vel
dioceſanorū. Et addit ꝑ dioceſanos
lrās apoſtolicas p̄dictoꝝ queſtorum
prius debere examinari Secūdo po
nit octo actus rephenſibiles p̄dicto-
rū queſtorū quos fieri ꝓhibet ⁊ ꝯtra
ria ꝑuilegia reuocat Tertio delinquē
tes per epōs puniri precipit Nō te-
xtū q̄ dicit ꝙ plerūqȝ aurū ſubtili vel
fallaci potius ingenio extorqueꝫ ab
hoībus Item tangit tex. et glo. de in
dulgentijs a pena et a culpa.

## ¶ Titulus de ſententia excom
## municationis

¶ Super eo

Impubes qui percuſſit clericuz per
epiſcopum abſoluitur. Qui ioco vel
cauſa diſcipline percutit clericum etſi
amſi ſit maior excommunicatus nō
eſt. qui vero ex odio excommunicatꝰ
eſt. et per ſolum papam abſoluitur.
Tangit glo. an pater poſſit filium ꝑ-
cutere exiſtentem in maioribus ordi-
nibus Et vide docto. ꝛc.

¶ Monachi

Monachōs ſe inuicem percutientes
abſoluit abbas Vel ſic Abſoluuntur
monachi per abbatem ſi ſe inuicez ꝑ
cuſſerint. Idem in canonicis regula
ribus et abbatis diſcretione deficiē-
te recurritur ad epm̄. Nota gloſaz q̄
limitat iſtud capitulum et dicit. ſecus
ſi monachus violentiam fecerit pre-
lato vel clerico ſeculari

¶ Si vero

¶ Hoſtiarius qui clericum percutit
nō grauiter ab epiſcopo abſolui po
teſt. Hoc primo. Officialis clericum
deliberare percutiens per ſolum pa-
pam abſoluitur. Hoc ſecundo Per-
cutiens clericum repellendo ſuam in
iuriam excommunicatus nō eſt. hoc
tertio Qui clericuz percutit inuentū
cū matre vxore ſorore vel filia turpiꝫ
agentem excommunicatus non eſt. ſe
cus ſi cum remota. hoc quarto. No-
ta glo. ꝙ canon doloſos et violētos punit.

¶ Si vero.

Qui percutit clericuz ꝓbabiliter hoc
ignorās excōicatus nō eſt. cuiꝰ rei du
biū purgatur ꝑ iuramentū. et ſi iura-
re nō vult habeꝫ ꝓ excommunicato.
Nota glo. que ē hic notabilis valde.

¶ Non dubium.
Percutiens clericum vel cuiuſlibꝫ re
ligionis conuerſuꝫ incidit in canonē
nec ab alio ꝙ̄ a papa niſi in mortis
articulo abſolui poteſt Nota gloſaꝫ
que diſputat de conuerſis qui ſunt ⁊
degunt in monaſterijs et de illis qui
dāt bō ſua ecc̄e et manēt in domo
¶ Mulieres
Mulieres et ſerui clericos percutien
tes ab epo abſoluuntur. delicati ſm
conſilium pape debent abſolui.man
dantes clericum percuti pro abſolu-
tione ad ſedem apoſtolicam mittunt
Uel ſic et magis diſtincte redit tamē
in idem Mulieres que inciderunt in
canonem Si q̇s ſuadēte.abſoluātur
ab epo. Idem in pſonis que non ſūt
ſui iuris vel delicati de quibus dubi
tatur ꝙ non poſſunt comode accede
re curiam et hoc vſqꝫ ad.§.illi. Et ille
§.h.d. Mandans clericum percuti ex
communicatus eſt ſicut percutiēs
¶ Porro
Excōicat⁹ .p iniectōe manuū ī clericū
lꝫ occult⁹ p papā ſolū dꝫ abſolui Ar
guit g.ꝙ nō valꝫ penitētia ſine ſatiſfa
¶ Nulli ſe ctōe
Pretextu ꝑuilegij nō ē excōicato pcē
dū Uel ſic.etiā ꝑuilegiati tenent vita
re excōicatū.⁊.p iniectōe manuū ī cle
ricū excōicati ſūt.h.d. Nō g.q̄ querit
an papa communicando excommu
nicato incidat in canonem.
¶ Parochianos
Percuties mōchū vel religionis cō-
uerſū denūciari ⁊ vitari dꝫ donec ab
ſoluat a papa Nō glo.q̄ tāgit an mo
nach⁹ pt agere iniuriarū et dic̄ ꝙ nō
¶ Ex tenore
Hic ponit forma abſolutionis eorū
qui iniiciunt man⁹ violentas in cleri
cū Nota gl.hui⁹ capituli q̄ ponit.v.
caſus in quibus licꝫ pcutere clericuꝫ
fallit tn̄ ſm aliquos ī quinto caſu
¶ De cetero
Incidens in canoneꝫ qꝛ in clericum
man⁹ iniecit violētas ſi capitales hꝫ
inimicicias ita ꝙ ſine piculo apoſto
lico ɔſpectui ſe pn̄tare nō pt abſolui
tur a ſuo epo qn̄ tn̄ poteſt ire dꝫ hoc
eſt impedimento ceſſante
¶ Ad hec cum
Cū abſolutōem excōicati papa dele
gat mādat cautōem recipi de ſtando
mādatis ecc̄e Nota gl.h⁹.c.q̄ vult ꝙ
reſcriptū dꝫ eſſe obtentū ſm ſtilū cu-
rie alias redditur ſuſpectū Itēꝫ ꝙ ſo
let argumētari ab eo qđ fieri ɔſueuit
¶ Ea noſcitur.
Excommunicatus p canoneꝫ Si q̇s
ſuadente propter manuum iniectōeꝫ
in clericum ſi pauper ſit vel diues p
papam vel legatū debet abſolui Fal
lit ī mulere ſene infirmo et mutilato
qui per epm abſolui poſſunt
¶ Cum non ab homine
Ante denunciatōem vitandus eſt ex
communicatus pro violenta manuū
iniectione ī clericos niſi forſan ſit oc
cultus.hoc ꝑmo. Scđo dicit ꝙ q̇ īnē
ficit clericum contēnentē habituꝫ et
enormib⁹ ſe immiſcens excōicat⁹ nō
eſt.hoc ſcđo. Notat quando excom-
municatus debet vitari et quādo nō
Itē dicit ꝙ ex pſona auget delictum
¶ Cum deſideres
Iſtud.c.tria dicit Primo dicit ꝙ an̄
abſolutōem cōmunicandū nō ē excō
municato licet iurauerit ſtare māda-
tis ecc̄e vel ſe ɔpoſuerit cū offenſo. et
hoc vult ꝑma ps ⁊ tertia Scđa dic̄ ꝙ
infamato đ excōicatiōe cōmunicādū
non eſt niſi ſe purget vel abſoluatur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad cautelam. Notat glo. ꝙ illud qđ quis debet aliis prohibere ipſe hoc facere non debet. Uide etiam gloſaꝫ que ponit caſus in quibus licet com municare excommunicato. et ponit hos verſus. Hec anathema quidem faciunt ne poſſit obeſſe Utile lex hu mile res ignorata neceſſe

¶ Ueniens ad ap.

Sacerdos turbanteꝫ diuinū officiū poteſt ab eccleſia expellere ſine excō municationis pena. etiam ſi illi fuerīt regulares. Notat gloſa ꝙ ſola teme ritas et violentia notantur in capitu lo Si qs ſuadente

¶ Peruenit ad nos

Iſta decretalis licet breuis ſit. tamē propter multiplicem eius intellectuꝫ non ſummatur. Uidetur tamen dice re ꝙ arbitrio epiſcopi abſoluēdi ſūt qui clericis leuem vel modicam irro gant iniuriam. Uel ſic Excommuni cati pro leui iniectione manuū in cle ricum poſſunt per epm abſolui

¶ Significauit

Clericus qui ſcienter et ſponte com municat excommunicato a papa in diuinis excommunicatus eſt maiori excommunicatōne et per papam ab ſoluendus Uide gl. que exponit iſtaꝫ decretalem et doc. dicunt ꝙ intelligi tur ſolum de excōicatis a papa ꝛc

¶ Tua nos

Excommunicatus pro iniectōne ma nuum in clericum vel incēdiarii poſt publicatōnem per ſolum papam ab ſoluuntur Nota glo. que ponit diffe rentiam inter man⁹ violentas ⁊ teme rarias Item dicit ꝙ ſm leges incen diarii igni traduntur

¶ Ad eminentiam

Legati miſſi de latere pape poſſunt abſoluere excommunicatos pro vio lenta manuum iniectōne in clericos Nota gloſam qui dicūtur legati miſ ſi de latere et remittit. Item dicit ꝙ ex officio legatōnis abſoluere pñt

¶ A nobis fuit

¶ Generalis excommunicatio non ligat niſi ſubditos excommunicatio nem proferentis Nota gloſam que dicit ꝙ in hac generali forma verbo rum nominatim intelliguntur excō municati qui furtum fecerunt tanꝙ expreſſis nominibus

¶ Conqueſti ſunt

Qui cum effractione ſpoliant eccle ſiam excommunicati ſunt et poſt de nunciationem per ſolum papam ſūt abſoluendi. Gloſa videtur arguere hic ꝙ violatores eccleſiarum ipſo iu re ſunt excommunicati ſed contrariū videtur. s. e. tua.

¶ Perpendimus

Clericus ſe inmiſcendo ſecularib⁹ ne gotiis et ſeuis amittit priuilegium ſu um etiam ſine monitione preceden te. et legitur tribus modis ſm doct. Nota gloſam que tāgit qualiter cle ricus ſeipſum priuat ꝑuilegio ſuo ꝛc

¶ Uniuerſitatis

Abbas q̄ facit mōchū ꝑ laicū vbera ri excōicatōem incurrit ſicut ille q̄ de mādato ei⁹ ꝑcutit. et nō abſoluūt niſi a papa Uel ſic et generali⁹ Iudex ec cleſiaſtic⁹ faciēs ꝑcuti clericū ꝑ laicū etiā cā diſcipline excōicat⁹ ē ipe ⁊ vbe rās. ⁊ ꝓ abſolutōe tenēt ire ad papaꝫ h. d. Uide g. q̄ dicꝫ ꝙ executor ꝯſide rare nō hꝫ an ſnīa ſit iuſta vel iniuſta ſꝫ dꝫ facē officiū ſuū et glo. alle. ꝛc

¶ In audientia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Clericus poteſt ſine pena excōicatio
nis verberari ſi ter monit⁹ abſtinere
noluerit qui deferat arma militaria
⁊ per conſequens perdit priuilegiū
clericale. hoc dicit Uel ſic ⁊ generali⁹
Cleric⁹ ut laicus incedens et tertio
monitus perdit priuilegiū clericale
Nota tex. qui dat rōem caſus qꝛ qui
committit in legē fruſtra petit legis
auxilium Nota glo. que videtur diſ
putare an et quando ſit iniuria cleri
co matrimonio militi atqꝫ mulieri in
habitu meretricali repertis

Quod de his.

Iſta decretalis videt̄ tangere caſus
in quibus ipō iure q̄s excommunica
tōem incurrit pro eo ꝙ manus violē
tas iniecit in clericū et abſolui poſſit
ab alio q̄ꝫ a papa ſcꝫ in mortis articu
lo Ita tamen vt ceſſante impedimē
to viſitet papam. Uel ſic. Excōicat⁹
ꝑ iniectōeꝫ manuū in clericū impedi-
tus ire ad curiā poteſt ab īferiore ab
ſolui. Sed impedimento ceſſante te-
netur curiam viſitare ſuſceptur⁹ man
datū apoſtolicū. h. d. Itē qꝛ paup̄ ⁊c̄.

Cum pro cauſa

Ex plurib⁹ cauſis excōicat⁹ ſi ex vna
cauſa fuerit abſolut⁹ alijs cauſis ſup
preſſis atqꝫ tacitis in alijs manet ex-
communicat⁹ Uel ſic Ligat⁹ plurib⁹
excommunicationibus licet ex eodē
facto obtinens abſolutiōem expreſſa
vna cauſa ſeu vna excommunicatōne
non habetur ꝓ abſoluto quo ab aliā
Hoc dicit Oīa vt dicit gl. talis ab
ſolutio per ſurreptōem eſt obtenta. ⁊
vide gl. huius capituli que eſt ī hac
materia notabilis

A nobis ſepe

Excommunicatus in quo euidentia
ſigna contritiōis apparuerint ī mor
te poſt mortem abſoluitur ab eo a q̄
viuēs fuerit abſoluendus. heredes tū
ipſius ſatiſfacere compelluntur. Uel
aliter et ſic. Excommunicato decedē
ti in excommunicatōne quantūcūqꝫ
contritus deceſſerit non eſt commu-
nicandum ante abſolutōem nec pro
eo orandum licet ſit quo ad deū ab
ſolutus Sed ſi conſtet eccleſie de cō
tritōe precedēte abſoluetur etiā poſt
mortem ab eo a quo viuens fuit ab-
ſoluendus et heredes eius compellū
tur per eccleſiam ad ſatiſfaciendū ꝓ
eo. Tangit gloſa differentiam quali
ter quis poteſt abſolui poſt mortem
et non baptiſari. Item tangit glo. ꝙ
hoc caſu quilibꝫ abſoluere poteſt eti
am laicus ⁊c̄.

Nuper a nobis

Detinens clericum in carcere vel in
vinculis et ſine aliqua leſione corpo
rali excommunicatus eſt. hoc primo
Secundo dicit ꝙ communicans ex-
communicato ſcienter in crimine ex-
communicatus eſt maiori excommū
catione ⁊ abſoluendus eſt a ſuo excō
municatore vel ſuperiore cuꝫ iuramē
to Item communicans extra crimē
reconciliari poteſt ab ordinario vel
ſimplici ſacerdote Nota gloſam que
dicit ꝙ nō refert hoc caſu an quis cō
pedibus vel parietibus teneatur Itē
dicit quando quis ex conſilio obli-
gatur ſcilicet quando faciēs alias nō
feciſſet factū

Quod in dubijs

Nullus debet communicare excom
municato exceptis perſonis que in ſe
quenti capitulo continentur ſcilicet
xi. q. tertia. in capitulo quoniam mul
tos Uel ſic ſm Panormitanum et la
tius. Iuramentum excommunicati
de ſtando mandatis eccleſie non ha
bet vim abſolutionis. Hoc primo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Excōicato' nullus cōmūnicare tenet̄
p̄ter perſonas exceptas. alias com
municans excommunicato incurrit
minorem. ⁊ eſt excommunicādus ma
iori niſi ille eſſꝫ excommunicatus cū
pticipibus qꝛ tunc eſſet excommuni
catus maiori. hoc dicit. Notat gloſa
ꝙ qñꝙ ꝑmittit̄ alicui vt' poſſit tāge
re ſacra licet non poſſit ingredi illa.

Inter alia
Excommunicato cōmunicare tenen
tur qui prius ſibi erant ad familiare
obſequiū obligati. alij vero de neceſ
ſitate communicare nō tenentur licꝫ
in quibuſdam caſibus poſſint vrgen
te neceſſitate Nota textum ꝙ ad pa
pam ptinet iuris interpretatio

Cum illorum
Qui excommunicatus maiori excōi
catione ꝓ manuū iniectione ſcienter
recipit ordines deponendus eſt ſi eſt
clericus ſecularis. ſi regularis ab exe
cutione ordinis eſt ſuſpenſus Qui ig
norans ius et factum et excommuni
catus recipit ordines ſi eſt cleric' ſe
cularis diſpenſat cum eo ſolus papa
ſi regularis abbas dummodo fuerit
ꝓbabilis ignorantia ⁊ non graue fa
ctū Nō ex hoc tex. duo. p̄mū ꝙ maio
ra ꝓhibita includūt minora ꝓhibitōꝫ
Itē i ſi. ꝙ p̄uilegiū meret̄ amittī q̄ cō

De monialibus ) miſſa ſibi ⁊c
Moniales excōicatas ꝓ manuū inie
ctōe abſoluet ep̄s. Uel ſic et alit̄ Mo
nialis percutiens monialē ſeu cōuer
ſam vel clericū ſecularez incidit in ex
communicatōem ⁊ ab ep̄o loci abſol
ui poteſt. Nota glo. q̄ vult docere q̄
et qualia mulieres non poſſunt exer
cere qꝛ non poſſunt abſoluere neqꝫ
bñ edicere ⁊c.

Si vere
Scdm Jo. an. Si locāti opaꝫ pſona
lem ſoluiſti preciū vel eius ptem licꝫ
poſtea ille excōicet̄ ad ſatiſfaciendū
tibi poſſes ſibi licite cōicare i re loca
ta Uel ſic Cōtract' etiā q̄ ſine cōione
explicari nō pt nō diſſoluit̄ ſeu impe
dit̄ ꝑ excōicatōeꝫ ſupuenientē in eū q̄
tenet̄ aliq̄d pſtare nō excōicato. Nō
tex. q̄ dicit ꝙ debitū ab excommuni
cato licite peti poteſt

Ut fame
Prelat' clericū ſuū incorrigibilez in
carcerare dꝫ ⁊ pt. hoc p̄mo. Secūdo
dicit ꝙ laici citra metū excōicatōis d
platorū licentia cape pñt clericos et
ad iudiciū ducē. Nota tex. q̄ dicit ꝙ
publice vtilitatis intereſt ne crimina
maneāt inpunita ⁊c.

Contingit interdum.
Excōicatus eſt q̄ in ſatiſfactōem pce
dentis iniurie in clericū etiā volentē
violentas man' iniecerit Et ar. hic g.
quare hoc caſu dicat̄ clerico fieri in
iuria cū volenti nō fit iniuria. Itē tā
git gl. an clericus excommunicatus
pdat p̄uilegium

Relatum eſt
Seruus excomunicatus propter ma
nuum iniectionem in clericum mitti
tur ad papaꝫ abſoluēdus. Sed ſi do
minus non fuerit in culpa et graue
damnum ex hoc ſentiat. vel hoc ſer
uus fecerit in fraudem eius ab epi
ſcopo abſoluitur niſi enormis fuerit
leſio.

Sacris
Qui propter participatiōem factam
cum excōicatis cū ſuis pticipibus ex
cōicationē incurrit nō ē propter ipu
gnatōeꝫ eorū abſolut'. Nō g. q̄ tāgit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de eo qui volūtarie communicat ex
communicatis

¶ Sicut nobis

Qui dicit ſe abſolutum a papa ei nō
creditur niſi hoc probꝫ et lrās ſue ab
ſolutionis oſtendat. Uel ſic. Semel
excommunicatus debet vitari ſemꝑ
ut excommunicatus niſi legitime ꝓ-
bet ſe fuiſſe abſolutū. Et intellige hoc
verum in foro cōtentioſo ſecus in fo
ro penitentiali. ꝛc.

¶ Per tuas

Si excommunicatus ab epō ad me-
tropolinanū appellat metropolita-
nus poteſt ipm abſoluere niſi ſuffra
ganeus deferens epō illum abſoluen
dum remittat ⁊ remittere tenetur. ſi
notorius eſt exceſſus. hoc primo. Se
cundo dicit ꝙ excommunicatꝰ añ ab
ſolutōem non auditꝰ volens excōica-
tōem ꝓbare iniuſtam. auditur tamē
ſi vult illam ꝓbare nullam.

¶ Si aliquando

Si papa in ſuis literis aliquē excōi-
catum ſalutat non propter hoc illuꝫ
abſoluit. Nota gl. ꝙ excōicati ſalutā
di non ſunt. Itē ꝙ grauis eſt pena in
ter hoīes eſſe et eoꝝ carere cōſortijs

¶ Officij

Excommunicatus a pluribus prela
tis non reſtituitꝰ cōioni ſi ab vno tm̄
abſoluatur. Uel ſic. Excōicatꝰ a plu-
ribus prelatis ob plures cauſas, non
eſt cōmunioni reſtituendus licet de
vna cā velit ſatiſfacere. et ſi impetrat
abſolutōeꝫ tacitis alijs cauſis nō va-
let abſolutio. Notat gloſa. ꝙ excom-
municatꝰ pt iteꝝ excōicari. Itē q̄rit g.
q̄liter iſte dꝫ abſolui q̄ in pluribꝰ ꝛc.

¶ Reſponſio

Excōicatis et interdictis p̄dicari po
teſt verbū dei. hoc primo. ⁊ tpe gene
ralis interdicti ꝯcedit baptiſmꝰ cōfir
matio ī frōte ⁊ penitētia morientiuꝫ
hoc ſcdo. Et nota glo. q̄ dicit ꝙ hec
duo ſacramenta excipiunt ī intdicto
ſemper.

¶ Inquiſitioni

Si ꝯiūx ſcit impedimentū mrīmonij
ꝓ certo nō dꝫ reddere debitū ſꝫ poti
us excōicatōem pati. Reddet aūt ſed
nō exiget ſi hoc credit ex ꝓbabili cā
et diſcreta. ſꝫ ſi ex leui et temeraria cā
hoc credit depoſita ꝯſcia reddere et
exigere dꝫ. Nō g. q̄ dicit qualis hoc
caſu ſit dr ꝓbabil. ſ. ſi viderit ꝯſāgui-
neam ꝛc

¶ Contingit

Clericꝰ ſi a p̄lato ſuo ter monitꝰ nō
reaſſumit habitū et tonſurā ꝑdit pui
legiuꝫ clericale. Uel ſic. Clericus qui
nec in tonſura nec in negotioꝝ q̄lita
te ꝯ clericatu, q̄cꝙ oñdit ⁊ tertio ꝯmo
nitus ſe non emendat ꝑdit priuilegiū
clericale

¶ In preſentia

Ab excōicati denūciatōne repellitꝰ q̄
nō p̄monuit ⁊ illi cōicauit. Notat g.
denūciās dꝫ p̄mo monere illū quem
vult denunciare. Et ꝙ q̄s ꝑ patien-
tiā perdit beneficium exceptōis

¶ Quante

Excommunicatus eſt qui cuꝫ poſſit
prohibere clericum verberari ⁊ hoc
dimittit. Legitur iſtud capitulū duo
bus modis et ſm̄ alium intellectum
hoc dicit. Excommunicatus eſt per-
mittens clericum percuti. ſi rōe officij
poterat prohibere et non prohibuit
ſm̄ tertiaꝫ lec. Hoc dicit. Excōmuni
catus eſt doloſe permittēs clericuꝫ ꝑ
cuti ex q̄ poterat ꝓhibē ⁊ nō ꝓhibuit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ratio eſt in tex. qꝛ agentes et conſentientes pari pena plectũtur Nota g. que vult dicere ꝙ omnes illi peccant qui poſſunt alium defendere et ipſuꝫ non defendunt iuxta illud non caret ſcrupulo Item ꝙ licitum eſt pecuniã capere pro defenſione Item qui non poteſt defendere facto defendat clamore.

¶ Sacro approbante

Prelatus excommunicare non debꝫ ſubditum niſi competẽti admonitiõe premiſſa et ex manifeſta et ratõnabili cã. ⁊ contrafacienti pena ĩponitur hic expreſſa Secundo punit ſubditũ qui falſo conqueritur ſe excommunicatum iniuſte Tertio quid iuris ſi ꝑlatus dicẽs ſe erraſſe vult excommũicatum abſoluere. et aduerſarius appellat ne abſoluatur. et vide glo.

¶ Nouerit

Iſta decretalis excommunicat hereticos et eorum fautores et ceteros q̃ ſeruari faciunt ſtatuta edita et cõſuetudines introductas cõtra libertatẽ ecc̃e niſi ea ⁊ eas deleãt de libris ſuis infra duos menſes pꝰ huiuſmodi publicatiõem et faciant amoueri. Item excõmunicat ſtatutarios. ſcriptores. conſules. rectores. et conſiliarios et iudices.

¶ Canonica.

Statutum, de regularibꝰ excommũicatis pro iniectõne manuum ꝑ ſuos prelatos abſoluendis ad hoſpitalarios hieroſolimitanos extẽditur vt eorum priores ĩpos abſoluant Uel ſic Fratres hoſpitalꝰ hieroſolimitani excommunicati pro iniectione manuũ in clericuꝫ ſeu confratrẽ abſolui pñt per eorum priorẽ. niſi exceſſus fuerit difficilis et enormis. h. d. Uide tex. et glo. qui dicunt ſummariũ verum niſi leſio fuerit eormis ꝛc.

¶ Super eo.

Excommunicatus vel ſuſpenſus ꝓpt ſcandalum vitandum abſoluitur abſqꝫ iuramento duinmodo manualem preſtiterit cautõeꝫ. Nota tex. ꝙ inter dũ conſideratis locorum et tempoꝝ qualitatibus ſeueritatiꝰ eſt aliquid detrahendum. et glo. alle. concor.

¶ Uenerabili

Preſtito iuramento abſoluitur quis ad cautelam cum de viribus ſentẽtie dubitatur. Uel ſic Ita iuratꝰ in abſolutõe a ſuſpeñ. vt iuratur in abſolutõne ab excommunicatõe Uide glo.

¶ Grauem

Excommunicantꝰ officiales locoruꝫ in q̃bus ſunt ſtatuta cõtra ecc̃aſticaꝫ libertatem niſi faciãt illa deleri ⁊ ſtatuarij ſunt feudis eccleſiaſticis priuati. Et dicit glo. hos verum niſi infra duos menſes ſtatuta deleantur.

¶ Cum voluntate

Qui excommunicatũ alloquitꝰ de illꝭ que pertinẽt ad ſalutẽ aĩe etiã ſi ṽba interueniant que ſalutẽ nõ reſpiciũt ſed indirecte excommunicatus nõ ẽ. Secũdo dicit ꝙ predicatores preſertim q̃ alias ſuſtentari nõ poſſunt ab excommunicatis ſeu detinentibꝰ aliena elemoſinas recipere poſſunt. Tertio dicit ⁊ ponit aliquos caſus ĩ quibꝰ ꝑcutiẽs clericũ excõmunicatꝰ nõ ẽ

¶ Si concubine

Communicans excõmunicato in crimine damnato excommunicatus eſt maiori excommunicatione Nota g. que dicit ꝙ ſñia propter ꝑticipatõeꝫ in crimine ligat illum cõtra quẽ lata non fuit. Et ponit glo. ſimile et alle. ꝯcor. et ſolet iſtud capitulum pluries

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad hoc allegari.

Duobus.

Excommunicatus minori excõmũi-catione alium minori excommunica-tõne excommunicatũ abſoluit ſi hoc habet ĩ priuilegio. De iſto arguit gl. contra quia priuatus ſacramẽtis ali um ad ſacramenta reſtituere non p̃t.

Permittimus.

Cauſa conficiendi corpus domini ꝓ infirmis licitum eſt tempore interdi cti ſemel in ebdomada celebrare Uel ſic ſm panormitanũ. permittitur mi-niſtris eccleſiarum ſemel in ebdoma-da celebrare tempore interdicti con-currentibus his que exprimuntur in tex. Sed hodie iſtud capitulũ ſeruit ad nihilum quia hodie permittitur ſingulis clericis ianuis clauſis. excõ municatis et interdictis excluſ vt ha betur in. c. ſi. e. ti. li. vi. §. ſi. et ſequente. Nõt g. ꝙ in hoc capitulo nõ attendi tur fauor perſonarũ ſed ſanctitas cor poris chriſti.

Quamuis

Licet excommunicatus pro iniectio ne manuũ leſo ſatiſfecerit non poteſt abſolui niſi per ſe. ap. niſi excuſet̃ pro pter caſus hic in tex. numeratos ſcili cet infirmitatis periculo mortis ⁊ in imicicie.

Si quem

Qui excommũicatur ſub hac forma verborum. illũ excommunico vel eũ profero excommunicationis ſenten-tie ſubiacere talis non minori ſed eti am maiori ſentẽtie excommunicatio nis cenſetur innodatus Uel ſic ⁊ bre uius. Excommunicatio ſimplicit̃ la ta intelligitur ↄ maiori. hoc dicit Et intellige predicta a iudice ſuo. Et no ta gloſaꝫ que ponit operationes ma ioris et minoris excommunicatõnis et q̃n infliguntur.

Pueris.

Pueri qui inciderunt ſententiam ca-nonis ſi ante pubertatem vel poſt pe tierit ſe abſolui dio. poteſt eos abſol uere propter defectum etatis propẽ quem rigor eſt manſuetudine tempe-randus Uel ſic Pueri excommunica ti pro iniectione manuum in clericuꝫ abſolui poſſunt etiam ſi ante abſolu tionem effecti ſunt puberes. Uel ſic ⁊ generalius Beneficium indultuꝫ ra-tione minoris etatis poſtq̃ꝫ cepit ha bere locum non diſtinguitur licꝫ mi nor peruenerit ad maiorem etatem. hoc dicit.

## Titulus de ſentẽtia excommu nicationis li. vi.

Cum medicinalis

Iudex qui excommunicat ſuſpendit vel intẽdicit ĩ ſcriptis hoc faciat. cau ſam conſcribat. et requiſitus exem-plum ſententie tradat infra menſeꝫ q̃ contra fecerit per menſeꝫ ab ingreſſu eccleſie et diuinis eſt ſuſpenſus. et re laxabitur illa ſententia per ſuperiorẽ abſq̃ꝫ difficultate. Et cõdemnabitur lator in expenſis et aliter pena punienꝫ dus condigna Si ſic ſuſpẽſi celebrãt ut prius ſũt irregulares nec abſoluũ tur ab alio q̃ a papa. Tangit glo. ꝙ in ſententia excommunicationis ex-pmenda eſt cauſa

Solet

Qui petit abſolutionem ad cautelaꝫ dicens excommunicatõnis ſententiã



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in ſe latam eſſe nullam abſoluetur cu
ius contradictione non obſtante ni
ſi dicatur ⁊ probetur infra octo dies
excommunicatus pro manifeſta offē
ſa. Qui probat ſe excommunicatum
poſt appellationem probatione pen
dente in iudicijs euitabitur. extra iu
dicium vero non.

¶ Statuimus.

Excommunicatio lata in participā
tes excommunicatis in locutione ca
nonica monitione non premiſſa non
tenet Notat gloſa que monitio dica
tur canonica. et tangit que operatur
excommunicatio minor. Itē tangit
de epiſcopo communicante excom
municato.

¶ Quia periculoſum.

Quia periculoſum eſt ꝙ epiſcopi et
eorum ſuperiores propter executio
nem pontificalis officij ipſo facto in
terdicti vel ſuſpenſionis penā incur
rant ſtatuimus vt alicuius conſtitu
tionis vigore ipſo iure predictā ſen
tentiā non incurrant niſi de ipſis in p̄
dicta conſtitutōe fiat mentio expreſ
ſa ⁊c.

¶ Romana.

Iſta decretalis dicit quinqꝫ. Primo
ꝙ archiepiſcopus ſententias latas a
ſubditis ſuffraganeorum ſuorum niſi
hoc habeat de conſuetudine non re
laxet Secundo dicit ꝙ generalis ſen
tentia archiepiſcopi ligat tantū ſub
ditos. Tertio ꝙ pro preteritis vel p̄
ſentibus culpis monitione non pre
miſſa ab eis lata ſententia eſt iniuſta
Quarto ꝙ pro futuris culpis vel iā
commiſſis ſcilicet niſi ſatiſfaciant ex
communicari non debent niſi mora
culpa vel offenſa vel alia iuſta cauſa
ſubſit Quinto ꝙ in vniuerſitatem vł
collegium non feratur excommuni
cationis ſententia ſed ī illos qui cul
pabiles extiterunt

¶ Dilecto filio.

Prelatus contra perſonam ac potē
tiam temporalem temporali et ſpiri
tuali gladio ſcilicet cenſure eccleſia
ſtice ſe tueri poteſt Nota gloſā que
tangit ꝙ quilibet poteſt ſe et ſua de
fendere. Itē ꝙ quilibet tenet̄ primū
ſuum defendē Item in fine dicit g.ð
duplici gladio ſcilicet defenſionis et
executōnis iuſticie. et loquitur iſte te
xtus de gladio defenſionis ⁊ non exe
cutionis

¶ Venerabilibus

Excommunicatos a ſubditis ſuffra
ganeorum archiepiſcopi non poſſūt
abſoluere ſed excommunicatos a ſuf
fraganeis vel officialibus bene abſol
uere poſſunt ſi ad eos fuerit appella
tum.

¶ Decernimus

Iudices ſeculares compelli poſſunt
et debent ut excommunicatos in eo
rum iudicijs teſtificari patrocinari ⁊
agere non permittant. Nota gloſam
que tangit an excommunicatus poſ
ſit teſtamentum facere et de notario
excommunicato an poteſt inſtrumē
tum conficere

¶ Conſtitutōem

Non valet excommunicatio lata in
participantes niſi moniti fuerint no
minatim. et dicitur monitio canoīca
que habet dierum interualla niſi ne
ceſſitas facti aliud ſuadeat

¶ Preſenti.

Beneficium relaxatōnis ad cautelā
locum non habet quo ad interdicti
ſententias in ciuitates caſtra vel que
libet alia loca ſiue terras generaliter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pꝛomulgatas. Nota gloſam que po
nit differentiam inter excommunica
tionem et interdictum. Et que dicit
in quibus caſibꝰ abſoluatur, ad cau
telam.

Quicunqꝫ

Quicunqꝫ dat licentiaꝫ inuadendi p̄
latos pꝛopter ſententiam excommu
nicationis quam tulerunt ſiue coꝛuꝫ
coꝛpoꝛa res aut bona inuaſerint niſi
pꝛedictam licentiam re integra reuo
cauerint et niſi bona ablata reſtitue
rint infra octo dies ip̄o facto ſunt ex
communicati. et ſi ſpatio duoꝛū men
ſium in pꝛedicta ſententia permanſe
rint a ſolo papa debent abſolui ꝛc

Si iudex laicus

Si malefactoꝛ captus a iudice laico
dicit ſe clericum huiuſmodi rei ꝯgni
tio ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat
Et ſi notoꝛie vl' publica fama vel cō
muni eſtimatiōe habetur pꝛo clerico
ſtatim fit remiſſio Iteꝫ ſi pꝛius ſe ge
rebat pꝛo clerico et modo depꝛehen
ſus fuerit in habitu laicali Si auteꝫ
pꝛius ſe gerebat ꝓ laico licet modo
in clericali habitu depꝛehēſus fuerit
non fiet remiſſio donec fuerit de cle
ricatu pꝛobatum. Sed interim cōtra
eum iudex in nullo pꝛocedat

Statutum

Non tenet ſuſpenſio vel interdictuꝫ
latum in participātes canonica mo
nitione non pꝛemiſſa. Nota gloſam
que dicit ꝙ hoc caſu paria ſunt ſentē
tia excommunicationis ⁊ interdictū
et facit ad idem infra eo. Is cui ꝛc

Licet excommunicatiōis

Per negligentiam non pꝛoſequētis
debito tempoꝛe appellationem excō
municatio poſtea lata non conuale
ſcit. ſed poterit tunc denūciari et de
bet vitari donec de ſentētie nullitate
docuerit. Nota gloſaꝫ circa finem q̄
arguit an denunciatus ſit cenſendus
excommunicatus.

Si clericos.

Pꝛelatus capi faciens et includens
etiam per laicos clericum noncuꝫ in
coꝛrigibilem excommunicatus non
eſt nec etiam ipſi capientes Secūdo
dicit ꝙ ſi tales clerici dant fideiuſſo
res de parendo iuri detineri non de
bent niſi iuſta cauſa id ſuadeat.

Si ſententia interdicti

Interdicto clero non eſt interdictus
populus nec econtra interdicta ciui
tate pꝛopter delictum domini ciues
non interdicti extra ipſam audiūt di
uina. Interdicto populo ſingulares
de populo intelligunt interdicti. hoc
dicit in ſumma ꝛc.

Si ciuitas

Interdicta ciuitate ſuburbia et con
tinentia edificia dicuntur interdicta
Et interdicta eccleſia capella conti
gua et cymiterium cōtiguum dicitur
interdictum. h. d.

Is qui in eccleſia

Celebꝛans ſcienter in eccleſia pollu
ta ſanguine vel ſemine vel coꝛam ex
communicatis maioꝛi excommuni
catione irregularis non eſt. licet ma
le agat cum id non reperiatur expreſ
ſum in iure Sed qui ſcienter celebꝛat
in eccleſia vel loco interdicto irregu
laritatem incurrit nec poteſt per aliū
q̄ papam liberari ꝛc. niſi ſuper hoc
fuerit p̄uilegiatus aut a iure id ſit ſi
bi conceſſum et efficitur ineligibilis
actiue et paſſiue

Quoniam in baptiſmo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tēpoꝛe interdicti criſma ipo die ce-
ne domini licite ꝯfici poteſt. Et vid
glo. que reddit cauſam quia vetꝰcriſ
ma non debet eſſe vſui nec de illo de
bet quis criſinari. et deponitur ſacer-
dos qui cum veteri vngit. ꝛc. ¶ Vel
ſic. Quoniam in baptiſmo et confir-
matione vtimur criſmate ⁊ hec ſacra
menta etiam adultis tempoꝛe inter-
dicti conferuntur.

¶ Is cui eſt

Cui interdictꝰ eſt eccleſie ingreſſus i-
terdicta ē etiā diuinoꝛum celebꝛatio
et ſi celebꝛat irregularis efficitur Et
ſi durante tali interdicto decedat nō
debet in cymiterio ſepeliri niſi peni-
teat Sane ſicut excommunicatio nō
ſuſpenditur per appellatōnem ſequē
tem ita nec appellatio ſuſpendit ab
officio vel ingreſſu eccleſie latā ſuſpē
ſionem. Hoc dicit

¶ Religioſo.

Religioſus abſoluitur ab epiſcopo q̄
manus violentas iniecit in clericum
ſecularem in caſu quo clerico ſecula-
ri concederetur id facienti Iniiciens
manus violentas in illum qui ingre
ditur religionem. licet religioſus an
te profeſſionem cenſeri nō debeat cū
effectu et vere tamen excommunica-
tōem non euadet.

¶ Eos qui a ſententia

Abſoluti in caſibus grauibus ab ill'
qui duntaxat habent abſoluere tem-
poꝛe neceſſitatis debent ceſſante ne
ceſſitate ſe ſuperioꝛibꝰ ſuis pꝛeſentare
quod ſi non fecerint in pꝛiſtinam in-
cidunt excommunicationis ſententi
am Idem etiam dicēdum eſt in illis
qui abſoluuntur a delegatis vel lega
tis ſedis apoſtolice. qui poſt abſolu-
tionem debent ſe ſuis oꝛdinariis pre
ſentare et leſo ſatiſfacere

¶ Cum quis

Iniiciens manus violētas in clericū
tuo nomine abſq; tamē mādato tuo
ſi hoc ratum habueris excommuni-
cationem non effugies cum ratihabi
tio retrotrahitur ⁊ mandato equipa
ratur. Et ſi iniectio tuo nomine non
ſit facta et quācꝫ ratum habueris ex
communicatione nō ligaberis. quia
quod nomine meo non eſt geſtuꝫ ra
tum habere non poſſum

¶ Alma mater.

Tempoꝛe interdicti etiam ſani ad pe
nitentiam admittuntur niſi ſint excō
municati qui non niſi in moꝛtis arti
culo admittuntur aut cauſam dede
rint interdicto qui non admituntur
niſi ſatiſfaciant vel caueāt pꝛout poſ
ſunt. Secundo dicit ꝙ illo tempoꝛe
miſſe et alia diuina officia ſub pena
diſtributionum ſicut pꝛius ī eccleſiis
celebꝛantur ianuis clauſis plane ſine
excommunicatis et interdictis et ſo-
nitu campanarum. Tertio ꝙ quater
in anno alte cuꝫ campanis et ianuis
apertis celebꝛari poteſt excluſis excō-
municatis et interdictos admittere.
ita tamen ꝙ hi pꝛopter quoꝛum ex-
ceſſum latum eſt non appꝛopinquāt
altari in certis ſeruandum eſt interdi
ctum.

## ¶ Titulus de ſententia excom municationis in Cle.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ex frequentibus.
Religioſi etiam exempti violãtes interdictum poſitum per ſedez apoſtolicam vel ordinarium loci vel generalem ceſſationem diuinorum factaz per prouinciale concilium vel eum qui hoc poſſit puta per cathedralem vel matricem eccleſiam loci excõmunicati ſunt ipſo facto non obſtãtib' priuilegijs conſuetudinibus conuentionibus et ſtatutis ꝛc.

¶ Graues
Domini temporales qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare diuina vel qui per p̄cones faciunt tūc ad illa audienda populum euocari vel prohibent ne publice excommunicati vel interdicti ſuper hoc per illos qui miſſas celebrãt moniti eccleſias exeant.⁊ ipi nominati inoiti qui non exeunt excommunicati ſunt,⁊ ꝑ papam abſoluendi.

¶ Cum ex eo.
Fratres minores ſi tēpore interdicti recipiunt in ſuis eccleſijs ad diuina fratres vel ſorores tertij ordinis ſancti franciſci excommunicati ſunt.nec iuuant eos ipſorum priuilegia.

¶ Si ſummus.
Si papa ſcienter excommunicato ꝑticipat literis verbis vel oſculo ſiue alio quouismodo per hoc illuz non abſoluit niſi hoc exprimat ſeuelle.Et ſi ſcienẽ ſub tytulo dignitatis aliquē nominet vel hõret per hoc illuz in tali dignitate nõ approbat.Nota gloſam que dicit idē ſi papa cū excõmunicato cõmunicet ambulet vel oret. Item dicit gloſa.ꝙ voluntas pape habetur pro ratione in ſtatutis per eum.

¶ Titulus de verborum ſignificatione

¶ Innouate.
Nouale eſt ager nūc primo preciſus Uel ſm leges dic ꝙ nouale eſt terra preciſa que ãno ceſſat vel dicitur nouale terra de nouo ad culturaz redacta cuius nõ extat memoria ꝙ culta fuiſſet. hoc verbum nouale exponit hic Hieronimus quod habet Oſee x.capi.

¶ Nam et rex.
More ſcripturarum qui aſcendentes ſunt patres nominantnr. Item omnes deſcendentes filij dicuntur. Et vſ ad tritauum parentes dicuntur vltra vero maiores ꝛc Uel ſic Appellatione patris veniunt in lata ſignificatione omnes aſcendentes

¶ Nam et ego.
Nota ꝙ ille ſe quaſi vnigenitum nominat quem fratrem vterinum preceſſiſſe ſcriptura teſtatur. quia ille q̄ primo natus fuit mox quaſi nū natus fuiſſet ſine nomine deceſſit. Itez non videtur fuiſſe qui non durauit. Uel non dicitur natus q̄ ſtatim poſt q̄ aſſumpſit naturam humanam deceſſit.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Quod dicitur.

Dictio anteq̄ non ſemper implicat. hoc dicit. Dicit hic Hieronimus ꝙ ex his verbis non ſequitur ꝙ poſtea conuenirent Maria ⁊ Joſeph ſed ſcp̄tura ꝙ hoc non ſit factum per predicta verba oſtendit.

¶ Joſeph

Primogenitus dicitur qui primo naſcitur etiam ſi nullus ſequitur eū Nota gloſam ꝙ in expoſitionibus ſcripturarum ſemper debemus recurrere ad communem conſuetudinem intelligendi.

¶ Intelligentia dictorum

Ex cauſis eſt aſſumenda intelligētia dicendi quia non ſermoni res ſed rei eſt ſermo ſubiectus Uel ſic. Uerba ſūt intelligenda non ſm ꝙ ſonant ſʒ ſm mentem proferentis. Nota ꝙ verba inſtituta ſunt ut per ea quiſqʒ in alterius noticiam cogitationes ſuas proferat.

¶ Nihil obſtat

Nihil obſtat narrādi diuerſitas vbi eadem dicuntur. maxime cum vnuſquiſqʒ euangeliſtarum eo ordine credat ſe dicere quod deus voluit. Iſta ſunt verba textus. ſed ſic ſummat ſm Panormitanum. Diuerſitas verborum non viciat ſi idem in ſubſtantia concluditur. Uel ſic ſm eundem. non viciatur factum vario modo narratum vbi idem in ſubſtantia concluditur. Nota gloſam que dicit ꝙ nomina et verba tranſpoſita idem ſignificant.

¶ Preterea.

Senſum non verba conſiderare debemus Nota ꝙ plerunqʒ dum proprietas verborum attenditur ſenſus veritatis amittitur. non enim ſemper ad proprietatem verborum recurrēdum eſt. ſed videnduʒ eſt q̄d teſtator ſenſerit. in qua preſumptōe ſunt qui morantur in eodem loco quod ē notabile.

¶ Quamuis.

Uſus tenet illos vocari prepoſitos qui quandam prioratus habent curam ſuper alios. Nota gloſaʒ que dicit rite hoc eſt ſm originariam verbi ſignificatōem

¶ Forus.

Iſte textus plura dicit Et primo q̄d ſit forus et vnde dicatur et vnde conſtat. Item dicit quid ſit negociū. Itē quid ſit lis. Iteʒ quid iuſticia Et q̄d iudicium Item quis dicatur actor ⁊ quis reus In fine dicit ꝙ iuſticia p̄t cum ſcelerato hoīe habere cōmerciū

¶ Pactum

Pactum dicitur inter partes ex pace conueniens ſcriptura legibus et moribus comprobata dictum pactum quaſi ex pace factum. Item pactum duorum vel plurium in ideʒ placitū et conſenſus. cuius diffinitionem habemus in. l. i. in principio. ff. de pact. et hic in glo. ſi. huius. c.

¶ Jus.

Jus dictuʒ eſt a iure poſſidēdo hoc enim quod iure poſſidetur hoc iuſte Et quod iuſte hoc bene. quod auteʒ male poſſidetur alienum eſt. male autem poſſidet qui vel ſuis male vtitur vel aliena preſumit. Scias ꝙ hic nō diffinitur ius prout eſt generale nomen Sʒ prout applicatur ad ſpecialem rē quando quis dicit habeo ius in re tali tunc enim dicitur ius a iure poſſidendo. ⁊ ita intellige iſtum tex. Sed capiendo ius generaliter ius dicitur a iuſticia et eſt ars boni ⁊ equi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cui⁹ merito quis nos ſacerdotes ap‑
pellat.l.i.ff.de iuſti.⁊ iure.et iſtud ius
generale habet ſub ſe multas ſpẽs ⁊c.

¶ Cauſa.
Oblationum nomine intelliguntur
que iuſte eccleſie conferūtur et per ſe
cularem poteſtatem retineri nō poſ‑
ſunt Uide gloſam que dicit que ſunt
bona eccleſie Item ꝙ de illicitis po‑
teſt fieri elemoſina.

¶ Queſiuit.
Sacerdos cum vno clerico vel ſolus
poteſt inungere infirmum. Item di‑
cit qua die profeſtum beati Mathie
ſeruari debet in anno biſextili Item
notat gloſa vnde procedit annus bi‑
ſextilis. Et quot dies annus habet.
Uel ſic Summa iſtud capitulū hoc
modo ſm panor. Solus ſacerdos pt
ſacramentuȝ extreme vnctionis infir
mo conferre. In anno biſextili ſerua
ri debet loci conſuetudo circa diē ſcī
mathie feſtiuandū dūmō tamen vigi
lia cōtinuetur feſto

¶ In his.
Si iudex dicat ſtatuo vel pcipio idē
ē dicere acſi dicat condēno vł abſol
uo. Nota tex.ꝙ non dȝ q̄s ꝯſiderare
verba ſed voluntatē.cum nō intentō
verbis ſȝ verba intentioni debēt de
ſeruire ⁊c. Nota etiā ꝙ p. vba ſtatuo
⁊ precipio diffinitiua ſnīa ferri pt

¶ Olim tibi
Mandatum de prouidēdo alicui ut
reſidentibus ad victū quotidianum
extenditur et veſtitū Nō g.q̄ bñficia
dicūtur manualia Itē infamis ē qui
malicioſe interptaꝛ reſcptuȝ pncipis.
Itē verba pˀuilegioꝝ latiſſime ſūt int̄
ptanda Nō etiaȝ ꝙ bñficiū pricipis
latiſſime eſt interpretandum

¶ Cum in partibus
Generale dicit̄ interdictū cū regnuȝ
prouincia villa vel caſtruȝ ſubijcitur
interdicto Notat gl.ꝙ verbū ſimpli
citer poſitum intelligitur generaliter

¶ Cum tibi.
Priuilegiū cōtra ꝯſuetudinē iuri cōī
pиdicās obtentū large ē interptan‑
dū.et ſm hūc intellectū ē caſus nota‑
bilis ſm panor.q̄ ponit hic caſū ī ter
minis Uel ſic Uerbū clericorū etiaȝ
canonicos ꝯphendit Nō g.q̄ dicit ꝙ
in reb⁹ pˀimonialib⁹ clericoꝝ ⁊ intui
tu perſone adquiſitis ſuccedunt pro‑
ximiores clericoꝝ

¶ Cum clerici
Iſtud.c.docet qualiter iuramētū in
telligi dȝ qū cleric⁹ ſiue canonic⁹ iura
uit fidelitatē ecc̄e collegiate ⁊ ep̄o et
cui poti⁹ dȝ obedire. et pt ſic ſūmari
Iurās obedire p̄lato⁊ ecc̄e nō clero
dioceſano ſȝ capitulo ecc̄e cathedraꝉ
obedire tenet̄ Nō g.q̄ dicit quot mo
dis ſumitur hoc nomē eccleſia

¶ Querenti.
Iſtud.c.docet ꝙ ſub iſta clauſula cē
ſura ecc̄aſtica iudex diſcret⁹ intelige
re debet non ſolum interdicti ſed ſuſ‑
penſionis et excōmunicatōis ſnīam
ſm circūſtantias perſonarum Item
dicit g.ꝙ vbū correctōis depoſitōeȝ
continet. Item in penis infligendis
deferendum eſt dignitati.

¶ Quid per nouale.
In priuilegijs de decimis noualium
non ſoluendis illud dicit̄ nouale ter‑
ra culta de nouo de qua non eſt me
moria ꝙ fuit culta.et ex qua ante cul
turam eccleſia parochialis parū vel
nihil habuit.

¶ Uenerabili.
Nomine matricis eccleſia cathedra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lis intelligitur non romana. Vel ſic
ſm Panoꝛmitanum. Si eccleſia ſub
iecta epiſcopo vni᷑ alteri vel guber
nanda committitur ſaluo iure matri
cis eccleſie per matricē eccleſiam in
telligitur cathedralis; non romana.
Nota gloſaȝ que dicit ꝙ ſicut papa
vult ſic nos velle debemus ex quo il
lud pꝛecipit obſeruari. Item interp̄
tatio pape facit ius.

¶ Ex parte.

Clauſula ꝑuilegij qua dicitur ꝙ nō
eſt relaxanda ſententia niſi pꝛeſtatur
emenda intelligit̄ de ſententia ⁊ offē
ſa manifeſta. Nam in offenſa dubia
vel contumacia ſufficit ſi ſtando iuri
cautio pꝛebeatur. Vide gloſam que
dicit de contumacia.

¶ Cum olim

Offenſa dicitur manifeſta ꝺ qua per
confeſſionem vł̕ euidentiam conſtat
vel de qua quis in iudicio eſt confeſ
ſus. Nota gloſam que dicit quid ſit
manifeſtum ⁊ quomodo differt a no
toꝛio.

¶ Abbate ſancti. s.

Ex ꝯſuetudine et pꝛiuilegio peti po
teſt ut vnum monaſteriū de alio poſ
ſit eligere et teneatur. Vel ſic. In pri
uilegijs poſita determinatio ad pin
guioꝛem trahitur intellectuȝ Vel ali
ter . et ſic. verba pꝛiuilegioꝛuȝ largā
habent ſignificationem. vnde verbū
ſm et iuxta in eis poſitum cauſatiue
tenetur nō condicionalitar. ita com
muniter ſummatur Sed hec ſumma
no videtur nimis generalis et nō ē
vera indiſtincte iudicio panoꝛ. quia
pꝛiuilegium inquantuȝ pꝛeiudicat al
teri ſeu iuri communi non debet lar
ge ſed ſtricte intelligi ut dictum eſt ꝑ
eum in capitulo olim ſupꝛa codeȝ ti.
et ideo poteſt ſic ſummari. verba pri
uilegioꝛum debent intelligi ut aliqđ
afferant et nō remaneat ambiguitas
et ideo verbum ſm et iuxta videtur
appoſita cauſatiue et nō conditiona
liter Nota glo. que tangit de iudicō
contradictoꝛio ꝯſuetudinis ⁊c̄.

¶ Super quibuſdam.

Iſtud. c. dicit q̄ dicunt̄ heretici mani
feſti. Itē q̄ ſint pedagia guidagia et
ſalmaria interdicta. Itē qualiter dȝ
intelligi mādatū factū laico ꝙ de ſe
conquerentibꝰ teneatur in foꝛo eccle
ſiaſtico reſpondere

¶ Nouimus

Clericus traditur curie ſecłari quia
degradatur ſeculari poteſtate pꝛeſen
te cui denunciatur ut in ſuum foꝛum
illum recipiat. hoc dicit uſqȝ ad. §. de
illo. ille vō §. nō facit ad tytulū ⁊ po
nit gratiam ſm quoſdam. Nota ex
ter. ꝙ in dubio videtur ſequēda opi
nio a pluribus appꝛobata. verum ē
niſi illa communis opinio ſit euidē
ter falſa ut notat Io. an. i. c. i. de ꝯſti.

¶ Dilecto.

Papalis indulgentia impetrātis iu
ra conſeruat ſed ius non tollit alteri
adquiſitum vel etiam adquirenduȝ.
Vel ſic ⁊ aliter Si papa indulgȝ reo
qui pꝛopter abſentiam actoꝛis poſ
ſeſſionem recuperare nō poteſt ꝙ ei
lapſus anni non noceat. intelligitur
hec indulgētia ſm ius cōmune. No
tat glo. in fi. ſui quando factum ꝓcu
ratoꝛis nocet domino et quādo ſibi
imputatur et quando non.

¶ Cum inter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Omnia que offeruntur eccleſie infra vel extra eccleſiam oblationum noīe continentur Nota gloſam que dicit ꝙ quadragenalis preſcriptio omnez tollit actōnem ſiue ambiguitatem

Ex parte.

Verba iſta a tempore mote litis ad litis conteſtationem tātummodo referuntur Vel ſic Lis dicitur mota cū fuerit conteſtata. Hoc dicit. Nota gloſam que dicit ꝙ ſemel in abolitione pena remiſſa reiterari non debet. Item dicit gloſa quando iudicium dicitur inceptum.

Ex parte veſtra

In conſtitutione generali legati exceptiones iuris intelligūtur excepte Vel ſic. Conſtitutio legati de ſoluenda tertia mortuariorū epiſcopo debet intelligi de his mortuarijs in quibus de iure communi debetur. Hoc dicit Nota gloſā que tangit que poteſt et non poteſt legatus in ſua prouincia et extra eandem exercere

Tua nobis.

Qui propter onera debitorum impetrat ut fructus beneficiorum vacātium valeat biennio retinere maiora et minora beneficia retinebit Vel ſic In priuilegio de percipiendis fructibus beneficiorum appellatio beneficiorum maiora beneficia comprehēdit. Hoc dicit ſm Panormitanum. Hoc verum quando priuilegium eſt conceſſuz epiſcopo pro honeſta et fauorabili cauſa. Notat gloſa ꝙ infamis eſt qui priuilegium principis ſiniſtre interpretatur.

Tranſiuiſſe

Verbum moderationis diminutōez continet non augmentum Notāt aliqui ex hoc textu ꝙ quāto quis plus habet tanto plus habere deſiderat. Item notat gloſa ꝙ ſtatutū circa numerum canonicorū canonici ſine auctoritate pape etiaz ex iuſta cauſa diminuere non poſſunt

## Titulus de verborum ſignificatione li. vi.

Veniens.

Iſta decretalis declarat quid ſignificant iſta verba ī priuilegijs poſita recepimus vos in proprios ecc. ro. filios et quis locus dicatur deſert⁹ Itez dicit textus ꝙ per talia v̄ba videlicz r̄cepim⁹ vos intelligiť ꝙ illi q̄b⁹ talia v̄ba ī p̄uilegijs ponūť ab alioꝙ a papa vel legato ꝺ eius latere miſſo inť dici ſuſpendi vel excōicari a quoꝙ non poſſunt

Conſtitutionem.

Primo dicit et declarat manifeſtum et euidens eſſe ſinonima ⁊ idem ſignificare quo ad caſum decretalis. ſi forte de elec. Secundo dicit et declarat eos conſpiratores ⁊ coniuratores q̄ ſtatuerunt et iurauerunt de non recipiendo aliquem in canonicuz ad mādatum pape donec poſſent reſiſtere. Tertio dič ⁊ declarat tale ſtatutū deteſtabile et illicitum multis ex cauſis

Exijt qui ſeminat.

Iſta decretalis nō gloſatur per Io. an. Et longa et prolixa eſt tractās ꝺ regula fratrū minorum ꝺ ordine ſan

ſcti franciſci confeſſoris.et de eius ap
probatione atq̃ confirmatõne ꝛ de
claratõe ꝛc.

¶ Priuilegium

Iſta decretalis vult dicere ꝙ exem-
ptis cellis alicuius monaſterij quid
appellatione celle ſignificetur et ſig-
nificantur duntaxat celle in quibus
monachi vitam ducunt ſolitariam a
conſortio hominum ſeparatam ꝛ va
can.contemplatõnibus iuxta capitu
lũ niſi de renũ. Uel ſic Priuilegiũ cõ
ceſſum monaſterio ut monachi ĩ cel
lis ipſius habitantes non poſſunt ex
communicari aut ſuſpendi niſi a pa
pa aut eius legato. nec celle poſſunt
interdici ab alio.ſoluz intelligitur ꝺ
cellis ſeparatis a communi vita ho-
minum et habitantibus in eis ſolita
riam vitam ꝛ contemplatiuam agen
tibus non de eccleſijs prioratibꝰ aut
alijs monaſterij capellis.h.d.

¶ Sicut nobis

Priuilegiato aliquo ut poſſit cõfer-
re beneficia clericorum ſuorum quid
ſub appellatione clericorum ſuoruz
deſignatur oſtendit videlicz ꝙ illi ſui
dicãtur clerici qui familiares ſui ſũt
et in expenſis et continui commenſa
les etiam ſi ex illis aliquos aliquan-
do pro ſuis gerendis negocijs abeſſe
contingat. Uel ſic. Quidam habent
priuilegium ꝙ poſſunt conferre bñ-
ficia clericorum ſuorum cedentiũ vel
decedentium Item ꝙ clerici ipſoruz
poſſunt percipere fructus prebenda
rum in abundantia. His ergo caſibꝰ
ꝛ ſimilibus illi dicuntur eſſe alicuius
clerici ꝛc ut in priori ſummario

¶ Titulus de verborum ſignifi
catione in Cle.

¶ Sepe contingit

Caſus eſt et in ſumma dicit determi
nat atq̃ declarat quid ſignificant at
q̃ important iſta verba inſerta in iu
dicialibus commiſſionibus que fiũt
a principe vel a iure ſcilicet ꝙ proce-
datur ſimpliciter et de plano et ſine
ſtrepitu et figura iudicij. et determi
nat.nota per Innocentium ꝛ Hoſtiẽ
ſem ꝺ accu.ſolim. Et latius ſic poteſt
ſummari Iudex qui datus eſt ſimpli
citer et de plano ſine ſtrepitu et figu
ra iudicij procedere poteſt ſine libel-
lo ſine litis conteſtatione et ferijs in-
dictis fauore hominuz amputat di-
lationes. abbreuiat lites.repellit fru
ſtrationes.exceptiones et appellatio
nes. refrenat iurgia partium et mul
titudinem teſtium.dat ſimlʼ terminuz
ad ponendum et articulandum pri
mo. Secundo producendo om̃ia ac
ta et munimenta cauſe. interrogat p̱
tes vbi ſuadet equitas. nõ citat pem
ptorie ad ſententiã quaz profert ſtãs
vel ſedens etiam concluſione non fa
cta.citare tamen tenetur et recipere
petitionem in ſcriptis vel verbotenꝰ
tunc ſcribendam in actis. Item iura
mentum calumnie veritatis vel mali
cie probationes neceſſarias et defen
ſiones legitimas et facta remiſſione
pro teſtibus producendis debet tũc
recipere inſtrumenta. tenetur partes
ad ſententiam citare quam tenetur
in ſcriptis ferre et ſecundũ acta cauſe
h.d. Nota g.que ĩ hoc ẽ ſpecialʼ atq̃

notabilis quia notat an ⁊ quando libellus eſt dandus.

## ¶ Titulus de regulis iuris

¶ Omnis.

Omnis res per quaſcunqꝫ cāſ naſcit̄ p eaſdem diſſoluitur Nota ꝙ contractus dicitur naſci tpe conſenſus ⁊ diſſolui cū cōtrariꝰ diſſenſus intervenit.

¶ Eſtote

Dubia in meliorē ptem interpretari debent. Nota ex tex. ꝙ verba euāgelij adduci pn̄t ad deciſionē cauſaruꝫ etiā multi canones extracti ſūt ex auctoritatibus no. et ve. teſtamenti.

¶ Qui ſcandaliſauerit

Propter ſcandalum euitandū veritas non ē obmittenda Nota gl. que dicit ꝙ veritas eſt triplex ſcꝫ bone vite diſcipline et iuſticie

¶ Quod non eſt.

Propter neceſſitateꝫ illicitū efficitur licitum Itē notat̄ ex tex. ꝙ neceſſitas excuſat a peccato. Item ī voto intelligitur tacita conditio ſi potero

¶ Quod latenter

Illicite factum obligatōem nō inducit. h. d. ſm̄ panor.

¶ Cū in contemplatōe

Tormēta indicijs non precedentibꝰ inferenda non ſunt. h. d.

¶ Que multotiens.

Sacrilegꝰ eſt offendēs rē vel pſonaꝫ eccleſiaſticā. Nota ex gl. iūcto tex. ꝙ omnia bona eccleſiarū largo modo poſſunt dici ſacrata. quia oblata ſūt eccleſie pro ſacris

¶ Qui ex

Qui facit aliter ꝙ̄ꝫ debet facere non dicitur. h. d. Nota ꝙ non eſt conſiderandū ſolum factū ſed animus facientis et maxime quo ad deuꝫ qui reſpicit non quod fit ſed quo animo fit

¶ Defleat

Committens vnum peccatū reus eſt oīm quo ad vitā eternā. Notat gl. ꝙ ſine charitate nemo abſoluatur et allegat apoſtolum

¶ Quamuis.

Ignorantia paſtoris non excuſat eū ſi lupus oues rapit. hoc dic̄ quo ad literam. Sed quo ad miſticum ⁊ moralem intellectum ignorantia non excuſat prelatum in peccatis ſubditoꝝ hoc dicit. Nota gloſam ꝙ paſtor tenetur de cuſtodia ouiū

¶ Indignum

Pro ſpūalibus homagium nō pſtat̄ Itē nota ꝙ cōſuetudo romane eccleſie ſequenda ē Itē homagiuꝫ dicitur quaſi hominis ligiuꝫ quia iurans ligatur et obligatur illi cui iurat. ⁊ efficitur homo illius

## ¶ Titulus de regulis iuris li. vi.

¶ Beneficium eccleſiaſticum non poteſt licite ſine inſtitutione canonica obtineri Nota ꝙ hic beneficium ſumitur largo modo prout comprehendit dignitates perſonatus eccleſias omnes ſine cura et cū cura que cū titulo habentur. s̄. de conceſ. preben. nlla. i. q. iij. Si quis dator. Inſtitutō canonica appellatur in qua oīa ſubſtantialia val: de inſtitutionis cōcurrunt largo modo ſūpto vocabulo ſcꝫ

collatio.inueſtitura.in poſſeſſionem
corporalem miſſio. et perſone habili
tas tam ex parte inſtituentis ꝙ̄ꝫ inſti
tute Et nota ſm dn̄m dy.ꝙ ꝑ inſtitu
tōem verbalem tribuitur ius proprie
tatis.per inueſtiturā determinatur ⁊
ꝯfirmatur illius iuris collatio. ſ3 per
tertium ius tribuitur poſſeſſionis ⁊
adminiſtratōis

¶ Poſſeſſor malefidei vllo tempo
re nō preſcribit. Intellige dupliciter
ſm duplicem pūctuatōnem.ꝙ nunꝗ̄
preſcribit qui habet malam fidē. aut
ꝙ nullo tempore preſcriptōnis debꝫ
eſſe mala fides. Io.an.et dy.dicūt ꝙ
male fidei poſſeſſor dicitur qui con
tra leges et canones mercatur.

¶ Sine poſſeſſione preſcriptō nō
procedit. Glo.ſcilicet naturali et ciui
li vel ciuili tm̄ inchoata vera et pre
ſumpta. Item poſſeſſio eſt ius ex ap
probatione rei corporalis adquiſitū
corporis et dominij et iuris ammini
culo concurrente.

¶ Peccatum non dimittitur niſi
reſtituatur ablatum. Glo. verū eſt ſi
poteſt. Sed tamen manet obligatus
vſqꝫ ad pinguiorem fortunam

¶ Peccati venia nō datur niſi cor
recto. Glo.verum eſt tam de genera
li ꝙ̄ de ſpeciali pc̄a.tamē venia bene
datur nō correcto propter ſcandalū
xxiiij.q.ij.legimus .C. de manicheis
l. Manicheos. Ratio iſtius regule qꝛ
in peccati abſolutione duo ſunt pre
cipue neceſſaria Primuꝫ eſt culpe re
miſſio et hoc facit deus. Secūduꝫ
ē peccantis diſpoſitio.⁊ hoc facit hō
Deus igitur eſt principale agens.ho
mo eſt principale diſponens. Unde
Auguſtin⁹ Qui creauit te ſine te non
iuſtificabit te ſine te.

¶ Nēo poteſt ad impoſſibile ob
ligari. Glo. ſcilicet impoſſibile natu
re facti vel iuris. Nota ꝙ triplex eſt
impoſſibile iuris facti et nature. De
primo exemplum.liiij.di.abbati. Si
eīm abbas obligat ſe ut manumittat
ſeruum ſuum non poteſt quia eſt im
poſſibile iuris.quia nō poteſt aliena
ri poſſeſſio niſi a ꝓprio domino De
ſecundo pone exempluꝫ. ſi enim pro
mitto tibi alpes vltra mare trāſferre
non tenet obligatio. quia eſt impoſſi
bile facti.ut.ff.ꝺ verbo.obli.l.genera
liter. De tertio exempluꝫ.quia ſi pro
mitto tibi dare ſolem vel lunam non
tenet quia ē impoſſibile nature.ff.de
verbo.obli.l.ſi ſtipuler.

¶ Priuilegium perſonale pſonaꝫ
ſequitur ⁊ extinguitur cum perſona.
Glo. verum ē ſi perſona eſt cauſa im
mediata illius.ſecus ſi remota ut i re
ſtitutione in integrum vbi leſio ē cau
ſa immediata Item quis pallium nō
poteſt alteri communicare ſed debet
cum eo ſepeliri. de auc.⁊ vſupal.c.ij.
Itē.vij.q.i.petiſti. Si conceditur ali
cui epiſcopo ut habeat pro ſua ſene
ctute adiutorē iſtud priuilegiū euꝫ ſe
quitur ⁊ cum eo extinguitur.

¶ Semel malus ſemper preſumit
eſſe malus. Glo.quia quilibet preſu
mitur eſſe bonus niſi poſtea fiat ma
lus.non tamen eſt preſumptio iuris.
Pone exemplū in ſemel periuro xxij.
q.v.paruuli. In ſemel calumniante
xxv.di.c.vlt.ꝯ.de electione ſuper eo.
Et eſt ratio ſm Io.cardinaleꝫ.quia
quilibet preſumendus eſt bonus do
nec ꝓbet contrarium de preſump.du
dum. Cuꝫ igitur bonus fit ſemel ma
lus ſemper preſumitur impoſterū eē
malus quia humana natura ꝺ facili

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

labitur ad delicta. In aucten. de mo nachis. ſi vero coll. i.

¶ Ratum quis habere non poteſt quod ſuo nomine non eſt geſtū. Gloſa. quod intellige tam vocaliter ꝙ̄ realiter. Pone exemplum ſupra de ſen. excom. cum quis. Si occidiſti clericū non nomine meo ꝛ ratum habeā nō ſum aggrauatus quia ratum quis ꝛc.

¶ Ratihabitionem retrotrahi et mandato non eſt dubium comparari. Gloſa. quia quod poſſum mandare poſſum ratum habere niſi ſit ſpecialiter prohibitum. vel niſi mihi poſſit imputari tacita renūciatio. Pone exemplum in cōtractibus. C. ad macedo. l. vlt. ſi quis emit rem aliquā ſine mandato meo ſed nomine meo ꝛ poſtea ratum habeam efficior dominus rei ac ſi ab initio mandaſſem

¶ Cum ſunt partium iura obſcura reo fauendum eſt potius ꝙ̄ actori. Gloſa. quia abſoluitur. Fallit hoc in quatuor caſibus in teſtamento. in dote. in matrimonio. ī libertate. Pone exemplum. ſi actor et reus pariter probauerunt d iure ſuo per numerū teſtium equalem vel eque valida inſtrumenta fauendum eſt reo ut abſoluatur de probatio. ex lris.

¶ In iudicijs non eſt perſonarum acceptio habenda. Niſi quantum ad honorem in aſſurgendo et ſedendo. In penis etiam defertur dignitati perſone. non autem ꝙ̄tum ad ipſam ſententiam vel diffinitionem iudicij quia ita iudicabis magnum ut paruum. regem ut alium de iudicijs. c. nouit

¶ Ignorantia facti nō iuris excuſat. Gloſa. ſcilicet ignorantia facti probabilis non craſſa vl' ſupina excuſat nec illa in facto proprio niſi de damno vitando. Sed iuris nō excuſat niſi ſit tale ius cuius frequentia nō habetur. Item fallit in mulieribus militibus iuſticiarijs et minoribus. Pone exemplum d ignorantia facti. Si dominus papa contulit alicui beneficium poſtea ille qui debebat cōferre ignorans hoc alij cōtulit ꝛ ille aliud beneficium quod prius habuit reſignauit non preiudicat illi quin poſſit recuperare ſtatum ſuum quia ignorātia facti excuſat de pben. ſi beneficia. li. vi. De ignorantia iuris exemplum de preben. eum qui. quia qui beneficium occupat vi ipo iure eſt priuatus non enim decet ꝙ ſtultus melioris cōditionis ꝙ̄ peritus exiſtat Itē ſi ego prelatus ignoro hoc ius ꝙ infra ſex menſes debeo conferre beneficiū vacans non excuſat ignorātia d ſupplē. negligen. prela. licet. Nota ꝙ ignorātia vocatur quādo quis ignorat qđ omnibus eſt notum tunc nō excuſat.

¶ Cum quis in ius ſuccedit alterius iuſtam ignorantie cauſam cenſetur habere. Glo. ſcilicet quando cum ſucceſſore agitur ſecus ſi ipe agat quia certus debuit eſſe in facto ſuo cum ad iudicium prouocauit Iſta regula eſt exēplum precedentis ſcilicet ꝙ ignorātia facti excuſat. In ius ſcilicet preſentādi et in onere defendendi. et pone exemplum in filio patroni. Item pone exemplum promiſiſti dare bouem ī kalendis auguſti. ſi non dares promiſiſti dare decem ex nomine pene decedis prius heres ignorans promiſſionem factam non ſoluit in kalendis. tū

conuenitur ad penam cum effectu ꝑ iſtam regulam Itē ſi predeceſſor poſſedit aliquā rem iniuſte et mala fide ille non preſcripſit ſ3 ſucceſſor ꝑſcrpſit q2 cenſet habere iuſtā ignorātie cām.

Odia reſtringi et fauores cōuenit āpliari. Glo. verꝝ eſt etiā ſi dubiū ē q2 magis debemꝰ eſſe dediti clemētie ꝗ3 ſeueritati Pone exēplū de elec. e.li.ſtatutū.vbi dr ꝗ ſtatutū de his ꝗ ad regimē eccleſiaꝝ parochialiū aſſumunt ꝓmouendi ſunt ad ſacerdotiu3 infra annum.alias eccleſijs ſunt ꝓuati ad collegiatas eccleſias non debet extendi quia odioſum eſt ido reſtringi debet. De ſecundo pone exemplu3 eo.li.de ꝓuile.licet.ij.reſpon. Si cōcedit alicui ꝓuilegiū vt tpe interdicti debeat audire diuina eiꝰ familiares domeſtici licite admittunt. De vtriſq3 dicit lex. Si pater inſtituit filium in certa re valet inſtitutō.ſ3 ſi exheredet in certa re non valet.ff.de libe.et poſtu.l.cum quidam.

Decet conceſſum a principe bn̄ficiū eſſe manſurū Glo.verꝝ eſt nullo extrinſecus opante. Pone exemplu3 eo.li.de preben̄.ſi cui. Si papa alicui cōcedit nulla facta expſſione pſonaꝝ vt aliquis poſſit conferre beneficia huius gratia re integra non expirat ꝑ mortem concedentis. quia gratia3 continet quam decet eſſe manſuram.

Indultum a iure beneficiū non eſt alicui auferendum Glo.verum eſt ſi ius non aufert nec permittit hoīe3 auferre. Fallit ī his. Pauptas ⁊c. Pone exemplū xxviij.di.de his. q2 licentia data nubendi ab apoſtolo nemī eſt auferenda

Non firmatur tractu tpis quod de iure ab initio non ſubſiſtit. Glo. verū ē ſi durat cā impediēs vel ceſſauit et non ſuperuenit ꝯfirmās q2 ſecꝰ ē ſi ſuperuenit. Pone exemplū.i.q.i. principatus Si eo tpe quo quis ipetrauit bn̄ficiū fuit inhabilis lic3 modo factus ſit habilis.regula tamē tenet q2 non firmat ⁊c.

Non eſt ſine culpa qui rei que ad eū non pertinet ſe immiſcet.vt patet in medico ⁊ quolibet artifice Pone exemplū.l.di.clerico.de clerico ludente cu3 laico ſi occidit eū cōmittit homicidiū.ſ3 a caſu ī culpa eſt.q2 ad eum nō ptinebat Item de monacho cyrurgico.e.ð homicidio.tua.i.reſp.

Nullus pluribus vti defenſionibus ꝓhibet. Glo.verū ē ſi ſimul pn̄t ſtare. Pone exemplū de ꝑſcrip.audi tis vbi allegabat ꝓuilegiū et ꝑſcptio Itē ſi ꝓpoſui ad meā defenſionē pactū de nō petēdo poſſum poſtea opponere exceptōem rei iudicate vel iuriſiurādi vel ſimul ⁊ ſemel vel ſucceſſiue.ff.de exceptio.nemo prohibet.

Quod ſemel placuit ampliꝰ diſplicere non poteſt. Iſta regula fallit in omnibus caſibus ī ꝗbus ꝑmittit ius variare et penitere Pone exemplum in mrīmonio.ex quo ſemel placuit interueniente legitimo ꝯſenſu ampliꝰ ⁊c. xxxij.q.v.horrendis. Item in electōe prelati.viij.q.ij.dilectis.

Non debet aliꝗs alterꝰ odio ꝑgrauari Pone caſum in filio qui nō excommunicatur ꝓ peccato patris. xxiiij.q.iij.ſi heres.

Sine culpa niſi ſubſit cauſa nō eſt aliquis puniendus Pone exemplū de conſti.cognoſcentes. q2 rem ꝗ culpa caret in damnū vocari nō ꝯuenit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt ibi dicit tex.
¶ Quod quis mādato iudicis fa
cit dolo facere non videtur cum ha
beat parere neceſſe. Pone exemplū
in milite q̄ mandato iudicis occidit.
xxiij.q.v.miles. Itē in clerico vel lai
co qui mādato iudicis capit clericū
de ſenten.excom.ſi clericos. et hoc ve
rum eſt ſi verus eſt iudex.
¶ Moꝛa ſua cuilibet ē nociua Glo.
vltima moꝛa ſemper nocet ei qui ē in
moꝛa ſoluendi decimas que perierūt
caſu infoꝛtuito.periculum enim ſuū
eſt non ſacerdotis.quia fuit in moꝛa
xvi.q.i.decime.
¶ Ea que fiunt a iudice ſi ad eius
non ſpectant officiū viribus nō ſubſi
ſtunt Glo.verū eſt ſi hoc conſtat. ſe
cus ſi eſt dubiū Pone exemplū lxviij.
diſt.quoꝛum vices vbi ſimplex ſacer
dos conferendo oꝛdines criſmando
virgines cōſecrando nihil agit Idē
ſi epiſcopus plus concedit de indul
gentijs q̄ȝ quadraginta dies niſi i de
dicatōe non ſubſiſtunt.ſ.eo.li.de pe.
et re.romana.
¶ Scienti et conſentienti non fit
iniuria neq̄ȝ dolus. Hic ſūt due regu
le ſm Dynum. Pꝛima eſt q̄ ſciēti nō
fit iniuria. Secunda q̄ conſentienti
non fit dolus Pone exemplum in pꝛi
ma quia ſi vendo hominem liberum
volentem nō fit contra me actio iniu
riarum.ff. de iniurijs.l.i. In ſecunda
ſi vendo hominem volentem et con
ſentientem non teneoꝛ de libero ho
mine exhibendo.
¶ Que a iure communi exoꝛbitāt
nequaq̄ȝ ad cōſequentiam ſunt trahē
da.Glo.imo magis opoꝛtet reſtrin
gi vt odioſa que nunq̄ȝ ſunt laxanda.
quia temerarium eſt ſua auctoꝛitate
pꝛeſumere quod ex certa ratōe roma
na eccleſia alicui voluerit indulgere.
Et quia ſingulare pꝛiuilegium com
munem legem non facit Pone exem
plū.xvi.q.i.hinc eſt.in velleiano naȝ
regulariter quilibet intercedēdo ob
ligatur.fallit in muliere. ergo hoc nō
trahitur ad conſequentiam ꝛc.
¶ Quod omnes tangit debet ab
omnibus appꝛobari. Glo.verum eſt
ſi competit eis ut ſingulis non vt col
legiatis Pone exemplū in epiſcopo
eligendo qui ab omnibus eligi debȝ
de elec.qꝛ pꝛopter.
¶ In obſcuris minimū eſt ſequen
dum Pone exemplū ſupꝛa de cenſi.
ex parte vbi in dubio non compellū
tur ſoluere vota ad maximam.ſed ad
minimam menſuram.
¶ Cum quis certus eſt certioꝛari
vlterius non opoꝛtȝ Glo.vel certus
eſſe debuit Fallit i canonico qui vo
cari debuit Pone exemplum de ap
pel.c.ſi duobus qui ſciens excommu
nicauit illuȝ qui appellauit ad papā
¶ Non licet actoꝛi quod reo lici
tum non exiſtit. Glo. reus magis fa
uoꝛabilis eſt q̄ȝ actoꝛ. Sed fallit qū
reus oꝛdinarios habet plures.et ac
toꝛ eligit vnum. Pone exemplū iiij.
q.iiij.c.ij.vbi accuſatoꝛ ⁊ accuſati eq̄
ratione audiuntur
¶ Mutare conſilium quis nō po
teſt in alterius detrimentum Scđm
iſtam intellige illam.quod ſemel pla.
Unde fallit circa diuerſa que habēt
eundem effectum in quibus licet Po
ne exemplum ſupꝛa đ elec.publicato
ſcrutinio non poteſt mutari
¶ Generi per ſpeciem derogatur
Fallit in tribus caſibus i pꝛiuilegijs
de reſcrip.cum oꝛdinē. In genere qđ

non habet niſi vnicam ſpeciē de offi.
dele.ex parte. Et quādo ſpeciales li
tere exhibentur re integra de fide in-
ſtrumentorū.ex tua. Pone exemplū
de officio le.ſtuduiſti. Si papa com-
mittit ſpecialez cauſam alicui delega
to legatus qui eſt ī prouincia habēs
generalem poteſtatem ꝺ illa cauſa ſe
intromittere non poteſt qꝛ generi ꝛc.

¶ Plus ſemper in ſe cōtinet quod
eſt minus. Gloſa. verum eſt in quan
titate.ſecus ſi diuerſitas eſt in quali-
tate. Iſta regula eſt ratō illius ſupra
eo. In obſcuris quia plus ꝛc. Itez re
gula In obſcuris ꝛc.vera eſt in quan
titatibus et non in ſpeciebus. Pone
exemplum ſupra de cenſibus ex par-
te.quia ſi aliquis vouit ſancto Iaco
bo ſoluere menſuram de blado ⁊ nō
conſtat de qua intellexit nō compelli
tur ſoluere ad maximā ſꝫ ad minimā.

¶ Pro poſſeſſore habetur qui do
lo deſijt poſſidere Gloſa.quia agitur
contra eum acſi poſſideret. Idem eſt
ſi in principio doloſe poſſedit et ſine
dolo deſijt poſſidere Pone exemplū
ſi dolo deſijſti poſſidere rem quam a
te petebam vel petere proponebam
proinde teneris reivendicatione acſi
poſſideres.ff.de rei vendica.l.ſinautē
Itē ſi lite cōteſt.vel dato libello traſ-
fert poſſeſſionē ī aliū dolo preſumitꝛ
deſijſſe poſſidere.

¶ Utile non debet per inutile vi-
ciari Glo.verū ſi ſūt ſepabilia Pone
exemplum de preben.dilectus vbi fa
ctū legati in vno capitulo ꝯfirmatur
et nō ī alio. Itē ſi electio fuit canoni-
ca debet non per confirmatōez quā-
tūcunqꝫ inutilē viciari.ſ.e.li.de elec.
ſi confirmatōnem.

¶ Ex eo non debet quis fructum
cōſequi quod viſus extitit impugna
re. Gloſa.verum eſt cū effectu vel ſal
tem quantum fuit in eo perſeuerauē
rit. Pone exemplum xix.diſt.ſi roma
norum. Si aliquis dicat decretales
epiſtolas non eſſe auctoriſatas nullā
pro ſe debet allegare.

¶ Cuz quid prohibetur prohibē
tur omnia que ſequūtur ex illo Glo
ſa.regula loquitur cauſa prohibitio-
nis durāte ſin Aynum Pone exem-
plum quia prohibito furto prohibe
tur omīs rei illicita vſurpatio iiij.di.
deniqꝫ.

¶ Pluralis locutio.duorum nu-
mero eſt contenta.verum eſt regulari
ter ſed fallit vbi a iure adijcitur vl' ta
xatur aliꝰ numerus Pone exemplū
de cōſecra.diſt.i. hic quoqꝫ ſacerdos
quia dicit dominus nobiſcum dꝫ ha
bere ad minus duos miniſtros.quia
pluralis locutio ꝛc.

¶ Imputari non debꝫ ei per quez
non ſtat ſi non faciat quod per eum
fuerat faciendum. Nota tamen ſi ali
quis tenetur facere infra certum tem
pus nec per eum ſtat licet non impu
tetur ſibi. tamē poſt tempus tenetur
quando poteſt de dona.cum dilecti.
Pone exemplum qui recipit eccle-
ſiam parochialem debet promoueri
in ſacerdotez infra annum aliter per-
dit ipo iure eam.verum eſt ſi ſtet per
eum.ſed ſi in iſto tempore promoue-
ri non poſſet.non imputaretur eidez
de electio.commiſſa eodem libro.

¶ Acceſſorium naturam ſequi cō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

grũit ſui principalis Nota ꝙ aliquã
do nõ tenet principale ſed acceſſoriũ
aliquando principale ſed nõ acceſſo
rium. aliquando ſimul. Pone exem-
pluꝫ hoc li.s̃.de offi.dele.ſi ſuper gra
tia.quia ſicut gratia facta alicui mor
te concedentis non extinguit̃ ſic nec
poteſtas executorum quia acceſſori-
um ꝛc.

¶ Qui tacet conſentire videtur
Gloſa.verum ſi agitur de preiudicõ
generando preſenti et tacenti Pone
exemplum ſupra de preſump. Nõne
vbi chriſtus tacendo ad hoc ꝙ dice-
batur ſamaritanus conſentire vide-
batur.

¶ Is qui tacet nõ fatetur ſed nec
vtiqꝫ negare videtur. Nota tacere ẽ
quoddam medium inter expreſſã vo
luntatem et expreſſam contradictio-
nem Pone exemplum in eo in quem
fertur ſententia ſi tacet non habet̃ ꝓ
conſentiente nec pro contradicẽte in
fra decem dies infra quos poteſt ap
pellare.ij.q.vi.anteriorum. Iteꝫ in ꝑ
lato quia tacꝫ ex cauſa puta propter
ſcandalum ſupra de preſcrip.nihil ꝓ
deſt. Sed nota ꝙ in facto honorabi
li appetibili ⁊ meritorio taciturnitas
habetur pro conſenſu. Sed in facto
oneroſo neceſſarius eſt expreſſus cõ-
ſenſus niſi ius contrarium ſtatuat

¶ Inſpicimus in obſcuris quod ẽ
veriſimilius vel quod pleruncꝫ fieri
conſueuit. Gloſa. ſi hec non apparet
minimum eſt ſequendum. Pone exẽ
plum in viro qui cõtraxit cuꝫ vidua
et longo tempore habitauit cum ea
et dicit ſe incognitaꝫ in hoc obſcuro
preſumitur ꝯgnita quod eſt veriſimi
lius xxxiij.q.i.ſi acceperit.

¶ Si quis in ius ſuccedit alterius
eo iure vtitur quo ille vti debebit.
Fallit in conuentionibus vbi ex per
ſona conuenti mutat̃ forma quia cle
ricus in patrimonialibus coram iu-
dice eccleſiaſtico conuenitur. Pone
exemplum quia eodem conuenit̃ ſuc
ceſſor quo poterat conuenire prede-
ceſſor ſupra de foro compe.dilecti

¶ Preſumitur ignorantia vbi ſciẽ
tia non probatur Gloſa.ſcilicet facti
et tale eſt quod indagare nõ tenetur
Pone exemplum de ſenten.excom. ſi
vero.ij. Si aliquis iniecit manus in
clericum coram nutrienteꝫ preſumi
tur ignorantia ⁊ non eſt excommuni
catus ſi ignorauit.

¶ Locupletari non debet quis cũ
alterius iniuria vel iactura. Fallit in
vſucapionibus et preſcriptionibus.
Pone exemplũ non debet ditari mo
naſterium cuꝫ iactura eccleſie cathe-
dralis de dona.apoſtolice

¶ In penis benignior ẽ interpre
tatio facienda. Pone exemplum. Si
conſtet aliquem vim feciſſe ⁊ ignora
tur vtrum cum armis vel ſine armis
preſumitur ꝙ ſine armis quia in pe-
nis ꝛc.l.ſi preſes.ff.de penis.

¶ Actus legitimi conditionem nõ
recipiunt necꝫ diem Gloſa.verba ħ
generaliter poſita debẽt reſtrĩgi.ſ.ꝙ
quidam ſunt actus legitimi qui reci-
piunt vel diem vel conditõeꝫ Pone
exemplum de poſtulationibus q̃ ſũt
actus legitimi.ideo ſub cõditione fie
ri nõ dñt et ſi fiãt ꝓ non factis habẽ
tur.s̃.de electõe in electionibus

¶ Semel deo dedicatũ nõ eſt ad
humanos vſus vlterius transferẽdũ
Glo.verꝫ ẽ ſi manet ĩ eadẽ forma vñ
vaſa eccẽ ꝑpter neceſſitatẽ pñt ꝯflari
et vẽdi. Pone caſum.xij.q.ij.nulli.

¶ Non preſtat impedimentuʒ qđ de iure non ſortitur effectum. Gloſa verum eſt niſi aliquis prohibeatur ⁊ hoc propť maleficia que đ iure non ſortiuntur effectum. Pone exempluʒ ſi mulier nullo modo conſentit ĩ maritum non impeditur quin poſſit cō-trahere cum alio xxxi.q.ij. ſi verum. Item in electione que non tenet nō preſtat impedimentum ſupra đ elec. congregato.

¶ Cui licet quod eſt plus licʒ vti qʒ quod eſt minus. Gloſa. verum eſt niſi prohibeatur in eodem genere et ordine. Pone exemplum xxv. diſt. ecce quere ſupra.

¶ Qui prior eſt tempore potior ē iure. Gloſa. verum eſt quando vtriuſqʒ eſt par cauſa. quia ſecus ſi cauſa ſecundi eſſet potior. Pone exemplum. Qui primo impetrauit prebendaʒ ꝑmo debet habere. ſupra de prebēdis eum qui li. vi.

¶ Qui ſentit onus ſentire debet ⁊ comodum et econtra. Fallit tamē ratiōe ſocietatis vel perſone vel vbi ex cauſa quis prohibetur ab alio licet onus habeat Pone exemplum in clerico qui propter lapſum detruditur in monaſteriuʒ ad penitentiam quia res eius proficiēt monaſterio. xvi. q. vi. de lapſis. Itē de ſepultu. c. i. vt ſint ſocij conſolationum qui paſſionum. et econuerſo.

¶ In re communi potior eſt conditio prohibentis. Pone exemplum in duobus coniugatis quorum vno vouere volente et altero prohibente potior eſt conditio ꝓhibentis xxxiij. q. v. capi. i.

¶ Contra eum qui legem dicere potuit apertius eſt interpretatio facienda. Pone exemplum in dicto teſtis cuius interpretatio ſit cōtra producentem ſupra đ proba. in pn̄tia

¶ Non eſt obligatoriū contra bonos mores preſtitum iuramentū. Iuramentum non eſt iniquitatis vinculum quod verum ſi eſt contra iura ꝑ ſe. ſecus ſi fauore perſone Pone exemplum Aliquis iurauit patreʒ occidere vel ſimile quid facere. non obligat quia eſt contra bonos mores xxij. q. iiij. c. i. et per totum.

¶ Dolo facit qui petit quod reſtituere oportet eundeʒ. Hec regula locum habet in iudicio adipiſcende vł retinende poſſeſſionis non recuperāde Pone exemplū in eo qui petit vſuras a debitore quas reſtituere oportet eundeʒ. xiiij. q. iiij. nullus. Dicit tn̄ Io. an. hanc regulam non habere locum in poſſeſſorijs iudicijs.

¶ Non eſt in mora qui petit exceptione legitima ſe tueri. Gloſa. intellige per talem exceptionem que per replicationem non poteſt elidi. Pone exemplum in domino qui non requiſiuit ſeruū fugitiuum monachum factum infra triennium

¶ Quod ob gratiam alicui conceditur non eſt in eius diſpendium retorquendum Gloſa. verum eſt maxime ſi princeps motu proprio concederet Item per contrarium regula ē vera Pone exemplum in iconomico qui in fauorem eccleſie vacantis conſtitutus eſt. non debet eccleſiā vacantem grauare. xij. q. ij. charitatem

¶ Nullus ex conſilio dummodo fraudulentū nō fuerit obligatur. Gloſa. quia nullus tenetur ſequi conſiliū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alterius. ſed quando eſt fraudulentū
tenetur conſulens ratiōe fraudis. Po
ne exemplum ſi dedi tibi conſiliuꝫ vt
potius pecuniam tuam in emptōem
mercium ꝙ in emptionem prediorū
conuerteres et male accidit tibi quia
forte naufragio ſubmerſe. Dubitatur
an tenear. diſtingue aut dedi conſiliū
bona fide tunc non teneor. aut frau-
dulenter tunc teneor. ff. e. conſilij.

¶ Exceptionem obijciens non vi-
detur de intentione aduerſarij confi-
teri. Ratio excipiens intendit inten-
tionem actoris elidere ꝙ ſi fateretur
haberet diuerſos effect⁹ et fines. Po
ne exemplum de pſumpti. illud. de ex
ceptio. cum venerabilis. Et eſt ratio
huius regule. quia excipiens non fa-
tetur.

¶ Que contra ius fiunt debēt vti
ꝗ pro infectis haberi. Gloſa. verum
eſt ſi habent perpetuam cauſam pro
hibitionis ut ī matrimonio poſt vo
tum ſolenne. Pone exemplum ſupra
eo. li. de regula. non ſolum vbi profeſ
ſio in ordine mendicantium ante an-
num facta ꝓ infecto habetur et in cō
ſimilibus. Ratio quia eſt contra bo-
nos mores quod ē impoſſibile iuris

¶ In pari delicto vel caſu potior
eſt conditio poſſidentis. Pone exem
plum ſi aliquis dedit pecuniam pro
iniquo iudicio nō repetet cum ſit in
pari delicto. xiiij. q. v. nō ſane. vel cuꝫ
quis dederit pecuniam meretrici.

¶ Cum non ſtat per eum ad quē
pertinet quominus conditio implea
tur haberi debet perinde acſi imple
ta fuiſſet. Gloſa. cum non ſtat per eū
id eſt per impedimentum ab eo pre-
ſtitum. et ſic regula ſimiliter vera eſt.

Pone exemplum abrahe per quem
non ſtetit quo minus domini prece-
ptum filium ſuum immolaſſet. vnde
perinde apud eū gratum fuit acſi im
molaſſet. xxij. q. ij. prophetauit. et ca
pitulo ſe.

¶ Quod alicui ſuo non licet no
mine nec alieno licebit. Gloſa. hec re
gula vera eſt in his que requirūt or-
dinis adminiculum, vnde ſacerdos nō
poteſt criſmare nomine pape vel epi
ſcopi. Pone exemplum lxvi. diſt. ſicut
non ſuo. quia ſicut meo nomine non
licet exercere fenus ſic nec nomine al
terius.

¶ Poteſt quis per aliuꝫ quod po
teſt facere per ſeipſum. Hec regula
poteſt formari econtrario. Nō poſ-
ſum per me quod nō poſſum ꝑ aliuꝫ
multa contraria hic inuenies.

¶ In malis promiſſis fidem non
expedit obſeruari. Gloſa. ſcilicet ī re
bus que de ſe male ſunt. ſecus ſi male
et bone promiſſe. Pone exemplū. Si
promitto tibi hominem occidere vl'
ſimoniam vel furtum facere nō expe
dit fidem obſeruari. xxij. q. iiij. in mal'

¶ In alternatiuis debitoris ē ele
ctio et ſufficit alteruꝫ adimpleri. Hic
ſunt due regule. In alternatiuis con
tractibus ſemper ē electio debitoris
Sed in legatis diſtinguit̄. Prima re
gula in alternatiuis debitoris eſt ele
ctio. Secunda ꝙ in alternatiuis ſuf-
ficit alterum adimpleri. Pone exem
plum in primo. Si ꝓmitto tibi equū
vel aſinum electio eſt mea quē velim
tibi dare. ff. de iure do. plerūqꝫ ī fine
De ſcdo ſi ddero equū nō teneor ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aſinum ꝛc.

¶ Qui ad agendum admittitur ē
ad excipiendum multo magis admit
tendus. Gloſa. hic ut ī regula. Cui li
cet quod plus ē ꝛc. ut ſupra. Pone ex
empluꝫ in eo qui legitime preſcripſit
quia ſi cadat a poſſeſſione datur ſibi
actio multo fortius ſi poſſidet datur
contra alium exceptio. xvi. q. iij. §. po
teſt in prin.

¶ Qui facit per alium eſt perinde
acſi faciat per ſeipm̄. Gloſa. vbi eligi
tur induſtria perſone regula non ꝓ
cedit. ſed vbi nō eligitur induſtria ꝑ
ſone regula habet locum Pone exem
plum. qui verberat clericum ꝑ alium
eſt excommunicatus acſi per ſe verbe
raret de ſententia excommunicatōis
cum quis eo. li.

¶ Factum legitime retractari nō
debet licet caſus poſtea eueiat a quo
non potuit inchoari. Glo. verū ē ſi ē
factum. quia ſecus ſi fuit inchoatum
et non perfectum. Vel dic. ſi res in eo
dem ſtatu permanet Pone exemplū
quia ſi homo ſane mentis contrahit
matrimonium nō diſſoluetur poſtea
licet ſit factus furioſus

¶ Quod alicui gratioſe conceditꝰ
trahi non debet ab alijs in exemplū.
Gloſa. quia priuilegia ſingulorū cō
munem legem non faciunt Exemplū
ſi papa cōcedit alicui ꝙ poſſit habe
re plura bñficia cuꝫ cura vel viſitare
vel aliquod facere qḋ eſt contra ius
commune non debꝫ hoc ab alijs tra
hi in exemplum

¶ Fruſtra ſibi fidē ab eo quis po
ſtulat obſeruari. qui fidem a ſe preſti
tam ſeruare recuſat. Uerum eſt ſi ſibi
fidem ſolum promiſit et non deo. et
tunc intellige circa idem factuꝫ ⁊ nō
circa diuerſa Pone exemplū Si duo
fratres vnaꝫ vel duas domos habēt
communes et inuicem cōueniunt ſub
certa pecunia de non alienādo ⁊ vnꝰ
alienat. ⁊ vult ꝙ alter abſtineat non
auditur qꝛ fruſtra ꝛc.

¶ Delictum perſone non debet in
detrimentum eccleſie redūdare Glo.
verum eſt ſi non facit iuſſu capituli.
⁊ hoc ſi conſiſtit in faciendo. In ob
mittendo nocet ut in lucro captādo
Pone exemplum. ſi epiſcopus eſt de
poſitus propter crimen ſuum propē
hoc eccleſia non debet ſuis ſpoliari.
xvi. q. vi. Si epm̄.

¶ Rationi congruit vt ſuccedat ī
onere q̄ ſubſtituiť ī honore xvi. q. vij.
filijs vel nepotibus.

¶ In argumentum trahi neque
unt que propter neceſſitatem aliquā
do ſunt conceſſa. Gloſa. niſi ſit eadē
neceſſitas aut maior et ſpecialiter nō
ſit prohibitum. Pone exempluꝫ pro
pter neceſſitatem permiſſum fuit vt
monachi reciperentur ad parochia
les eccleſias ceſſante hac neceſſitate
non debet hoc trahi in exemplum.
Idem de electione. cuꝫ in cunctis. ibi
ne quod quibuſdam pro neceſſitate
temporis ꝛc.

¶ Nemo plus iuris transferre in
alium poteſt ꝙ̄ ſibi competere dino
ſcatur Pone exemplum. Si vendide
ro tibi et ex cauſa venditōnis trado
rem aliquam iſtō ius quod fuit apō
me erit apud emptorem.

¶ In toto partem non eſt
dubium contineri. quia plus ſemper

in ſe continet quod eſt minus. qꝛ qui abſolutus eſt ab impetitione totius fundi ⁊ a qualibet eius parte abſolutus intelligitur

¶ In generali conceſſione illa nō veniunt que non eſſet quis veriſimiliter conceſſur' in ſpecie. Hoc verbū generale artatur ⁊ ſpeciale non conceſſuꝫ derogat generali vt ſub ipō nō comprehendatur. Pone exemplum. ſi epiſcopus ſubdito ſuo conceſſit vt poſſit ſibi idoneum eligere confeſſorem. nihilominus caſus epiſcopo reſeruatos debet confiteri ꝛc.

¶ Qui cōtra iura mercatur bonā fidem preſumitur non habere. Pone exemplum de eo qui recipit eccleſiaꝫ de manu laici xvi. q. vij. Si quis deinceps. Item qui emit ſpiritualia de ſimo. non ſatis. Et breuiter vbicūqꝫ eſt ignorātia iuris. preſumitur mala fides ut in preſcriptōnibus et in vſucapionibus. ff. de vſucapi. l. nūqꝫ. Itē in eo qui emit rem a pupillo ſine auctoritate tutoris. ff. de auctoritate p̄ſt. eum qui. Et ratio eſt ſm Dynum quia aut emptor ſciebat ꝓhibitionē iuris aut ignorabat Si ſciebat planū eſt ꝙ malaꝫ fidē habuit. Si ignorabat eſt malefidei poſſeſſor preſumptione iuris. ff. de vſucapionibus. l. ſi fur.

¶ Bona fides non patitur vt ſemel exactum iterum exigatur. Gloſa verum eſt ſi cauſa vnica actione finit̄ ſecus ſi non finitur vnica Pone exemplum xij. q. ij. fraternitas Eccleſia nō debet ſuum repetere cum augmento Et intellige ſm Dynum regulam veram eſſe ab eodem vel qui ab exacto cauſam habet nam a diuerſis poteſt idem bis exigi Et nota ꝙ hec regula etiam locū habet in penis que ſemel exacte ab eodem iterum exigi nō debent.

¶ Cum quid vna via prohibetur alicui ad id alia via non debꝫ admitti. Iſta regula locum habet quando aliquid prohibet̄ reſpectu ad ꝓhibentē Pone exemplū de elec. auaricie. e. li. qꝛ quaſi electus ante confirmatōꝫ non poteſt adminiſtrare nec vti procuratione nec aliquo colore ad hoc queſito. d̄ conceſ. preben. deteſtanda. eodem libro.

¶ Contractus ex conuentione legem accipere dinoſcuntur. Gloſa. intelligas de conuētione honeſta ⁊ nō contra bonos mores. Dicunt vulgares pactuꝫ rumpit leges. Pone exemplum xviij. q. ij. eleuterius vbi conuētio inter epiſcopum dioceſanū ⁊ fundatorem inita de oblationibus ⁊ obuentionibus in feſto ecc̄e ſuanda eſt

¶ Damnum quod quis ſua culpa ſentit ſibi debꝫ non alij imputari Rō ē qꝛ culpa ſuos dꝫ ten̄ auctores Pone exemplū ſi ꝓcurator ſua culpa dānat̄ ⁊ penā ſoluat. ſibi ⁊ nō dn̄o debꝫ imputari. ff. de ꝓcura. q̄ proprio.

¶ Infamib' porte nō pateāt dignitatū. Glo. vex ē nō ſolū ī ecc̄aſticis ꝫ etiā ī ſecularib' qꝛ ſicut dicit lex Neqꝫ infamia notatis neqꝫ his q̄s ſcel' ⁊ vite turpitudo inquinat ⁊ q̄s infamia ab inhoneſtoruꝫ ſegregat cetu dignitatis porte patebunt

¶ Certū ē ꝙ is ꝯmittit ī legē q̄ legis v̄ba ꝯplectēs ꝯtra legis nitit̄ voluntatē Mēs legis ē rō q̄ mouit legiſlatorē q̄r v̄ba nō dn̄t extēdi niſi ad eū caſū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vbi extenditur ratio.vbi ergo cõſtat de rõne legis.extendã legem cõferendo verba ſm dñm Dinũ Sicut eniʒ facere ſm verba legis et ſententiã ita ſm ſententiã tm̃.verbis non ſeruatis paria ſũt.ff.de ver.ſigni.l.neceſſarijs ſic ecõuerſo facere cõtra verba et ſententiã et cõtra ſententiã verbis ſeruatis paria ſũt Hic ẽ intellectus regl'e.

Data rhome apud ſanctum petrũ quinto nonas martij pontificat' noſtri anno quarto Nota hic ar.ex glo.ꝙ tabellio in inſtrumento debet ſcribere locũ initi ꝯtractus de hoc.ſ. eo.li.de re iudi.abbate.

Quiſquis optime lector iuris ꝗ pontificij amator et cultor.hoc ꝓ cõmuni vtilitate lucubratũ opꝰ emẽdatiſſimũꝗ accipito.amicis ve tuis qui ad canonicarũ ſanctionũ apices ꝓficiſci geſtiunt.reuoluendũ ꝑſuade caſus eniʒ ſũmarios librorũ decretaliũ ſexti ac clementinarũ cũ gloſulaꝝ medulla (erratis priorũ impreſſoruʒ correctis.ſũmarijs quoꝗ capl'orũ tytuloꝝ de big.et fi.preſby.ac certorũ alioruʒ additis.circa quos panor.et cõiter alij nõ ſcribũt.dempto An.de bu.qui hmõi tytulorũ ſũmarios caſus ꝓmulgauit) emendatiſſime continet.abbreuiamentũ vero laborũ hoc memorie ſuſtentamentuʒ ac vniuerſi eccleſiaſtici dogmatis ornamentum

artificio ac opa Johannis koelhoff in alma ac floridiſſima vniuerſitate Coloñ.impreſſum eſt Anno domini M.cccc.lxxxv

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf